



EMMANUELIS ALVARI E S. J.

INSTITUTIO GRAMMATICA

AB HORATIO TURSELLINO E S. J.

IN COMPENDIUM REDACTA

A JOSEPHO PARIA E S. J.

IN COMMODIOREM ORDINEM DISTRIBUTA





ROMAE
TYPIS VEN. HOSPITII APOSTOLICI
Cum privilegio.
Leonardus Oliverius edidit.

MDCCCLX.





DIVISIO TOTIUS GRAMMATICAE

PRO TRIBUS DISCIPULORUM CLASSIBUS SIVE SCHOLIS

Qui grammaticae studiis in Societatis Jesu scholis dant operam, tres in classes sunt distributi; ita tamen, ut infima classis binos tironum ordines complectatur, quorum unus inferior, alter superior appelletur: reliquae vero duae classes tum secunda sive media tum prima seu suprema singulis tantum ordinibus constent.


Ergo primus de institutione grammatica liber ad inferiorem tertiae, sive infimae classis ordinem spectat; iis tamen exceptis, quae de graecorum nominum apud Latinos declinatione, de nominum generibus, deque praeteritis et supinis traduntur; quorum cognitio, ut pote paulo difficilior, superiori eiusdem classis ordini reservatur.

Ex libro secundo, qui est de partium orationis constructione sive syntaxi, ad superiorem infimae classis ordinem pertinent, quae nullum praefixum habent asteriscum; ad mediam sive secundam classem, quae singulis asteriscis; ad primam sive supremam quae binis asteriscis notata sunt.

Quae uncis inclusimus, sunt ea quidem explicanda, non vero memoriae mandanda, nisi a diligentioribus.

Liber tertius, qui est de arte metrica, totus ad supremam classem grammaticae spectat.

Quid in hac editione praestitum sit, pluribus persequi nihil attinet. Unum ab aequis lectoribus postulamus, ut ubicumque editionem hanc nostram discrepare a ceteris deprehenderint, ne id sine probabili causa aliqua factum arbitrentur.





EMMANUELIS ALVARI S. J.

PRAEFATIO

IN COMMENTARIOS

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA



Jure optimo labor hic, qualiscumque est, frustra susceptus in tanta librorum multitudine videri posset, nisi singularis illa virtus, qua res parvae crescunt, sine qua maximae dilabuntur, nos tueretur. Etenim, cum patribus nostris illud in primis propositum sit atque ob oculos perpetuo versetur, ut qui Societati Jesu ejusdem Dei Opt. Max. beneficio nomen dedimus, non solum in iis, quae propria ipsius sunt Instituti, verum etiam in rebus, quae minimi videntur esse momenti, concordissime vivamus; visum est ab aliquo nostrum grammaticam artem scribendam esse, qua ubique terrarum, quoad ejus fieri posset, nostri uterentur. Quod onus cum mihi esset impositum, id equidem non meis humeris (scio enim quam sim imbecillis) sed S. Obedientiae viribus fretus, libenter suscepi. Nam ei, qui sponte sua sui juris esse desiit proprioque judicio atque voluntati propter Deum nuntium remisit, non tam inscitiae nota, quam nec obedientis animi crimen pertimescendum est. Suscepto itaque onere, operam dedi, ne officio meo deessem: fontes ipsos adii M. Varronis Romanorum omnium eruditissimi libros de etymologia atque analogia: duodecim Fabii Quintiliani de institutione oratoria, qui mihi magnum adjumentum attulerunt; Auli Gellii noctium atticarum undeviginti; Probi, Diomedis, Phocae, Donati, Prisciani institutiones grammaticas, ut potui, perlegi, quorum postremus ante mille annos Justiniani principis aetate Athenis floruit. Is praeter ceteros decem et octo libros scripsit, in quibus passim hominum doctissimorum testimoniis utitur, quorum hodie aut nulla aut perexigua exstant vestigia. Est ille quidem sermone inornato et incompto, sed multa ac varia eruditione; labitur interdum ut homo, praesertim ubi latina praecepta ut Graecus ad Graecorum normam exigit, sed gravissimorum auctorum, quos tertio quoque verbo citat, praeclara atque luculenta doctrina ejus errata obteguntur penitus et obscurantur. De rebus vel minimis tenuissimisque, hoc est primis elementis, qua fuit diligentia, testes locupletissimos M. Varronem, C. Caesarem, Plinium atque alios quam plurimos producit. Nemo mihi quidem rem grammaticam copiosius, nemo accuratius aut tractasse aut plures veterum grammaticorum commentarios videtur pervolutasse. Quod ad recentiores attinet, eos potissimum evolvimus, qui nobis usui essent futuri. Jactis ad hunc modum fundamentis, ex utrisque grammatices praecepta delegimus, quae Terentii, Cicero-

nis, Caesaris, Livii, Virgilii, Horatii atque aliorum veterum testimoniis pro nostra tenui infirmaque parte confirmavimus. De his, si qui forte in hunc librum incidissent, breviter putavimus admonendos. Reliquum est, (quoniam librorum infinitus est numerus, scribendorum nullus est finis) ut convenienter divinis praeceptis congruenterque vivamus; ita enim fiet, ut in libro vitae conscripti Dei Opt. Max. conspectu, cui hoc opusculum dicamus, perpetuo fruamur.

EMMANUELIS ALVARI S. J.

PRAEFATIO

IN COMPENDIUM COMMENTARIORUM

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA

AUCTOR LECTORI

Libros de Grammatica Institutione, quos nuper explanationibus illustratos edideram, compulsus sum, lector humanissime, nudos fere, ac luce privatos, diligentius tamen correctos, denuo foras dare, tum ne scholiorum multitudine impedirentur tirones, tum ut eis non solum ad divites, sed etiam ad tenuiores, quorum multo maior semper fuit copia, aditus pateret. Quare te etiam atque etiam rogo, ut eorum tenuitatem, vel nuditatem potius boni consulas. Vale.



PRAEFATIO

IN EMMANUELIS ALVARI LIBRUM II.

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA

AB HORATIO TURSELLINO

UT FERTUR

AD VETERUM FERE GRAMMATICORUM RATIONEM

REVOCATUM

LECTORI S.

Egregiam profecto operam litteris, earumque studiosis navavit Emmanuel Alvarus Societatis Iesu Lusitanus. Is enim et praecepta Grammaticae, ieiuna illa per se, litteratorum vero, an ignoratione dicam, an negligentia, barbaris ita polluta vocibus dicendique rationibus deformata, nihil ut minus traderent, quam latinitatem, verbis, quantum res patiebatur illustribus, exornavit: et, id, quod utilissimum fore videbatur, magna optimorum exemplorum copia locupletavit. Adde quamplurima ex optimo quoque auctore, tamquam ex penaria quadam eloquentiae cella deprompta, ac partim ipsa in praecepta Grammaticae, partim in Appendices, partim vero in commentarios ita distributa, ut quod ad latini proprietatem sermonis, et ornatum facit, nihil admodum desideretur. Huc accesserat admirabilis Grammaticae ipsius tradendae ratio, ac methodus, quam ille, aut a recentioribus quibusdam mutuaverat, aut, summo sane cum iudicio, primus ipse excogitaverat. Verum haec ipsa methodus, quae per se facilis, et quaedam quasi compendiaria via futura esse videbatur ad omnem latinitatem, nescio quo pacto usu venerit, ut experimento ipso, difficilior, quam ut puerorum ingenia ferre possent, deprehenderetur. Et sane, ut id ipsum tribui novitati possit (ingeniis enim puerilibus conducit plurimum trita quaedam, quasi cantilena praeceptorum, quam ipsi saepe pueri audiverint: ac psittacorum more, ipsarum etiamnum rerum ignari decantarint) sed ut novitati inquam tribuatur: non negarim tamen aliquid vidisse Diomedem, Phocam, Donatum, ceteros, cur maluerint planiorem quamdam viam ingredi, quam directiorem; nec tam methodi perfectissimae, quam puerilis capacitatis habere rationem. Sed, quoquo se modo res habeat, superiorum, ut dicebam, annorum experimento didicimus, puerorum utilitati et commodo, dum Verba Activa, Neutra, Deponentia, Impersonalia permiscemus; dum non verborum formas, sed casuum regimen tantum attendimus; dum perfectam et absolutam Constructionem intransitivam transitivae praeponimus; dum quae ad Nomen pertinent, ante ea quae de verbis dicenda sunt, tradimus universa; dum in harum ipsarum vocum, Transitivi, et Intransitivi notione religiosius adhaeremus; dum certis locis communibus omnia comprehendimus, nimio fortasse illis consulendi studio, minus esse consultum. Quare operae

pretium nos facturos esse existimavimus, si quae de Octo Partium Constructione scripsit Emmanuel, ita nunc primum ederemus, ut eam ipsam veterum dispositionem retineremus; ceterum Emmanuelis ipsius opera, atque eruditione frueremur. Habes itaque in hac Emmanuelis editione primum praecepta omnia quae quod ad intransitivam constructionem, quam vulgo concordantias vocant, pueris existimavimus fore perutilia, harum tamen vocum Transitivi, et Intransitivi, quod ea minus ad rem facere viderentur, mentione intermissa. Secundo loco Verba Activa, Passiva, Neutra, Communia, Deponentia, Impersonalia, et Infinita eo fere ordine, quo a veteribus, ut diximus, erant disposita. Deinde addidimus, quod ipsi illi faciunt, accidentia verborum, Gerundia, Participia, Supina. Haec Nominis constructio consequitur, quod eo loco a veteribus de Comparativis, et superlativis agatur. Hanc ipsam postremo excipiunt partes aliae orationis, eo plane ordine, quo hic noster illas antea digesserat. Ex quo fit, ut cum ad Infinita accesseris, nihil plane in posterum, praeter interpositam Nominis constructionem, immutetur: in ipsa autem constructione Verborum, ordinem quidem veterum recognoscas, praecepta vero exempla, et alia omnia, vel ex ipsius Emmanuelis praeceptis, vel ex eius Commentariis hauriantur. Quibus in Commentariis, quia multa erant cognitu illa quidem pulcherrima, sed quae in iis, qui circumferuntur libellis desiderarentur: ideo fecimus, ut pulcherrimis quibusque e Commentario excerptis (idque tantum in constructione verborum, ne nimium libellus excresceret) Appendicum numerum augeremus. Quarum Appendicum singulis verborum ordinibus illas adscripsimus, quae magis ad rem facere videbantur; easque ipsas eo consilio in tria genera distribuimus, ut Ludi magistri intelligerent, tirones non iis omnibus esse continuo onerandos; sed eis, cum primum ad partium orationis constructionem accesserint, tradenda esse nuda tantum praecepta Grammaticae, idque usque ad Accidentia verborum. Quibus praeceptionibus semestri fere spatio expeditis, iteranda eadem illa cum primi generis Appendicibus: iis tamen addendis de Accidentium verbi, de Nominis, de ceterarum partium constructione, quorum capaces esse videbuntur: idque altero semestri faciundum. Tertio deinde semestri Appendices secundi generis et ex aliis orationis partibus adiungenda, si quae fuerint semestri superiore praetermissa. Quarto demum semestri discipulos, cum iam erunt in praeceptis Grammaticae confirmati, tertii generis Appendices una cum iis, quae ad figuratam constructionem pertinent, docendos esse. Ita fiet, ut fere biennio abundent praeceptis, institutisque Grammaticae eoque tum demum tempore ad humanitatem informentur. Haec habuimus, quae te de immutato in Emmanuele ordine, deque Grammatica institutione tradenda doceremus. Vale.

PRAEFATIO

IN EMMANUELIS ALVARI

INSTITUTIONEM GRAMMATICAM

ROMAE ANNO MDCCCXXXII. VULGATAM

STUDIOSAE JUVENTUTI

Quod hujus Grammaticae laus exstitit prope singularis, ut scilicet aliis atque aliis recusa typis in usum disciplinamque scholarum apud omnes paene gentes induceretur, idem etiam labes ejus non modica fuit ac pernicies; nam dum iterum atque iterum in lucem editur magisque in dies incredibili exemplarium copia multiplicatur, non paucas nec omnino leves contraxit maculas, nativaeque integritatis non nihil amisit. Quo quidem calamitatis genere quum nullum lectoribus exitialius, praesertim si eos habeas, qui aetatis imbecillitate atque consilii nondum quidquam videre ac judicare valeant, iisque agas de literis, quae, ut ait in Bruto (1) Tullius, solum et fundamentum sunt literarum reliquarum; tum injuriosius nullum auctoribus suis, qui postquam in opere aliquo effingendo conciunandoque tanquam in procreanda educandaque prole parentes elaborarunt, hoc tandem, aliena sive imperitia, sive etiam malevolentia, sibi sentiunt accidere, ut naturali degenerato stirpis bono nec sua ipsi recognoscere nec dignosci ipsi ex suis queant, parvique atque ignobiles habeantur, qui magnis nobilibusque ingeniis exstiterunt. Quanquam si simile horum quidquam Emmanueli Alvaro intelligentis judicii multaeque eruditionis viro in hoc suae Grammaticae compendio contigit, ejus tamen amplitudinem nominis atque doctrinae satis tuetur majus illud de re grammatica opus atque omnium opinione absolutum, quod quum semel aut iterum typographorum manus sit expertum, facile potuit inde prodire incolume, propriisque se in bonis, ut cum poëta loquar, posteritati temporum ostentare. Utinam egregium hoc opus, quod exemplarium paucitate jamdiu coepit desiderari, boni alicujus diligentia ac studio iterum typis committeretur! Utinam quicumque germanam latinitatem affectant, illud sibi familiarius esse vellent, nec magistrorum quisquam grammaticam artem publice aut privatim tradendam susciperet, quin illud antea legerit ac pervolutarit. Non ego heic domestica testimonia, quum multa aliunde ac praeclara suppeditent, sectabor; Lagomarsinium (2), Nogheram (3), Fellerium (4) verissimos licet ac sapientissimos judices, prorsus omittam; at absolutissimam omnium, quotquot editae hacteuus sunt, Grammaticam Cl. Morerius (5) appellavit; at affirmavit Walchius (6), quicunque posterioribus saeculis latine scirent, ejus ope ac studio hoc eos esse assequutos. Quid? nonne Facciolatius ille, qui in Alvari Grammaticam acerbius aliquando fuerat invectus, correxit inde sententiam suam, ut dice-

(1) Cap. 74. (2) Orat. pro Gramm. Ital. Scholis. (3) Nuovi sistemi o metodi d' insegnare. p. 1. (4) Diction. histor. (5) Diction. histor. (6) Hist. crit. ling. lat. 4. et 16.

ret (1) *post tot tantosque conatus minime inveniri posse meliora*? nonne ipse Scioppius (2), antequam odio malevolentiaque transversum agi se sineret, omni laude cumulavit? Et sane quaenam aut universi operis aut singularium partium convenientia, conjunctio, proportio? quae non solum peritia literarum et vocum sed sermonis totius intelligentia? quae in legibus ferendis tradendisque praeceptis felicitas, in Grammaticorum controversiis expendendis solertia, in sua sententia interponenda prudentia? quid cognitione dignum praeterivit? quid non delectu copiaque exemplorum confirmavit omnisque eruditionis luce perfudit? Verum quorsum haec tanta Alvari ejusque Grammaticae commendatio? Quorsum? Ut qui hoc ejusdem compendium, quod diligenter castigandum edendumque curavimus, sunt versaturi, ubi emendata in eo plurima, adjecta aliqua, mutata etiam non pauca deprehenderint, non continuo nobis inauditis succenseant improbentque laborem nostrum veluti non periculosum modo sed audacem etiam atque adeo temerarium; verum ad causas rationemque accurationis nostrae animos paulisper attendant. Delendae enim abstergendaeque omnino erant maculae quaedam ac sordes, quae jamdiu insederant in hoc Grammaticae compendio atque adeo inveteraverant, inanique nescio qua falsaque quorumdam religione erant consecratae. Quis enim aequo ferret animo quaedam non semel proponi praecepta, quosdam, ut Graeci vocant, praescribi canonas, qui nulla veterum auctoritate possent confirmari? quis pateretur voces quasdam, quosdam modos reprobari penitus ac quasi Licinia et Mucia lege ex civitate ejici, quae jus amen civitatis haberent; quosdam autem modos, quasdam voces civitate donari, quas non nisi incerta quaedam analogia commendaret? Quin aliquando non violatum modo jus civitatis sed mutata etiam inique generis conditio, dicta scilicet masculine nomina, quae solum essent neutraliter dicenda, aut masculine tantum prolata, quae foemininum etiam genus sibi vindicarent; ut illud omittam injustum sane ac turpe, quod veteri avitaque possessione deturbata fuerint verba nonnulla suorumque casuum jacturam coacta perferre, atque horum similia alia non pauca, quae passim deprehendebantur. Verum quod mirari non desinebamus, illud erat, quod rerum hujusmodi, quae sub Alvari nomine circumferebantur, nihil usquam apud ipsum reperiretur, aut si quidquam alicubi, iis tantum verbis enuntiatum, ut facile omnes fidem perspicerent, quae incertae lectionum varietati in appositis veterum scriptorum exemplis esset tribuenda. Adeo praestanti summus ille Grammaticus fuit prudentia, ut nihil nisi certum proferret, reliqua suae fidei permitteret, nec analogiae rationibus multum crederet eorum memor, quae Quintilianus (3) olim scripsit: *inter virtutes grammatici illam etiam haberi aliqua nescire*. Nos igitur bono jure sua cuique reddidimus, sua Alvaro, ea, quaecunque corrupta ademptave fuerant, sanando aut restituendo, sua editoribus et typographis quibuscunque, adjecta omnia tollendo atque in oblivionem penitus amandando; praesertim quum consentientem nobiscum in hoc praestando haberemus Manutii, Vossii, Forcellinii, Lagomarsinii aliorumque hujusmodi virorum auctoritatem.

(1) Epist. post orat. ad Gramm. (2) Ap. Lagomars. orat. cit. (3) Instit. 1, 5.

Age vero magno etiam adjumento illud nobis fuit, quod alterum in hac editione ipsi nobis proposueramus, exemplorum scilicet, quibus quaeque res aut confirmatur aut illustratur, fidelior accuratiorque transcriptio. Nam dum omnia diligenter in ipsis fontibus recognoscimus, unde erant petita, ut sedi quaeque suae ac fidei redderemus, plura invenimus aut ita depravata et manca, ut minime legitimi testimonii habere vim possent, aut ita detorta, ut a scriptorum mente prorsus abessent; aut saltem, quae scriptori non suo attribuerentur: quorum tamen incommodorum nusquam Alvarus auctor fuit; nec ipse profecto doctissimus Tursellinius, qui diffusiorem Alvarum hac primum epitome circumscripsit; quos utinam consuluissent attentius, qui eam erant edituri, ne malae exemplorum fidei inhaerentes occasionem erroris sumerent in ipsis praeceptis dandis legibusque sanciendis. Itaque emendata omnia studio ac labore nostro sane non levi quantoque fieri potuit diligentius ex editionibus transcripta, quae vulgo accuratiores habentur; nec non ut cumulatius nobis opus exsurgeret, in obscuriorum quorumdam locum clariora suffecta, quaeque sensui ac intelligentiae puerorum magis essent accommodata. Ad orthographiam tandem quod pertinet, non illam veterem et obsoletiorem, qua nonnulli etiam nunc delectantur, sequuti sumus, sed communiorem ubique atque usitatiorem, ne maximum adolescentibus negotium sine ulla percipienda utilitate facesseremus. Habet heic quisque causas, quibus ut hoc operis iniremus, adducti sumus, nec non qua in eo praestando usi sumus rationem: quinam vero fuerit laborum exitus atque industriae, malumus aliorum judicio committere, quam nostro nobis inaniter blandiri: hoc unum verissime posse dicere videmur, nullam nobis praetermissam diligentiam, nullam non adhibitam curam nullasque non superatas volenti animo difficultates, ut, quod susceperamus munus, pro virili perficeremus; quare si quis minus operae fructum nostrae probandum censeat, voluntatem profecto diligentiamque non improbabit. Illud nunc reliquum est, ut vos, ingenui adolescentes, quorum maxime gratia molestiae hoc quodcunque fuit ac laboris libentissime pertulimus, ut vos, inquam, alacritate in studiis vestra atque, ut Tullii verbis utar, ardore quodam amoris id efficiatis, ut nostri nos laboris ac diligentiae nunquam non modo poeniteat, sed ad majora aliquando in commodum utilitatemque vestram enitamur.



AUCTORES OPTIMI

LINGUAE LATINAE

EX LIBRO

JOSEPHI JUVENCII S. J.

DE RAT. DISC. ET DOC.

Primas in illis jure semper tulit M. T. Cicero, de quo satius est nihil, quam pauca dicere.

C. Julius Caesar septem libros edidit de bello gallico, nam octavus est A. Hirtii, non tamen indignus illa aurea latini sermonis aetate: tres de bello civili. Lucet in ejus oratione concinna munditíes sine sententiarum aut verborum exquisita gravitate, quam in eo nonnulli desiderant.

C. Sallustius Crispus Amiterni in Italia anno U. C. DCLXVIII natus; tribunatum plebis gerebat Romae, quando P. Clodius a Milone occisus est. Scripsisse traditur historiam romanam ab initio ad sua usque tempora; supersunt dumtaxat bellum jugurthinum, catilinarium, et quaedam fragmenta. Oratio in Ciceronem falso illi tribuitur, id quod ipse stilus indicat. Eum Tacitus appellat rerum romanarum scriptorem florentissimum; sane plenus rerum est, verborum dives ac sententiarum; vocibus tamen obsoletis ac paulo durioribus non caret.

Cornelius Nepos vixit sub Julio Caesare et Augusto; Veronensem fuisse conjectura non levis est. Scripsit vitas romanorum ducum et externorum: illae perierunt, ex his restant duae et viginti. Desiderantur etiam vitae graecorum historicorum, quas a se conscriptas fuisse testatur. Aemilius Probus, cujus vulgo nomen huic Nepotis libello praefigitur, librarius fuit, qui hoc opus sua descriptum manu obtulit Theodosio, ut praeclare Vossius ostendit. Purus nitet in hoc libello sermonis latini candor et Augusti saeculo dignissimus.

T. Livius Patavinus sub Augusto et Tiberio floruit. Ediderat CXLII libros ab U. C. usque ad Drusi mortem; supersunt tantum XXXV. Laudatur in eo ubertas, amplitudo et plena majestatis ac roboris eloquentia.

C. Vellejus Paterculus Tiberio imperante scripsit duos variarum historiarum ac praesertim romanae libellos, quorum bona pars periit. Elegans et ingeniosus est stilus, interdum atrox et subobscurus.

Valerius Maximus reliquit libros novem dictorum, factorumque memorabilium. Tiberii aetate illum vixisse probat Vossius, quamvis eius dictio plerisque in locis barbara, necnon flosculi ac lepores male conquisiti nonnullis persuaserint illum deteriori aevo scripsisse. Possunt ex eo peti argumenta poëmatum et orationum.

L. Annaeus Seneca philosophus vulgo dictus, patria Cordubensis; multa edidit ingeniose ille quidem et splendide sed abrupta oratione et confragosa; quare legi, nisi jam confirmato stilo, non debet. Ejus epistolae plurimum bonae frugis habent; quasdam a christiano scriptas putes: tantam rerum humanarum despicientiam spirant. Suppeditare possunt argu-

menta scriptionibus, quae pueris traduntur componendae, modo ejus latinitas poliatur. A Nerone, cujus mores ac studia regebat, mori jussus est.

Pomponius Mela natione Hispanus et Claudii Imperatoris aevo suppar libros de chorographia seu locorum descriptione vulgavit brevitate adeo tersa et eleganti, ut inter bonae latinitatis auctores primarios merito censeatur.

L. Moderatus Columella iisdem temporibus floruit, patria Gaditanus. Scripsit elegantissimos libros de re rustica.

Q. Curtius Rufus Alexandri Magni res gestas illustravit libris decem, quorum duo primi desiderantur; supplevit eos Freinshemius. Genus dicendi sectatur maxime purum et latinum, quo uno argumento dicendus est sub Claudio imperatore potius quam sub Vespasiano vixisse.

C. Plinius Secundus major sive senior, naturalis historiae scriptor Veronensis fuit Vespasiani et Titi temporibus. Scribendi ratio ingeniosa, subtilis, erudita; interdum propter brevitatem copiamque rerum strictior et obscurior. Lucem illi magnam attulit P. Harduinus S. J.

M. Fabius Quintilianus rhetor Hispanus, ut plerique existimant, Romae diu artem dicendi summa cum laude docuit. Rhetoricae praecepta complexus est libris egregiis duodecim. Declamationes, quae illi vulgo tribuuntur, ipse innuit a suis discipulis fuisse conscriptas. Sane duriter et valde dissimili a ceteris ejus libris stilo sunt elucubratae. De praecipuis scriptoribus graecis ac latinis praeclare disserit libro X, cap. I.

Sext. Jul. Frontinus ab aevo Quintiliani non multum abest. Edidit quatuor libros de scientia militari ac stratagematis sive dolo bellico, non inconcinne.

C. Cornelius Tacitus ad Trajani tempora pertinet. Complures historiarum libros ediderat, e quibus pauci restant. Gravis illi sermo, et austerus, acutae et abstrusae sententiae, ita ut meditandus magis, quam legendus sit. Quaedam habet parum christianis amica legibus. Latinitas interdum audax et acerba, vivida tamen ut plurimum ac robusta.

C. Plinius Caecilius Secundus, Junior vulgo dictus, Novocomensis, Caji Plinii senioris e sorore nepos, eodem imperatore Trajano floruit, quem laudavit oratione luculenta. Eidem tribuitur a quibusdam libellus de viris illustribus, ab aliis Cornelio Nepoti; hunc Vossius Aurelio Victori assignat. Exstant epistolae Plinii scitissimae; jam tamen latini sermonis nitor obsoleverat.

L. Annaeus Florus Hispanus ejusdem Trajani extremis temporibus vulgavit quatuor historiae romanae libros. Utitur stylo in speciem amoeno et florido at contorto in multis et molesto. In putanda ratione temporum est negligentior.

C. Suetonius Tranquillus Hadriano imperatori ab epistolis fuit. Supersunt e multis ejus historiis vitae Caesarum, quorum vitia et dedecora diligentius persequitur, quam historicum pudicum et sapientem decet. Cetera brevis et accuratus est.

Justinus Trogi Pompeji, qui sub Augusto libros quatuor et quadraginta historiarum scripserat, epitomen confecit, quam Antonino Pio, quo principe vivebat, dicavit. In rebus judaicis ac plerisque aliis hallucinatur, sive id ejus sive Trogi vitio contigerit.

M. Accius Plautus natione Umber, patria Sarsinas obiit anno U. C. DLXX. Non temere legendus est propter nequitias et impuros amores atque adeo propter sales invenustos, quibus scatent ejus comoediae.

P. Terentius auctor est latinitatis tersissimae: non legatur tamen nisi repurgatus. Ortus est Carthagine in Africa anno U. C. DLX. In pingendis hominum moribus et arte coagmentandae fabulae ceteros vincit comicos.

T. Lucretius Carus insignis est ob latinum sermonem et sententiarum gravitatem: versus paulo habet horridiores, interdum obscenos et impios. Scripsit physica. Romae natus est anno ejusdem urbis DCLVIII.

C. Valerius Catullus Veronensis novem post Lucretium annis ortus: scripsit odas, elegias, epigrammata, etc. Sermo bene latinus est, versus aliquando duriores, saepe obsceni.

P. Virgilium annus U. C. DCLXXXIV. edidit, futurum olim principem latinae poëseos. Patria tanti viri Andes vicus prope Mantuam.

Q. Horatius Flaccus quinque post Virgilium annis editus Venusii in Apulia: omnia ingeniose, splendide et luculenter scripsit; non pauca tamen habet lutulenta et inquinandis moribus, nisi delectus habeatur, opportuna. Prodiit ineunte saeculo XVIII. Romae, Parisiis et alibi cum brevi commentario accurate repurgatus.

A. Tibullus et Sext. Aurelius Propertius nati sunt circa annum U. C. DCCX. hic in Umbria, ille Romae: uterque poëta melior quam castior, atque idcirco ablegandus a puerorum scholis, nisi qui forte locus bene repurgatus excerpatur.

P. Ovidius Naso patriam habuit Sulmonem urbem Pelignorum in Italia anno U. C. DCCXI. amoenus vates, copiosus, ingeniosus et illaborata facilitate gratus; utinam aeque castus et modestus. Quamobrem periculose legitur non solum in iis libris, ubi nequitiam aperte profitetur, sed in metamorphosibus, epistolis. etc. Tristia et libri de Ponto minus habent periculi. Ejus metamorphoses expurgatas Roma paucis ante annis dedit cum notis clarissimis.

Manilius, incertum quo anno natus, recte in extrema Augusti tempora rejicitur cui suum opus videtur dedicare. Scripsit astronomica, versatus satis concinne ac feliciter in argumento per se horrido et intentato.

Phaedrus origine Thrax libertus Augusti floruit sub Tiberio. Lucet in eo nativus quidam latini sermonis lepos aureo Augusti saeculo dignissimus.

Seneca patria Cordubensis, Lucii Annaei Senecae philosophi, ut multis placet, filius vixit Neronis aevo. Artem tragicam ignorat. Ampullata sunt ejus carmina, plerumque tamen plena spiritus et ardoris: latinitas non ignobilis: in sententiis et orationibus, quas actoribus suis et heroibus affingit, modum vix tenet, multo praestantior futurus si temperare ingenio suo, quam indulgere maluisset.

M. Annaeus Lucanus Senecae philosophi ex fratre nepos, patria item Cordubensis. Historiam civilis belli Caesarem inter et Pompejum versu scripsit elato et saepe turgido, nonnunquam acri et ingenioso. Cur illi poëtae nomen abrogent eruditi, et oratoribus vel historicis annumerandum censeant, intelligitur ex iis, quae de poësi diximus. Non enim poëmatis sui materiam quasi facit et rerum variarum inventione et mutatione illustrat, sed acceptam

ab historia ornate prosequitur. Multos fallit ambitiosus ille sententiarum tumor et argutiarum fucus ad pompam potius et fastum, quam ad veritatem comparatus.

A. Persius Flaccus Volaterranus Neronis tempore satyras sex scripsit multo conditas sale: tuto legi, pauca si demas, potest.

Silius Italicus, ab Italica baeticae Hispaniae urbe sic appellatus, ultimo Neronis anno consulatum gessit iterumque sub Domitiano. Poëma composuit de secundo bello punico; Virgilium, cujus cultor insignis erat, imitari studuit ac sequi: multum abest, quin assequatur.

P. Papinius Statius Neapoli, ut verius creditur, oriundus sub Nerone et Domitiano scripsit silvas, Thebaidem et Achilleidem stilo saepe confragoso et obscuro. Ejus silvae sunt amoeniores et cultiores.

C. Valerius Flaccus Setinus edidit libros octo Argonanticon, quos Vespasiano dedicavit. Statio purior et melior est.

M. Valer. Martialis Bilbilitanus Romae annis xxxv. vixit usque ad Trajani tempora, cum in Hispaniam suam rediit. Mores et ingenium perpolire potest ejus lectio, si obscena deleas epigrammata, ut ab interprete nupero dempta et brevibus commentariis illustrata sunt.

D. Junius Juvenalis Aquinas poëta doctus et eloquens: majestatem et aculeos interdum declamatorios habet; minus Horatio politus ac pressus, Persio uberior est. Cave illum, nisi expurgatum, legas. Nuper emendatus et illustratus prodiit.

Claudianus fuisse Alexandrinus fertur. Sub Theodosio magno ejusque liberis claruit, a quibus ei statua romano foro posita. Poëticos spiritus ingentes et meliore saeculo dignos habet, ac si tumoris nonnihil detrahas, vix ulli poëtarum latinorum, praesertim in iis, quae postremo loco scripsit, secundus est.

A. Prudentius sub eodem Theodosio in rebus christianam fere pietatem et religionem spectantibus operam posuit, barbaro saepe, licet ingenioso et erudito carmine.

ADMONITIO

AUCTORIS

DE PRONUNCIANDI RATIONE AD USUM ITALORUM TRANSLATA

Cum praeclarum illud Horatii (1) *dictum:* Quo semel est imbuta recens, servabit odorem - Testa diu, *verissimum esse re ipsa quotidie experiamur, dabit in primis operam praeceptor, ut discipuli etiamnum tirones et latinae linguae rudes jam inde a principio optimae pronuntiationi assuescant. Quod ut facilius assequantur, studiose diligenterque observabit, quibus praecipue vitiis laboret ea regio, in qua sibi commissam juventutem instituet. Nam singulis fere nationibus domestica quaedam ac nativa insunt vitia, quibus latini sermonis splendor obscuratur ac paene obruitur. Itali vel romani pueri, si Magistrum diligentem ac bene pronuntiandi studiosum nacti fuerint, non male quidem pronuntiant; sin vero in eum inciderint, qui officio*

(1) Ep. 1, 2, 69.

suo desit ac de auditorum progressu parum sit sollicitus, barbare literas multis locis sonant. M *quidam insequente* n *perinde efferunt, ut* n, onnis, sonnus, contenno, dannum, condenno *pro omnis, somnus, contemno, damnum, condemno. Idem usuvenit insequente* p, *nisi quod* p *ipsum extinguunt aut invertunt: nam pro emptus, emptio, redemptus, redemptio, demptus, comptus, promptus, efferunt* entus, entio, redentus, redentio, dentus, contus, prontus; *et pro deceptus, ereptus, absorptus, sculptus pronuntiant* decettus, erettus, assortus, scultus *et alia eodem modo.* D *autem antecedente* n *saepe vertunt in* n, *siquidem pro contendo, condo, conditor, mundus, mundo, pondus, dicunt* contenno, conno, connitor, munnus, munno, ponnus. *Nonnunquam* d *cum* t *commutant:* aput, set *pro apud, sed; rursus* capud *pro caput. Interdum post* t *vocalem* e *adiungunt*, este, abeste *pro est, abest dicentes.* C *ultimae eandem vocalem addunt, eamque sono accedente ad literam* q *pronuntiant;* hice, haece, hoce *effutientes: quos ne primam quidem nominum formam patietur praeceptor ediscere, nisi prius hanc barbariem penitus exuerint: nam cum pronomen hoc crebro sit usurpandum, opus est, ut id ante optime pronuntient quam memoriae infigant. In mediis vocalibus* c *ante* t *vix attingunt. Nam pro sanctus, cunctus, planctus dicunt* santus, cuntus, plantus *aut tanquam alterum* t *pronuntiant* pattum, dilettum, dittum, dottum, duttum *pro pactum, dilectum, dictum, doctum, ductum et alia eodem modo:* vittor, attor, dittator, dittare *pro victor, actor, dictator, dictare. Eadem injuria afficiunt* p *ante* t *et* s *cum efferunt* attus, inettus, scrittus, rattus, carsi, ressi, scrissi, nussi *pro aptus, ineptus, scriptus, raptus, carpsi, repsi, scripsi, nupsi. Siquidem in his et horum similibus verbis* p *vix auditur. Iidem alterum* i *et* s *nonnunquam supprimunt:* obicio, reicio, subicio, inicio *pro objicio, rejicio, subjicio, injicio:* disero, disipo, disidium *pro dissero, dissipo, dissidium et nonnulla id genus perperam sonantes. Jam vero* x *quocumque loco fuerit, vitiose pronuntiant, nam pro* x *reponunt* s *tum simplex, tum geminatum, pro Xerxes* Serses, *pro felix,* felis, pro *dixit, faxit, duxit* dissit, fassit, dussit, *pro exaudi, auxilium* esaudi, ausilium, *pro resurrexit, dilexit, depinxit* resurressit, dilessit, depinsit: *saepe etiam pro eadem litera pronuntiant* z, *cum* uzor *efferunt pro uxor et alia eodem pacto. In his ac ceteris vitiis extirpandis nervos omnes vigilans et industrius Praeceptor contendet: varia remedia excogitabit, quibus os linguamque rudem informet; attentissimo ac libentissimo animo suos tirones legentes audiet: curabit, ut* hic, haec, hoc *ita pronuncient, ut vocalem, quam de suo addunt, procul abjiciant:* m, d, t, c, p *omnibus locis recte sonent:* x *in pristinum statum restituet ac frequentissime inculcabit compendium esse duarum literarum* c *et* s, *neque aliter* dixi *pronuntiandum esse, quam si per* c *et* s *scriberetur* dicsi. *Rubiginem in elementariis ludis contractam diligentissime deterget, in his enim multa variaque pronuntiationis monstra nascuntur. In iisdem syllabariis scholis pleraque omnia, quae supra diximus, orta sunt vitia; nam dum verba articulatim syllabatimque potius mandunt, quam sonant, literasque alias addunt, alias detrahunt, aliis alias permutant, sonos fingunt novos*

et inauditos. Quare congerenda est magna verborum silva, quorum pronuntiatio difficilior sit, quibuscum tamdiu novi palaestritae luctabuntur, donec devicta et prostrata foedissima barbaries e palaestra gymnasioque extrudatur et in perpetuum relegetur. Hoc idem Quintilianus (1) *vehementer praeceptoribus commendat his verbis:* Non alienum fuerit exigere ab his aetatibus, quo sit absolutius os et expressior sermo, ut nomina quaedam versusque affectatae difficultatis ex plurimis et asperrime coëuntibus inter se syllabis catenatos et veluti confragosos quam citatissime volvant, χαλεποί graece vocantur. Res modica dictu, qua tamen omissa, multa linguae vitia nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum pravitate durantur. *Latinum alphabetum vel syllabatim dictare non erubescet; alioquin, id quod saepe usuvenit, post multos annos analphabeti reperientur* emme, enne, erre *et alia his deteriora literarum nomina perridicule usurpantes. Quod si Professor id existimabit humilius esse, quam ut suum gymnasium deceat potiusque ad elementarios abecedariosque magistros spectare, meminerit et se et eam, quam profitetur artem, ab elementis literisque nomen traxisse. Nos certe, quoniam in ea versamur, ipsas non nudis formis, sed plenis nominibus libentissime subjiciemus.* A, Be, Ce, De, E, eF, Ge, aH, I, Kappa, El, Em, En, O, Pe, Qu, Er, Es, Te, U, X, Ypsilon, Zeta. *Multa denique, ne longior sim, tirunculis discenda, multa dediscenda sunt pro variis nationum linguis et vitiis, quae praeceptor pro sua prudentia et eruditione etiam atque etiam considerabit.*

DE NOMINUM DECLINATIONE

ADMONITIO

Graeci articulis nominum genera casusque distinguunt, quibus quia Latini carent, nos veterum grammaticorum Varronis, Nigidii, Fabii, Probi, Gellii, Donati, Diomedis exemplo, pronominis hic, haec, hoc *tantum genus notavimus, satis esse rati, casus reliquos varia ipsa inflexionis ratione internosci. A muliebri autem vocabulo declinandi initium facimus, quo pueri vel primo ipso die adjectiva ejusdem formae atque exitus sine ullo labore cum substantivo copulent, ut* musa jucunda, ferula acerba. *Nam, si figura discrepent, paucis post diebus declinanda sunt, ut* musa dulcis, ferula minax.

(1) Inst. 1, 1.

LIBER PRIMUS

ETYMOLOGIA



§. 1. DE LITERIS

Literae, quibus utuntur Latini, sunt tres et viginti: A, Be, Ce, De, E, eF, Ge, Ha, I, Kappa, eL, eM, eN, O, Pe, Qu, eR, eS, Te, U, iX, Ypsilon, Zeta.

II. Literae dividuntur in vocales et consonantes.

III. Vocales sunt sex: A, E, I, O, U, Ypsilon; quarum ultima tantum in dictionibus graecis locum habet, ut *Hieronymus*, *Dionysius*.

IV. Ceterae appellantur consonantes, quod vocalibus junctae simul sonent.

V. Syllaba fit ex literis una vel pluribus, ut *a-le-as*, *ars*, *fors*, *trans*.

VI. Syllaba, quae fit ex duabus vocalibus, vocatur diphthongus.

VII. Diphthongi sunt sex *ae*, *au*, *ei*, *eu*, *oe*, *yi*, ut *praemium*, *aurum*, *hei*, *Europa*, *poena*, *harpyia*.

VIII. Dictio fit e syllabis, ut *aleas*; interdum fit ex una syllaba, ut *mors*.

IX. Oratio fit ex dictionibus, ut *aleas fuge*, *mortem meditare*.

§. 2. PARTES ORATIONIS

Partes orationis sunt octo: nomen, pronomen, verbum, participium, praepositio, adverbium, interjectio et conjunctio.

II. Harum quatuor nomen, pronomen, verbum, participium declinantur: praepositio, adverbium, interjectio, conjunctio declinationis sunt expertes.

§. 3. DE ACCIDENTIBUS PARTIUM ORATIONIS

Sunt quaedam, quae partes orationis comitantur, ut numerus, casus, genus, declinatio et conjugatio, modus, tempus, persona, figura, species, quae accidentia sive attributa partium orationis vocantur.

Numeri nominum, pronominum, verborum et participiorum sunt duo; singularis, ut *musa*, *ego*, *amo*, *amans*; pluralis, ut *musae*, *nos*, *amamus*, *amantes*.

II. Casus nominum, participiorum et nonnullorum pronominum sunt sex, *nominativus*, *genitivus*, *dativus*, *accusativus*, *vocativus*, *ablativus*. Nominativus *rectus* casus dicitur, ceteri *obliqui*.

III. Genera praecipua, quae nomini, pronomini et participio conveniunt tria sunt, masculinum, foemininum et neutrum. *Masculinum* sive *virile* est, non quod virum significat, sed cui praeponitur *hic*, ut *hic dominus*, *meus*, *doctus*: *foemininum* sive *muliebre*, cui praeponitur pronomen *haec*, ut *haec ancilla*, *mea*, *docta*: *neutrum*, cui praeponitur pronomen *hoc*, ut *hoc mancipium*, *meum*, *doctum*. Ex his tribus generibus nascuntur duo alia, commune duorum et commune trium. *Commune duorum* est, cui praeponuntur pronomina *hic* et *haec*, ut *hic* et *haec parens*: *commune trium* sive *omne*, cui praeponuntur pronomina *hic* et *haec* et *hoc*, ut *hic* et *haec* et *hoc prudens*, *nostras*, *amans*. Est et *promiscuum* sive *epicoenum* genus, quod sub uno genere et uno articulo utrumque sexum complectitur, ut *hic corvus*, *hic*

passer, mas et foemina; *haec aquila*, *haec mustela*, mas et foemina. Est et genus *dubium* sive *incertum*, quod ambignos habet articulos ut *hic* vel *haec silex; hic* vel *hoc vulgus*.

IV. Declinationes sive formae nominum sunt quinque; *prima*, cujus genitivus singularis terminatur in *ae* diphthongo, ut *musa musae*. *Secunda*, cujus genitivus terminatur litera *i*, ut *dominus domini*. *Tertia*, cujus genitivus terminatur syllaba *is*, ut *sermo sermonis*. *Quarta*, cujus genitivus terminatur syllaba *us*, ut *sensus sensus*. *Quinta*, cujus genitivus terminatur literis *e* et *i* separatis, ut *dies diei*.

Pronomina *meus, tuus, suus, noster, vester* ad primam et secundam nominum declinationem spectant: *nostras*, *vestras* ad tertiam: cetera proprias habent formas.

Participia, quae in *ans* et *ens* exeunt, ad tertiam declinationem pertinent, ut *amans*, *docens*, etc. reliqua ad primam et secundam, ut *amaturus, a, um; amandus, a, um.*

V. Conjugationes verborum sunt quatuor; *prima*, cujus secunda persona singularis praesentis indicativi exit in *as* et praesens infiniti in *are*, ut *amo, amas*, *amare*. *Secunda*, cujus secunda persona praesentis indicativi exit in *es* et infinitum in *ere* penultima producta, ut *doceo, doces, docere*. *Tertia*, cujus secunda praesentis indicativi exit in *is* breve et infinitum in *ere* penultima correpta, ut *lego, legis, legere*. *Quarta*, cujus secunda praesentis indicativi exit in *is* longum et infinitum in *ire*, ut *audio, audis, audire*.

VI. Modi verborum triti et communes sunt quatuor, *indicativus*, *imperativus*, *conjunctivus* et *infinitus:* his addunt alii *optativum*, *potentialem* ac *permissivum*.

VII. Tempora verborum sunt sex, *praesens* sive *instans*, *praeteritum imperfectum*, *praeteritum perfectum, praeteritum plusquam perfectum*, *futurum infectum* ac *futurum perfectum*.

VIII. Personae pronominum sunt tres, prima *ego*, secunda *tu*, reliqua pronomina sunt tertiae personae praeter *ipse*, *ipsa*, *ipsum*, quod cujusvis est personae, item provocabulum *qui quae quod:* dicimus enim *ego ipse, ego qui; tu ipse, tu qui; Caesar ipse, Caesar qui;* sic in plurali *nos ipsi, vos ipsi*, etc.

Personae verborum sunt tres, prima, ut *amo;* secunda, ut *amas;* tertia, ut *amat*.

Nomina et participia (exceptis vocativis) incertae sunt personae sicut et verba infinita, eam enim induunt personam, cujus est verbum, cui adhaerent, ut Ego *M. Tullius* defendi remp. adolescens. Liv. (1) HANNIBAL *peto pacem*. Cupio te *audire*.

Vocandi casus, quia secundis personis tantum adhaerent, solum sunt secundae personae.

IX. Figurae nominum, pronominum, verborum, participiorum, praepositionum, adverbiorum, conjunctionum duae sunt, *simplex*, ut *prudens*, *is*, *amo*, *amans*, *abs*, *prudenter*, *enim: composita*, ut *imprudens*, *idem*, *adamo*, *adamans*, *absque*, *imprudenter*, *etenim*.

(1) Hist. 30, 30.

X. Species nominum, pronominum, verborum, adverbiorum sunt duae, *primitiva*, ut *pater, tu, caleo, clam: derivativa*, ut *paternus, tuus, calesco, clanculum.*

§. 4. DE NOMINE

Nomen est pars orationis, quae casus habet neque tempora adsignificat, ut *musa*, *dominus.*

II. Nomen proprium est, quod res proprias atque certas significat, ut *Romulus*, *Mantua.*

III. Appellativum est, quod res communes atque incertas significat, ut *rex, oppidum.*

IV. Collectivum est, quod numero singulari significat multitudinem, ut *populus*, *gens*, *turba.*

V. Substantivum seu fixum nomen est, quod per se in oratione esse potest, ut *dux* imperat, *miles* obtemperat.

VI. Adjectivum seu mobile est, quod in oratione esse non potest sine substantivo aperte vel occulte: aperte, ut *dux prudens*, si *strenuos milites* dictoque audientes habeat, hostes facile superabit: occulte, ut qui *tertiana* laborant, non vescuntur *bubula:* hoc est *tertiana febri*, *bubula carne.*

VII. Adjectivum nomen vel habet tres formas, ut *bonus bona bonum;* vel duas, ut *brevis* et *breve;* vel unam ut *prudens*, *felix.*

§. 5. VARIA ADJECTIVORUM GENERA

Interrogativum nomen est, quo de re aliqua quaerimus, ut *quis? uter? quantus?*

II. Interrogativum substantiae est, cui respondemus per nomen substantivum vel per pronomen demonstrativum, ut *quis quae quod, uter utra utrum. Quis* hic loquitur? *Davus*, *ille.*

III. Interrogativum accidentis est, cui respondemus per nomen adjectivum, ut *quantus, qualis, quot, quotus, cujus a um, cujas:* ut *qualis* fuit Hector? *fortis, magnanimus.*

Interrogativis accidentis sic respondemus: *quantus? magnus*, *parvus*, *longus*, *brevis*, etc. *qualis? bonus*, *malus*, *doctus*, *imperitus*, etc. *quot? unus*, *duo*, *tres*, etc. *quotus? primus*, *secundus*, *tertius*, etc. *quoteni? singuli*, *bini*, etc. *quotuplus? simplus, duplus*, etc. *quotuplex? simplex, duplex*, etc. *quotennis? anniculus*, *bimus* vel *biennis*, *trimus* vel *triennis*, etc. *cuja vestis? mea*, *tua*, etc. vel *Caesaris*, *Laelii*, etc. *cujas es? italus*, *romanus*, *stoicus.*

Quoteni, *quotuplus*, *quotuplex*, et *quotennis* silentio involvimus, quia non sunt in usu. Sic fere *cujus cuja cujum*, pro quo libentius accipies pro vocabuli *quis* gignendi casum *cujus;* quanquam et Virg. (1) dixit CUJUM *pecus?* et Cic. (2) CUJA *res sit*, CUJUM *periculum.*

IV. Relativum est, quod nomen antecedens in memoriam reducit: id duplex est, substantiae et accidentis.

V. Relativum substantiae est, quod nomen substantivum in memoriam reducit, ut *qui quae quod.* Legi *Ciceronem, qui* fuit eloquentissimus Romanorum.

(1) Ecl. 3, 1. (2) Verr. Act. 2, 1, 54.

VI. Relativum accidentis est, quod in memoriam revocat nomen adjectivum, ut *qualis*, *quantus*, *quot*. Cicero fuit *eloquens*, *qualis* fuit Hortensius.

VII. Reddita sunt *tantus*, *talis*, *tot*, *totidem*, quae relativis *quantus*, *qualis*, *quot* ante vel post redduntur: ut *quales* in republica principes sunt, *tales* reliqui solent esse cives: cura, ut *talis* sis, *qualis* haberi cupis: *quot* homines, *tot* sententiae: *totidem* ad te epistolas dedi, *quot* tu ad me misisti.

VIII. *Quis* vel *qui quae quod*, *uter utra utrum*, *quantus*, *qualis* et cetera interrogativa, quando ponuntur post verba *audio*, *video*, *scio*, *intelligo*, *nescio*, et alia ejusdem significationis appellantur infinita; ut *nescio quis* sit: *audio quid* dicas: *ignoro quantus* aut *qualis* sis.

Infinita sunt ea, quae certam non recipiunt personam, sed cuilibet aptari possunt. *Quis quae quod* etiam cum particulis *si*, *nisi* et *ne* infinitum dicitur, ut *si quis*, *nisi quis*, *ne quis* pro *si aliquis*, *nisi aliquis*, *ne aliquis*: *si qua* pro *si aliqua*: *si quid* pro *si aliquid*, etc. *Quis* et *quid* nunquam sunt relativa, sed aut interrogativa aut infinita.

IX. Possessivum nomen est, quod aut rem possessam aut ad aliquem pertinentem significat, ut *equus regius*, *miles pompejanus*.

X. Patrium nomen est, quod patriam indicat, ut *romanus*, *atheniensis*.

XI. Gentile nomen est, quod gentem vel nationem indicat, ut *italus*, *graecus*.

XII. Partitivum nomen est, quod aut unum ex multis significat aut multa singillatim.

XIII. Unum ex multis significant *alius*, *aliquis*, *alter*, *alteruter*, *quis*, *quidam*, *quilibet*, *quivis*, *quispiam*, *quisquam*, *solus*, *unus* (idest *solus*), *ullus*, *uter*, *utercumque*, *uterlibet*, *utervis*: quae etiam particularia vocantur.

XIV. Multa singillatim significant *complures*, *plerique*, *neuter*, *uterque*, et quae dicuntur universalia, ut *cuncti*, *omnes*, *quicumque*, *quisquis*, *quisque*, *unusquisque*, *nemo*, *nullus*.

XV. Nomen numerale est, quod numerum significat, cujus tres sunt species, cardinale, ordinale, distributivum.

XVI. Cardinale est, quod numerum absolute et sine ordine significat, ut *unus*, *duo*, *tres*.

XVII. Ordinale nomen est, quod numerum ordine digestum significat aut ultimum ex eo numero, ut *primus*, *secundus* vel *alter*, *tertius*, *quartus*, etc.

XVIII. Distributiva sive divisiva nomina sunt, quae distributionem seu divisionem significant; quibus fere utuntur oratores numero multitudinis, ut *singuli*, *bini*, *terni*, *quaterni*; exempli gratia, pueri redite domum *bini* aut *terni*, ad summum *quaterni*; cavete ne *singuli* eatis: heus tu dato victoribus *quaterna* mala, victis *singula*, ne animis concidant. *Quaterna*, idest *unicuique quatuor*; *singula*, hoc est *unicuique unum*.

XIX. Non abs re fuerit hoc loco seriem cardinalium, ordinalium ac distributivorum numerorum subtexere, quo tironibus, cum opus fuerit, ad manus sint.

Cardinales numeri sunt *unus una unum*, *duo duae duo* (de quibus supra, n. XVI.), *hi* et *hae tres* et *haec tria* declinationis tertiae: deinceps non declinantur usque ad *centum*: *quatuor*, *quinque*, *sex*, *septem*, *octo*, *novem*, *decem*, *undecim*, *duodecim*, *tredecim* (non *tresdecim*), *quatuor-*

decim, *quindecim*, *sedecim* vel *sexdecim*, *septemdecim*, *decem et octo* vel *duodeviginti*, *novemdecim* vel *undeviginti* (sic deinceps in aliis *duodetriginta*, *undetriginta*, *duodequadraginta*, *undequadraginta* etc.), *viginti*, *vigintiunus* vel *unus et viginti*, *vigintiduo* vel *duo et viginti*, etc. *triginta*, *quadraginta*, *quinquaginta*, *sexaginta*, *septuaginta*, *octoginta* (non *octuoginta*), *nonaginta*, *centum*, *centum unus*, *centum duo* vel *duo et centum*, etc. *centum nonaginta novem*, *bis centum*, *tercentum*, etc. (vel declinando deinceps *ducenti tae ta*, *trecenti tae ta*, sic *quadringenti*, *quingenti*, *sexcenti*, *septingenti*, *octingenti*, *noningenti* (vel rectius *nongenti*) *mille*.

XX. Hoc nomen *mille*, si pluralis sit numeri, adjectivum est indeclinabile et commune trium generum, *mille milites*, *mille militum*, *mille militibus;* mille soldati, di mille soldati, a mille soldati: sic *mille oves*, *mille ovibus*; *mille mancipia*, *mille mancipiis*. Si vero singularis sit numeri, substantivum est neutrius generis in singulari indeclinabile ac more substantivorum genitivo jungitur, ut *mille militum interfectum est;* è stato ucciso un migliaio di soldati. In plurali vero declinatur *millia*, *millium*, *millibus*, ut *duo*, *tria*, *quatuor millia militum capta sunt;* sono stati presi due, tre, quattro mila soldati. Vide Gell. (1) et Macrob. (2) Dicimus igitur *bis mille milites* indeclinabiliter vel *duo millia militum*, sic *ter mille* vel *tria millia*, *quater mille* vel *quatuor millia*, *decem millia* vel *decies mille*, *centum millia* vel *centies mille*, *ducenta millia*, *trecenta millia*, *decies centena millia* un milione, *undecies centena millia* un milione e centomila, *vicies centena millia* due milioni, *tricies centena millia* tre milioni, *millies centena millia* cento milioni. Cave dicas *duo centum*, *duo mille*, quia duo adjectiva inepte conjunguntur.

XXI. Ordinales numeri sunt *primus*, *secundus* sive *alter*, *tertius*, *quartus*, *quintus*, *sextus*, *septimus*, *octavus*, *nonus*, *decimus*, *undecimus*, *duodecimus*, *decimustertius* vel *tertiusdecimus*, *decimusquartus* vel *quartusdecimus*, *quintusdecimus*, *sextusdecimus*, *septimusdecimus*, *octavusdecimus* vel *duodevicesimus*, *nonusdecimus* vel *undevicesimus* (sic etiam *duodetricesimus*, *undetricesimus*, *duodequadragesimus*, *undequadragesimus*, etc.) *vigesimus*, seu rectius *vicesimus*, *vicesimusprimus* vel *primus et vicesimus*, sic deinceps: *trigesimus* vel rectius *tricesimus*, *quadragesimus*, *quinquagesimus*, *sexagesimus*, *septuagesimus*, *octogesimus* (non *octuagesimus*), *nonagesimus*, *centesimus*, *centesimusprimus* vel *primus et centesimus*, etc. *ducentesimus*, *trecentesimus*, *quadringentesimus*, *quingentesimus*, *sexcentesimus*, *septingentesimus*, *octingentesimus*, *nongentesimus*, vel *noningentesimus*, *millesimus*, *millesimusprimus* vel *primus et millesimus*, *bis millesimus*, *ter millesimus*, *centies millesimus*, etc.

XXII. Distributivi numeri, quibus praecipue utimur, cum idem pariter in plura dividimus, quosque iis nominibus adjungimus, quae singulari cerent, sunt *singuli ae a* ad uno ad uno, *bini ae a* a due a due vel due cose a ciascuno: sic *terni*, *quaterni*, *quini*, *seni*, *septeni*, *octoni*, *noveni*, *deni*, *undeni*, *duodeni*, *ternideni*, *quaternideni*, *quinideni* (vel per

(1) N. A. 1, 16. (2) Sat. 1, 5.

syncopen *terdeni*, *quaterdeni*, *quindeni*), *senideni*, *septenideni*, *octonideni* vel *duodeviceni*, *novenideni* vel *undeviceni* (sic *duodetriceni*, *undetriceni*, *duodequadrageni*, *undequadrageni*, etc.), *viceni*, *viceni singuli* vel *singuli et viceni*, *viceni bini* vel *bini et viceni*, *viceni terni*, etc. *triceni*, *quadrageni*, *quinquageni*, *sexageni*, *septuageni*, *octogeni* (non *octuageni*), *nonageni*, *centeni*, *centeni singuli*, *centeni bini*, etc. *ducenteni*, *trecenteni*, *quadringenteni*, *quingenteni*, *sexcenteni*, *septingenteni*, *octingenteni*, *nongenteni* (dicimus etiam per syncopen usitatius *duceni*, *treceni*, *quadringeni*, *quingeni*, *sexceni*, *septingeni*, *octingeni*, *nongeni*), *milleni*, *bis milleni*, *ter milleni*, et sic deinceps. De his vide Priscianum (1). Reliqua vero, quae spectant ad syntaxim distributivorum, dicemus lib. II.

XXIII. Quia vero saepius adverbiorum numeralium in cardinalium, ordinalium ac distributivorum numerorum nominibus utimur adminiculo, age ea quoque, quamvis inter adverbia recensenda essent, hoc loco attexamus.

Adverbia igitur cardinalis numeri haec sunt: *semel*, *bis*, *ter*, *quater*, *quinquies*, *sexies*, *septies*, *octies*, *novies* (non *nonies*), *decies*, *undecies*, *duodecies*, *tredecies*, *quatuordecies*, *quindecies*, *sexdecies*, *septiesdecies* vel *deciesseptíes*, *octiesdecies* vel *deciesocties* vel *duodevicies*, *noviesdecies* vel *deciesnovies* vel *undevicies* (sic etiam *duodetricies*, *undetricies*, *duodequadragies*, *undequadragies*, etc.), *vicies* (per syncopen pro *viginties*), *vicies semel* vel *semel et vicies*, *bis et vicies*, etc. *tricies*, *quadragies*, *quinquagies*, *sexagies*, *septuagies*, *octogies* (non *octuagies*), *nonagies*, *centies semel* vel *semel et centies*, etc. *ducenties*, *trecenties*, *quadringenties*, *quingenties*, *sexcenties*, *septingenties*, *octingenties*, *nongenties*, *millies*, *bis millies*, *ter millies*, *centies millies*, *millies millies*, vel potius *decies centies millies* un milione di volte, *vicies centies millies* due milioni di volte: sic deinceps.

XXIV. Adverbia vero numeri ordinalis sunt *primo*, *secundo* vel *iterum*, *tertio*, *quarto* et alia ab ordinalium ablativo formata.

§. 6. DE NOMINIBUS POSITIVIS COMPARATIVIS ET SUPERLATIVIS

Nomen positivum sive absolutum est, quod rem absolute simpliciterque significat, ut *magnus*, *parvus*.

II. Comparativum est, quod rem vel attollit vel deprimit, ut *major*, *minor*.

III. Superlativum est, quod rem vel in summo loco vel in infimo collocat, ut *maximus*, *minimus*.

IV. Nomina comparativa et superlativa fiunt a nominibus adjectivis, quibus adverbia *magis* et *minus* recte adjungi possunt, ut *justus*, *fortis*.

Exceptiones

V. Nomina substantiva, pronomina, item interrogativa, relativa, redditiva, infinita, possessiva, patria, gentilia, partitiva, cardinalia, ordinalia, distributiva et quae materiam adsignificant, ut *aureus*, *argenteus*, *cedrinus*: ad haec *errabundus*, *moribundus*, *fugitivus*, *almus*, *frugifer*, *mediocris*, *omni-*

(1) De Pond. p. 1353. Putsch.

potens, medius, modicus, hesternus et nonnulla alia neque comparativa neque superlativa pariunt.

Ne adjectiva quidem omnia comparantur, sed ea tantum, quorum significatio augeri potest aut imminui: ideo *unicus, omnipotens, infinitus, mediocris* et similia comparationem non admittunt. Macrobius (1) tamen dixit OMNIPOTENTISSIMUS, Virgilius (2) INGENTIOR, Cicero (3) INFINITIOR; et (4) *Hoc vellem* MEDIOCRIUS.

§. 7. A QUO CASU FORMENTUR COMPARATIVA ET SUPERLATIVA

I. Comparativa fiunt a casu litera *i* finito addita syllaba *or;* superlativa vero addita litera *s* et *simus*, ut *justus, justi justior, justissimus; fortis, forti fortior, fortissimus.*

Exceptio I.

II. Positiva *er* syllaba terminata gignunt superlativa addito *rimus*, ut *tener tenerrimus, saluber saluberrimus, prosper prosperrimus* apud Suetonium (5). Sic *veterrimus* et *maturrimus* ab antiquis *veter* et *matur;* dicimus etiam *maturissimus*. A *dexter* et *sinister dexterior* et *sinisterior* sine superlativo, nam *dextimus* et *sinistimus* idem sunt, quod *dexter* et *sinister*. *Deterior* et *deterrimus* ab obsoleto *deter detera deterum.*

Exceptio II.

III. *Facilis, difficilis, gracilis, humilis, similis, dissimilis* superlativa pariunt syllaba *is* mutata in *limus; facillimus, difficillimus, gracillimus, humillimus, simillimus, dissimillimus :* sic *imbecillimus.*

Utilis habet *utilissimus*. Dolab. (6) *Sic enim facillime, quod tibi* UTILISSIMUM *erit, consilii capies*. Vide et Plinium (7). Cic. (8) compositione utitur: *Multas ad res* PERUTILES *Xenophontis sunt libri;* Ter. (9) circuitione: *Quibus id* MAXIME UTILE *est illum esse quam deterrimum*. Sueton. (10) *Fuit* GRACILLIMIS *cruribus*. IMBECILLIMUS Seneca (11), IMBECILLISSIMUS Celsus (12). Nonnulli addunt *agillimus* et *docillimus :* nobis exempla non suppetunt.

Exceptio III.

IV. Nomina, quae ante syllabam *us* vocalem habent, raro comparativa aut superlativa gignunt, ut *idoneus, noxius, arduus.*

Reperiuntur tamen nonnulla apud probatos scriptores; ut Lucr. (13) *Nam nihil* EGREGIUS *quam res secernere apertas - A dubiis*, idest *magis egregium;* et EGREGIUS adverb. pro *magis egregie* utitur Juvenal. (14); ASSIDUIOR Varr. (15); ASSIDUISSIMI *usus* Sueton. (16) ; ASSIDUISSIME Cic. (17) ; *Pars* EXIGUISSIMA Ovid. (18); STRENUISSIMUS Sallust. (19) et Tacit. (20); PIISSIMUS Curt. (21) et Quintil. (22); quanquam Cic. (23) negat ejusmodi verbum esse in lingua latina. TENUIOR saepe est apud Cic. (24); et Lucr. (25) *Qua neque mobilius quicquam neque* TENUIUS *extat;* sic apud Cic. (26) *Quae* (natura) *primum oculos membranis* TENUISSIMIS *vestivit et sepsit.*

(1) Sat. 1, 17. (2) Aen. 11, 124. (3) Top. 8. (4) Att. 1, 20. (5) Tib. 68. (6) Ap. Cic. Fam. 9, 9. (7) H. N. 16, 26; et 21, 18; et 22, 9. (8) Sen. 17. (9) Andr. 5, 1, 16. (10) Ner. 51. (11) Ep. 85. (12) De R. M. 2, 18. (13) De N. R. 4, 469. (14) Sat. 11, 12. (15) R. R. 2, 9. (16) Oct. 71. (17) De Cl. Or. 91. (18) Her. 14, 115. (19) Catil. 61. (20) Hist. 4, 69. (21) Hist. 9, 6. (22) Decl. 6, 3. (23) Phil. 13, 19. (24) Off. 2, 12; et ibid. 18. (25) De N. R. 3, 244. (26) De N. D. 2, 57.

Exceptio IV.

V. A nominibus ex verbis *facio*, *dico*, *volo* compositis comparativa in *entior*, superlativa in *entissimus* exeunt ut *magnificus magnificentior magnificentissimus, maledicus maledicentior maledicentissimus, benevolus benevolentior benevolentissimus.*

§. 8. ANOMALA SIVE INAEQUALIA

Anomala sunt *bonus melior optimus, malus pejor pessimus, magnus major maximus, parvus minor minimus: parum minus minimum, magis maxime, minus minime, multum plus plurimum.* Quanquam *plus* positivum putat Asinius apud Gellium (1).

II. Item illa *nequam nequior nequissimus, superus superior supremus, exterus exterior extremus* et Plin. (2) *extimus, inferus inferior infimus* apud Cic. (3), *citra citerior citimus, ultra ulterior ultimus, prior primus, intus interior intimus, post posterior postremus, prope propior proximus, ante anterior, diu diutius diutissime.*

III. *Ocyor ocyssimus, potior potissimus* positivis carent, nisi sint ab ὠκὺς graeco et *potis* latino. *Novissimus* et *summus* superlativum tantum habent, auctore Diomede (4), quibus adde *imus.*

IV. A nominibus substantivis *juvenis* et *senex* fiunt tantum comparativa *junior* et *senior. Penitior* et *penitissimus* a positivo *penitus a um.* Plaut. (5) *Usque ex* PENITIS *faucibus.*

§. 9. DE GENERIBUS NOMINUM PAULO DIFFICILIORIBUS

Genera nominum partim ex significatione partim ex terminatione, sed praecipue usu noscuntur.

DE GENERIBUS NOMINUM QUAE EX SIGNIFICATIONE COGNOSCUNTUR

Praeceptum I. De masculinis

Quae maribus solum tribuuntur, mascula sunto:
Mascula censentur specie depicta virili;
Et quibus appositum tantum tribuisse virile
Credibile est veteres, ceu latro, praesul, haruspex.

Praeceptum II. De foemininis et neutris

Foemineum dices, quod foemina sola reposcit:
Jungito foemineis muliebri praedita forma,

EXPLANATIO

V. 1.-2. Nomina propria virorum, ut Aeneas, Catilina, Masinissa, Clinia et eorum, qui virili specie pinguntur, ut Michael, Asmodaeus, Pan, Aquilo, Boreas ceteraque nomina angelorum, daemonum, deorum atque ventorum masculina sunt.

V. 3.-4. Nomina item appellativa, quae viris dumtaxat conveniunt, ut scriba *notaio*, lanista *maestro de' gladiatori*, scurra *buffone*, nauta *marinaio*, bibliopola *libraio*, latro *ladrone*, pirata *corsale*, praesul *presidente*, caupo *oste*, haruspex *indovino*, tubicen *trombettiere*, vas vadis *mallevadore*.

V. 5.-6. Nomina foeminarum propria, ut Mysis, Glycerium, Dido et earum, quae foeminarum specie pinguntur, ut Pallas, Clio, Manto, Parthenope, Alecto, Celaeno et cetera nomina dearum, musarum, nympharum, sirenum et furiarum foeminina sunt.

(1) N. A. 5, 21. extr. (2) H. N. 5, 1; et 2, 78; et 6, 34. (3) De N. D. 2, 6 et alibi passim. (4) Lib. 1., 311, Putsch. (5) Asin. 1, 1, 28.

7 Quaeque adjectivum tantum muliebre requirunt.
8 Quae neutro apposito gaudent, neutralia sunto.

Praeceptum III. De communibus

9 Est commune duûm, sexum quod claudit utrumque
10 Articulo gemino, veluti bos, fortis et hostis,
11 Antistes, juvenis, vates, patruelis et infans,
12 Affinis, miles cum cive, cliente, sacerdos
13 Et comes atque canis, sus, dux auctorque parensque,
14 Municipi conjux, adolescens, augur adhaerent.

Praeceptum IV. De nominibus generis omnis

15 Est commune trium, generi quod convenit omni.

Praeceptum V. De mensibus, montibus et fluviis

16 In maribus menses, montes fluviosque repone.

Praeceptum VI. De insulis, regionibus, urbibus, navibus, poëmatibus

17 Insula foeminea est, regio, urbs, cum nave poësis.

Praeceptum VII. De arboribus

18 Foeminea est arbor: neutrnm cum subere robur,
19 Adde acer atque siler, sed mas oleaster habetur.

V. 7. Itemque appellativa, quae solis foeminis conveniunt, ut mulier, equa, obstetrix *levotrice*, nutrix *balia*, quaeque cum adjectivis foemininis conjunguntur, ut custodiae *guardie*, vigiliae, excubiae *sentinelle*.

V. 8. Neutra sunt, quibus adjectivum neutrum adjungitur, nt *animal* providum est homo.

V. 9.-14. Nomina tum maribus tum foeminis convenientia sunt generis communis, ut bos *bue* o *vacca*, parens *padre* o *madre*, conjux *marito* o *moglie*, custos, praeses, obses, *ostaggio*, affinis, vates, municeps *cittadino* o *castellano*, et alie, quae versibus continentur. At juvenis, adolescens, infans, patruelis *cugino*, miles, incola, agricola, augur, exul, fur, heres, judex plerumque masculine sunt, interdum etiam foeminina. Phaedr. (1) *Animosque eiusdem pulchra* JUVENIS *ceperat*. Quintil. (2) INFANTEM *suam frigidissime reportavit*. Ovid. (3) *Et rudis ad partus et nova* MILES *eram*. Pers. (4) PATRUELIS *nulla, proneptis - Nulla manet*. Hospes in foeminino genere usitatius habet *hospita* et entistes *antistita*.

Excipiuntur ex hac regula vulpes, aquila et alia, de quibus dicemus praec. 16. de promiscuis.

V. 15. Nomina, quae maribus, foeminis et neutris conveniunt, sunt generis omnis, ut felix, discolor *di diversi colori*, hebes *ottuso*, Arpinas *d'Arpino*, par, nequam *inutile*, *dissoluto*, decem et alie multa, quorum pleraque numero tantum singulari sunt generis omnis, in plurali in neutro genere non usurpentur, ut degener *tralignante*, desea *ozioso*, ales *alato*, praepes *veloce*, *volante*, teres *lungo e rotondo*, uber *ubertoso*, sospes *sano e salvo*, bipes, dives, pauper, superstes *superstite*, cicur *dimesticato*. Verum alienigena *straniero*, auctor, comes, indigena *nativo del paese*, testis et alia communia figurate cum neutris conjungi videntur.

V. 16. Nomina mensium, ut Quintilis, October; et montium, nt Athos *Monte Santo di Macedonia*, Eryx di *S. Giuliano in Sicilia*, Helicon *Elicona in Beozia*, Cithaeron *Citerone pure in Beozia*, Othrys *Delaca in Tessoglia* masculina sunt; sicut et fluviorum, ut Anio, enis *Teverone ne' Sabini*, Nar *Nera in Umbria*, Tanais *Tana in Moscovia*, Lycormas *Fidari in Etolia*, Maeander *il Modre in Frigia*, Eurotas *Basilipotamo in Morea*, Euphrates *Eufrate nell' Asia*, Caystrus *Chiay in Lidia*, Strymon *Strimone in Macedonia*, Ganges *Gange nell' India*, Tibris *Tevere*, Ister *Danubio in Germania*, Sequana *Senna nella Franca Contea*, Garumne *Garonna in Aquitania*, *etc*. Quaedam tamen excipiuntur, de quibus praecepto nono (*on* finita) et praecepto undecimo.

V. 17. Nomina proprie insularum, nt Rhodus, Cyprus, Delos: regionum, ut Aegyptus *Egitto nell' Africa*, Epirus *Epiro nella Grecia*: urbium, nt Saguntus *Morviedro nel regno di Valenza*, Tarraco *Tarrogona in Cotalogna*: navium, ut Argo, Centaurus, Pistris: poëmatum, nt Aeneis, Ilias sunt generis foeminini.

Excipiuntur tamen nonnulla, de quibus dicemus praecepto octavo et nono (*um* finita) et undecimo.

V. 18.-19. Nomina arborum sunt generis foeminini, ut abies, platanus, pinus, cypressus, ficus

(1) Fab. 2, 2, 5. (2) Inst. Or. 6, 1. (3) Her. 11, 48. (4) Sat. 6, 53.

Praeceptum VIII. De plurali numero et notis literarum

20 Plurale *A* neutrum est, *I* mas, ut Susa, Philippi.
21 Trade notas neutro et vocem pro nomine sumptam
22 Et verbum quodvis nuda pro voce repostum.

Praeceptum IX. De generibus, quae ex terminatione cognoscuntur.

A finita

23 Foemineum *A* primae est, veluti panthera, sagitta.
24 Hadria mas aequor, mammona, cometa, planeta.
25 Sed neutris junges cum pascha manna latinis.
26 Nomen in *A* ternae neutrum est, ceu stigma, toreuma.

E finita

27 *E* latiale petit neutrum, velut acre, monile:
28 Femineum est aloë Rhodopeque et cetera graeca.

I, *O* et *U* finita

29 *I* neutris tribue, *O* maribus, ceu pugio, gummi.
30 Foemineis verbale in *IO*, caro, talio dentur,
31 Portio, *DO*, *GO* finita, ut dulcedo, propago,
32 Testudo; verum neutris adscribito pondo;
33 Harpago mas, udo, cudo, ordo, cardo ligoque.

malus, pyrus, amygdalus et alia innumerabilia. Excipitur suber *sovero*, robur *rovere*, itemque acer *acero*, siler *silio*, quae sunt neutra, et oleaster *ulivo selvatico*, qui est generis masculini, item pinaster *pino selvaggio*, et aliae arbores ejusdem terminationis.

V. 20. Nomina omnia, quae numero multitudinis dumtaxat declinantur, si *a* littera terminentur, neutra sunt, ut arma, biblia *biblie;* sin autem *i*, masculina, ut liberi. Hac regula excipiuntur ex regulis antea praecepto sexto traditis Echatana *Tauris nella Media*, Susa *Sustra nella Persia*, Bactra *Battra oggidì Tremendi al monte Caucaso*, propria urbium: Bucolica, Georgica poëmatum propria, quae sunt neutrius generis: Philippi *Filippi in Macedonia*, Puteoli *Pozzuolo in Terra di lavoro*, propria urbium, quae sunt masculina.

V. 21. Elementorum nomina, ut *a b c*, etc. neutra sunt; verba et ceterae orationis partes positae loco nominis neutrius generis sunt, ut *vivere* ipsum turpe est.

V. 22. Cum excluso omni sensu dictiones pro semetipsis ponuntur, sunt generis neutrius, ut *lux* est monosyllabum, *dies* est dissyllabum.

V. 23.-24. *A* finita nomina primae declinationis foeminina sunt; masculina vero Hadria cum significat mare Hadriaticum, cometa, planeta et mammona.

V. 25. Pascha et manna apud Hebraeos masculina, apud Latinos neutra sunt; manna tamen, si significat micas thuris, muliebre est. Plin. (1) *Micas concussu elisas* MANNAM *vocamus*.

V. 26. Tertiae declinationis nomina neutra sunt omnia, ut stigma *puntura*, toreuma *lavoro di basso rilievo*, poëma et alia.

V. 27. Nomina latina *e* littera terminata neutra sunt, ut mare, cubile, sedile, alveare.

V. 28. At graeca, ut Rhodope, physice, grammatice et alia generis eiusdem foeminina sunt: excipito cete et Tempe, quae sunt neutra; nec mirum; sunt enim numeri multitudinis Thessala Tempe, cete grandia. Mille substantivum neutrum est, quod pluraliter declinatur millia, millium, millibus: mille adjectivum plurale est omnis generis, neque declinatur, ut diximus §. 5, XX.

V. 29. Nomina, quae in *i* desinunt, neutra sunt, ut gummi *gomma*, sinapi *senapa;* quae autem desinunt in *o*, masculina sunt, ut tiro *soldato novello*, myoparo *fusta*, unio *perla*, stellio *tarantola*.

V. 30.-33. Verbalia in *io* foeminina sunt, ut oratio, lectio itemque talio *taglione (pena equivalente):* cetera nomina, quae excipiuntur, fere congruunt cum lingua italica, ut dulcedo, propago, testudo *testuggine* et alia generis foeminini.

V. 33. At harpago *uncino*, udo *calcetto (scarpa)*, cudo onis *celata di cuoio*, cardo *cardine*, et alia generis masculini regula continentur: pondo tamen, quod libram significat, neutrum est.

(1) H. N. 12, 14.

34 *U* neutris junge, ut tonitru cornuque geluque.

C, *D*, *L* et *T* finita

35 *C*, *D* da neutris, testes tibi lac, id et alec.
36 *L*, *T* sit neutrum; hic mugil, sal solque reposcunt.

Um finita

37 *Um* neutris junges, hominum si propria demas.

An, *In*, *On* finita

38 *An*, *In*, *On* mas: haec cum sindone poscit aëdon,
39 Queis adde alcyonem: neutris da cuncta secundae.

En finita

40 *En* dabitur neutris: sed hymen, ren mascula sunto
41 Et splen atque lien, atagen cum pectine, lichen.

Ar finita

42 Postulat *Ar* neutrum ceu par cum nectare, calcar.

Er finita

43 *Er* maribus dona: laver hoc, tuber, siler optant,
44 Uber, iter, spinther, laser, cicer atque papaver,
45 Ver, siser atque piper, cum verbere necte cadaver.

V. 34. Quae in *u* desinunt neutra sunt, ut veru *spiedo*, gelu *ghiaccio*, tonitru *tuono*, quod et hic tonitrus us et hoc tonitrum trui praesertim plurali numero effertur. Sueton. (1) TONITRUA *tamen praeter modum* (Tiberius) *expavescebat*.

V. 35-36 Nomina *c*, *d*, *l* aut *t* finita neutra sunt, ut lac, id, tribunal, caput, sinciput *mezza testa*, occiput *nuca*. Excipitur mugil *muggine (pesce)*, sal et sol, quae masculini generis sunt; sal etiam neutro genere usurpatur. Colum. (2) *Deinde in seriam substernitur* SAL *coctum sed modice infractum*. Alec *ogni sorta di pesce piccolo* neutrum est, sed alex idem significans foemininum.

V. 37. Nomina in *um* desinentia neutra sunt, ut coelum, tropaeum, solium *trono*. Hac regula excipiuntur ex regulis superioribus tertia, quarta et sexta mancipium *schiavo schiava*, jumentum et alia nomina maribus cum foeminis communia: Dyrrachium *Durazzo in Albania*, Byzantium *Costantinopoli in Turchia*, Saguntum *Morviedro nel Regno di Valenza*, et alia complura urbium propria: Rhenum *Reno in Germania*, Metaurum *Metauro nel Ducato di Urbino*, *Marro in Calabria*. *Metaro in Sicilia* propria fluminum (si his nomen substantivum flumen adjunxeris, ut est apud Horatium (3), alioquin absolute Rhenus et Metaurus rectius dicitur): buxum *bosso* nomen arboris, quae omnia neutra sunt.

Excipiuntur nomina propria virorum, ut Dinacium, Paeonium, quae sunt generis masculini, et propria foeminarum, ut Phanium, Eustochium, Glycerium, quae sunt foeminina.

V. 38.-39. Nomina, quorum postremae literae sunt *an*, *in*, *on*, masculina sunt, ut Paean *Apolline o inno in lode d' Apolline*, delphin *delfino pesce di mare e costellazione*, agon *combattimento*.

Excipitur haec sindon *pannolino*, aëdon *cardellino* o *rusignuolo*, et alcyon *alcione (uccello)*; nomina tamen secundae declinationis neutra censentur, ut Ilion *Troia città di Frigia*, Pelion *Petras monte in Tessaglia*, barbiton *cetra*, quia, latina cum sunt, desinunt in *um*.

V. 40.-41. Nomina, quae in *en* cadunt, neutra sunt, ut carmen, lumen, germen *germoglio*, vimen *vimine*.

Excipitur attagen (quod et atagen sed minus recte scribitur) *francolino (uccello)*, et pecten *pettine*, quae masculina sunt; item ren *le reni*, splen, lien *milza*, lichen *volatica (scabbia) e fegatella (erbo)*, hymen *carme nuziale ed Imeneo dio delle nozze*.

V. 42. *Ar* literis finita neutra sunt, ut calcar *sprone*, jubar *splendore*, pulvinar *guanciale*, par *una coppia*, nectar *nettare*, far *farro*: at par *uguale* adjectivum nomen est commune trium; item composita compar, dispar, etc.

V. 43.-45. Nomina, quae in *er* desinunt, masculina sunt, ut carcer *carcere*, imber *pioggia*, agger *argine*, vesper *sera*, cucumer *cocomero*, sed rectius cucumis dicitur, later *mattone*, asser *travicello*.

Excipiuntur cicer *cece*, ver *primavera*, cadaver *cadavero*, uber *mammella* (hic substantivum est, nam adjectivum omnis generis est), verber *sferza e sferzata*, tuber *tumore e tartufo*, piper *pepe*,

(1) Tiber. 69. (2) R. R. 12, 53, al. 55. (3) Od. 4, 4, 38; et art. poet. 18.

Or finita

46 *Or* maribus servit: muliebris demitur arbor:
47 Accedunt neutris cor, ador cumque aequore marmor.

Ur finita

48 Exigit *ur* neutrum: hic furfur, cum vulture turtur

As finita

49 Foemineum *As*: neutrum vas vasis fasque nefasque:
50 Mascula sunt elephas, adamas, as atque tiaras
51 Cumque vade ac reliquis, flectit quae prima Pelasgûm.

Es finita

52 Est *Es* foemineum: demuntur mascula fomes,
53 Pes, trames, termes, gurges cum poplite, caespes,
54 Vepres et palmes, stipes, limes pariesque,
55 Pleraque graeca, meri nomen quibus adde diei.
56 Hippomanes neutris, panaces, cacoëthes adhaerent.

Is finita

57 *Is* dato foemineis: maribus da postis, aqualis
58 Caulisque et vectis callisque et pulvis et ensis,
59 Glis, lapis et follis cucumisque et collis et unguis
60 Et sanguis, piscis cum fascis et axis et amnis
61 Et vermis, torris, fustis cum vomere, mensis,
62 Mugilis atque orbis, cenchris cum casse, canalis:

papaver *papavero*, laser *laserpizio (sugo di silfio)*, siler *silio (arboscello)*, siser *carota (erba)*, quae sunt generis neutrius. Laver *berla (erba)* interdum foemininum est, papaver et siser interdum masculina; linter *barchetta* fere semper foemininum, de quo praec. 15. Tuber arbor foemininum est, tuber pomum eiusdem arboris masculinum. Spinther *specie di smaniglia* o *braccialetto* neutrum est.

V. 46.-47. Nomina in *or* finita masculina sunt, ut honor, decor *ornamento*, labor *fatica*, moeror *lutto*.

Excipiuntur cor, ador *farro*, marmor et aequor *pianura*, *mare*, quae neutra sunt, et arbor foemininum.

V. 48. Nomina in *ur* desinentia, ut fulgur *baleno*, sulphur *zolfo*, guttur *gola*, murmur *mormorio* sunt neutrius generis. Murmur tamen apud Varr. (1) masculinum est ut etiam sulphur apud Veget. (2): sic haec tria masculina sunt furfur *semola*, vultur *avoltoio*, turtur *tortora*, quae sub genere epicoeno sicut pleraque avium continentur, de quibus infra praec. 16.

V. 49. *As* finita foeminina sunt, ut lampas, tempestas, caritas *carestia*. Tria neutra sunt vas vasis, fas *cosa lecita* et nefas *cosa illecita*.

V. 50.-51. Masculina sunt elephas antis (usurpatur eleganter etiam elephantus), adamas *diamante*, as assis *asse (moneta) ovvero eredità*, vas vadis *mallevadore*: omnia item nomina graeca primae declinationis, ut tiaras *mitra* apud Virg. (3) quamquam usitatius videtur tiara ac foemininum.

V. 52.-55. *Es* terminata foeminina sunt, ut compes *ceppo (ferro da legare i piedi)*, moles *mole*, proles *prole*, vulpes *volpe*, rupes *rupe*, sedes, seges *biada in erba*.

Excipiuntur limes *sentiero oppure termine de' campi*, fomes *esca*, trames *sentiero a traverso*, gurges *gorgo*, poples *piegatura interiore del ginocchio*, caespes *cespuglio*, vepres *pruno*, quod et foem. apud Lucr. (4) stipes *palo piantato in terra*, meridies, paries, pes, quae omnia sunt masculina: itemque plura nomina graeca in *es* primae aut tertiae declinationis, ut sophistes *sofista*, psaltes *sonatore* o *cantore*, lebes *paiuolo*, tapes *tappeto*, magnes *calamita*.

V. 56. Sed neutra sunt hippomanes *ippomane*, panaces *panacea (erba)*, cacoëthes *cattivo costume*.

V. 57.-62. Nomina *is* finita foeminina sunt, ut cassis idis *elmo* (sed cum significat rete est generis masculini ac declinatur cassis cassis), clavis *chiave*, basis *base*, restis *corda*.

(1) Ap. Non. 3, 142. (2) Rei Vet. 2, 10. (3) Aen. 7, 247. (4) De N. R. 4, 60.

63 Nis quoque finita, ut funis, compostaque ab asse.

Os finita

64 Mascula in *os* sunto: dos, cos muliebris et arbos:
65 Da chaos atque melos neutris, os, Argos eposque.

Us secundae et quartae declinationis

66 Nomen in *us* mas est seu quartae sive secundae:
67 Porticus haec et vannus acusque et carbasus, alvus
68 Et colus et ficus pomum (mas morbus habetur),
69 Adde humus atque manus idusque tribusque domusque.
70 Nomen in *os* graecum, quod in *us* vertere Latini,
71 Masculeis partim datur, ut paradisus et isthmus:
72 Partim foemineis, veluti diphthongus, eremus.
73 In neutris numera virus pelagusque profundum.

Us tertiae declinationis

74 Postulat *us* neutrum, quoties id tertia flectit:
75 Mas lepus et mus, pus graecum compostaque junges;

Masculina sunt postis *stipite (banda dell' uscio che posa sulla soglia e regge l' architrave)*, aqualis *vaso con cui si dà acqua alle mani*, caulis, vectis *leva*, callis *sentiero*, ensis *spada*, glis *ghiro (animale)*, lapis *pietra*, follis *mantice*, *pallone*, cucumis *cocomero*, collis *collina*, unguis *unghia*, axis *perno*, amnis *fiume*, mugilis qui et mugil *muggine (pesce)*.

Item illa, quae genere cum patrio sermone consentiunt, orbis *circolo*, fustis *bastone*, torris *tizzone*, vomis eris *vomere*, fascis is *fascio*. Cenchris cenchris *cencro (serpe)* masculinum, cenchris idis *cheppio (uccello)* foemininum est.

V. 63. Sic quae in *nis* desinunt, ut cinis *cenere*, panis, funis. Amnis, canalis et cinis apud priscos etiam foeminina fuerunt.

Composita quoque ab asse *asse (moneta)* masculina sunt, ut decussis *moneta del valore di dieci assi*, vicessis *di venti*, tricessis *di trenta*, centussis *di cento*.

V. 64.-65. *Os* finita masculina sunt, ut ros *rugiada*, flos *fiore*. Excipiuntur dos *dote*, cos *rupe*, *cote*, arbos *albero*, quae sunt foeminina; melos *melodia*, os oris et os ossis, chaos *baratro*, *confusione di tutte le cose* et Argos *Argo città nella Grecia*, epos *verso epico*, quae sunt neutra.

V. 66. Nomina desinentia in *us*, si secundae aut quartae sint declinationis, sunt masculina, ut triumphus, gladius, visus, aspectus, vultus, specus *spelonca*, dumus *pruno*, intubus *indivia*: dicitur et intubum neutro genere.

V. 67-69. Excipiuntur porticus, vannus *vaglio o crivello da nettare il grano*, acus acus *ago e pula* (nam acus ci *ago (pesce)* et acus aceris *pula* est neutrum), alvus *ventre*, colus li, vel colus us *rocca da filare*, carbasus *lino finissimo*, et ficus us seu ficus ei *fico così il frutto come l' albero*, quae sunt generis foeminini, ficus ci *fico (specie di morbo)* est generis masculini. Foeminina sunt etiam humus, manus, idus iduum *idi (gli otto giorni di ciascun mese dopo le none)* tribus bus *tribù*, domus *edifizio*, *abitazione*, *famiglia*.

V. 70.-73. Quae a nominibus graecis in *os* facta sunt latina in *us*, partim sunt masculina, ut prologus, paradisus, isthmus *istmo (lingua di terra in mezzo a due mari)*, dialogus, stilus, smaragdus *smeraldo*, quod et foemininum est apud Claudian. (1): partim foeminina, ut synodus *sinodo*, diphthongus, periodus, Pharus *Faro isola in Egitto e torre in essa isola*, nardus *spigo*, lecythus *utello*, abyssus *abisso*, papyrus ri *carta*, et crystallus, i, quod etiam masculini generis est apud Solinum (2) Duo tamen nomina in *us* sunt neutra virus *veleno*, et pelagus *mare*.

V. 74. *Us* finita tertiae declinationis neutra sunt, ut pecus pecoris *bestiame*, nemus *bosco*, vulnus *ferita*, ulcus *piaga*, funus *funerale*.

V. 75.-79. Excipiuntur lepus *lepre*, mus *sorcio*, tripus tripodis *di tre piedi* masculina: haec pecus pecudis *bestia*, subscus *spranga (legno o ferro col quale si congiungono le tavole l' una coll' altra)*, incus dis *incudine*, item salus, virtus, servitus, juventus, senectus foeminina: lagopus *sorta d' erba*

(1) De vi. Cons. Honor. 461. (2) Polyhist. 25, al. 15.

76 Est muliebre palus, subscus, pulcherrima virtus
77 Atque salus pecudisque pecus, quibus additur incus,
78 Quaeque sibi servus juvenisque senexque jugarunt.
79 Sit quoque foemineum lagopus herba, volucris.

Aes, aus, bs, ms, ns, ps, rs finita

80 *Aes* tibi sit neutrum ; laus, fraus muliebria sunto.
81 *S* dato foemineis, si consona ponitur ante:
82 Esto virile rudens, fons, pons, seps letifer anguis,
83 Mons, dens atque chalybs: assis quibus addito partes,
84 Et polysyllaba ps, forceps dematur adunca.

X finita

85 *X* dato foemineis: sunt mas fornixque calixque
86 Grex, spadix, bombyx, tradux phoenixque calyxque
87 Et coccyx et Eryx, volvox atque unce creata:
88 *Ax*, *ex* finitum polysyllabon esto virile;
89 Foemineum tamen est fornax alèxque, supellex,
90 Queis addes vibex, forfex cum smilace, carex.

Praeceptum X. De adiectivis, quae fiunt substantiva

91 Mobile fit fixum, si fixum mente subaudis,
92 Unde genus capit, ut sonipes oriensque tonansque:
93 Mobile fit neutrum, ni fixum mente subaudis.

chiamata piedi di lepre e sorta d' uccello foemininum est, quamvis ex ποῦς componatur. Martial. (1) *Si meus aurita gaudet* LAGOPODE *Flaccus.* Plin. (2) LAGOPOS *e vino pota.*

V. 80.-81. Terminata in *aes* neutra sunt, ut aes aeris *bronzo*: in *aus* foeminina, ut laus, fraus: terminata in *bs*, *ms*, *ns*, *ps*, *rs*, foeminina sunt, ut trabs, hiems, frons frontis, frons frondis, cohors cohortis seu cors cortis *pollaio.*

V. 82.-84. Excipitur rudens *fune da nave*, quod apud Plaut. (3) generis foeminini est, fons, pons, dens, chalybs, *ferro acciaio*, triens *la terza parte dell' asse*, quadrans *la quarta*, sextans *la sesta*, et aliae partes assis, ut dodrans *di nove once*, dextans *di dieci*; seps etiam monosyllabum *sepe (serpentello)*, quae sunt masculina. Polysyllaba *ps* finita, ut hydrops *idropisia*, sunt masculina; excipiuntur merops merope *(uccello)*, et forceps *tanaglia*, quae foeminini est generis, raro masculini.

V. 85.-87. X terminata sunt foeminina ut pax, fax *face*, sandyx *sorta di color rosso*, celox *brigantino (barca)*, coxendix *coscia.*

Excipiuntur fornix *fabbrica in arco*, tradux in sensu proprio *tralcio di vite teso e legato ad un altro albero* semper generis masculini; in sensu translato gen. foem. apud Sever. (4): grex *gregge*, quod et foem. apud Lucr. (5): bombyx *bigatto*, spadix *ramo di palma col suo frutto*, phoenix *la fenice*, calix *bicchiere*, et calyx *bottone de' fiori*, coccyx *cuculio (uccello)*, Eryx *monte di S. Giuliano in Sicilia*, volvox *asuro (verme)*, quincunx *cinque once*, sic septunx *sette once*, deunx *undici once*, omnis haec masculina. Perdix *pernice* est foeminini generis, perraro masculini.

V. 88.-90. Dissyllaba aut polysyllaba nomina, Idest duarum aut plurium syllabarum in *ax* aut *ex* desinentia masculina sunt, ut thorax *petto, corazza*, frutex *arboscello*, latex *acqua*, vertex *vertice, cima*, pollex *pollice*, murex *murice (conchiglia)*, *porpora.* Hinc excipe foeminina fornax *fornace*, vibex *lividezza*, alex alecis *ogni sorta di pesce piccola*, supellex *suppellettile*, smilax *smilace (erba)*, carex *carice (erba)*.

V. 91.-92. Quoties substantivis omissis adjectiva ponuntur, ex adjectivis fiunt substantiva, atque ab his genus accipiunt, si substantiva intelligantur, ut sonipes masculini generis fit, quia equus intelligitur: ita oriens *oriente*, occidens *ponente*, quia intelligitur sol; tonans *tonante*, quia intelligitur Jupiter: natalis *di natalizio*, molaris *pietra da mulino.* At triremis *galera*, continens *terra ferma*, foeminini generis sunt, quia ibi navis, hic terra intelligitur.

V. 93. Adjectiva porro neutra sunt, si substantivum non intelligitur, ut consequens, conveniens, decorum.

(1) Ep. 7, 86. (2) H. N. 26, 8. (3) Rud. 4, 3, 1. (4) Aetn. 566. (5) De N. R. 2, 661.

Praeceptum XI. De vi terminationis

94 Respicimus fines non significata frequenter:
95 Hinc Praeneste, Reate petunt hoc, Tibur et Hispal
96 Et Caere: hic Sulmo Narboque: haec Allia flumen,
97 Mons Oeta haec, haec Ossa volunt, haec Trinacris Aëtna.

Praeceptum XII. De nominum in generibus immutatione

98 Respicit interdum nomen generale poëta,
99 Unde sibi merito genus inferiora capessunt:
100 Sic volucrem sequitur bubo: sic flumen Iader.

Praeceptum XIII. Nomina variorum generum

101 Haec modo foemineis, maribus modo juncta videbis
102 Cum silice et limax necnon cum torque phaselus,
103 Scrobs, serpens, anguis cum corbe diesque rubusque,
104 Grossus, adeps, atomus, poteris queis addere finis.
105 Da modo masculeis, neutris modo vulgus et Anxur.

Praeceptum XIV. Nomina fere masculina, raro foeminina

106 Mascula bubo, silex, funis cumque obice, varix,
107 Calx, specus et cortex, imbrex, margo atque palumbes
108 Et pumex, pulvis sunt et muliebria vati.

V. 94-97. Saepe scriptores non tam significationem verborum quam terminationem spectant: quare neutra sunt Praeneste *Palestrina*, Tibur *Tivoli amendue città in campagna di Roma*, Reate *Rieti città in Umbria*, Caere *Cervetere piccola terra in Toscana*, Nepete *Nepi città nella provincia del patrimonio di S. Pietro*, Hispal *Siviglia città di Spagna*, quis *e*, *l*, *ur* finita neutra sunt; cum alioqui nomina urbium, ut diximus praecepto 6. sint foeminina. Sulmo vero *Sulmona città nell'Abruzzo*, et Narbo Martius *Narbona città di Provenza*, ob terminationem sunt masculina.

Eadem ratione excipiuntur a praecepto 5. haec Allia *Caminate o Rio del Mosso fiume ne' Sabini*, haec Albula *Tevere fiume in Italia.*

Excipiuntur eandem ob causam ab eodem praecepto 5. montium Aetna *Mongibello in Sicilia*, Ida *Ida monte presso Troia*, Ossa *Ossa presentemente il Cassovo* et Oeta *Banina o Bunina monti in Tessaglia* (quamvis Ossa semel virile sit apud Ovid. (1) et Oeta etiam virile apud Senec. (2) et Virg. (3) generale nomen montis respicientes, ut dicemus praecepto 12); sic Rhodope *Argentaro monte in Tracia*, et graeca e finita foeminins sunt, ut Oete idem significans quod Oeta, Mycale *Micale monte e castello in Jonia*, etc.

V. 98.-100. Bubo *gufo (uccello)* masculini alioqui generis tamen apud Virg. (4) foemininum est, quia avis est gen. foem. Eodem modo Iader *Salona fiume nella Schiavonia* apud Lucan. (5) neutrum est, quia flumen, sic apud Ovid. (6) Pelion est etiam masculinum, quia mons, Ilion foem. quis urbs respicitur, quamvis alii *Ilios* legant. Sic *Eunuchum suam* foem. gen. dixit Terentius comoediam intelligens.

V. 101-104. Quaedam nomina sunt modo masculina modo foeminins, ut limax *lumaca*, torquis *collana*, phaselus *burchiello (barca)*, scrobs *fossa*, corbs *corba*, grossus *fico immaturo*, sic adeps *grasso*, *lardo*, atomus, finis, rubus, *rovo*. Dies in plurali quidem fere est masculinum, in singulari autem pro diversa significatione variat genus; nam foemininum est, quando ponitur pro spatio 24 horarum; verum hoc discrimen non est perpetuum praesertim apud poëtas.

V. 105. At vulgus *volgo* et Anxur *Terracina città in campagna di Roma*, modo masculini generis sunt modo neutrius; quamquam vulgus raro (idque fere apud poëtas) est generis masculini.

V. 106-108. Oratores sequentia virili, poëtae interdum muliebri genere usurpant, obex *ostacolo*, imbrex *embrice*, palumbes *colombo selvatico*, margo inis *estremità*, pumex *pomice*: sic bubo, silex, funis, varix, *vena gonfia*, calx *calcagno ovvero calcio*, cortex *corteccia*, pulvi, specus us *spelonca*: invenitur etiam specus neutrum.

(1) Ibis, 287. (2) Herc. fur. 1, 132. (3) Culic. 202. (4) Aen. 4, 462. (5) Phars. 4, 404. (6) Met. 7, 221; et 14, 466.

Praeceptum XV. Nomina fere foeminina, raro masculina

109 Est muliebris onyx, volucris, stirps, talpa, cupido,
110 Dama, penus, linter, grus, lynx et clunis et ales,
111 Interdum haec generi vates junxere virili.

Praeceptum XVI. De genere epicoeno

112 Articulo sexum quae complectuntur utrumque
113 Uno, epicoena vocant Graii, promiscua Nostri,
114 Hic lepus, haec vulpes seu mas seu foemina poscunt.

V. 109.-111. Onyx ychis *specie di gemma*, *alabastro* et sardonyx *sardonico (gemma)*, volucris, talpa, dama *daino*, linter *barchetta*, stirps, cum de plantis dicitur, idest *radice sterpo*, cupido pro cupiditate, nam pro deo semper est masculinum; penus us quartae declinationis *vettovaglia* et penus ni secundae, at penus oris tertiae neutrum est; grus *grue*, lynx *lince*, clunis *groppa*, ales *uccello*, oratoribus foeminina, poëtis interdum masculina sunt. Animans tum foeminini tum neutrius, raro masculini generis est.

V. 112.-114. Promiscua sive epicoena sunt nomina animalium, quae uno articulo et una terminatione marem ac foeminam significant, ut hic lepus, elephas, piscis, mus, corvus, passer, pavo, turdus, vultur, turtur, *tortora*, anser *oca* et alia masculino genere tum marem tum foeminam significant. Vulpes autem, aquila, testudo, anas *anitra*, hirundo *rondine*, noctua *civetta*, mustela *donnola* et alia genere foeminino etiam marem significant. Si distinguendi sint mares a foeminis, licebit appositum adhibere. Colum. (1) *pavonem* MASCULUM *et pavonem* FOEMINAM dicit: Cic. (2) MARIS *anguis et anguis* FOEMINAE. Haec satis de generibus.

§. 10. DE NOMINUM DECLINATIONE

PRAECEPTA COMMUNIA

I. Nomina composita fere instar simplicium declinantur, ut *vir viri, triumvir triumviri, prudens prudentis, imprudens imprudentis.* At quaedam id non servant, ut *sanguis sanguinis, exsanguis exsanguis,* non *exsanguinis, capricornus ni, centimanus na num*, quamvis composita a *cornu* et *manus:* sic *unimanus* et *anguimanus*, *quies quietis*, *requies requiei* et *requietis, pubes pubis*, *impubes* vel *impubis is* et *eris, portus, portus,* ANGIPORTUM *angiporti* genere neutro. Ter. (3) vel *angiportus angiporti* vel *angiportus angiportus* masculino genere Ter. (4) *Sed hinc concedam in* ANGIPORTUM *hunc proximum.* Ita legit Priscianus (5).

II. In compositis rectus tantum casus declinatur, ut *tribunus plebis, tribuni plebis, tribuno plebis*, *tribunum plebis*, etc. Huc spectant *senatusconsultum, iurisperitus*, *paterfamilias* atque eiusdem generis alia.

III. Si nomen ex duobus rectis copuletur, uterque declinabitur, ut *respublica reipublicae reipublicae rempublicam, iusiurandum iurisiurandi iuriiurando*, etc.

IV. Excipitur *alteruter*, cuius posterior tantum pars plerumque solet declinari.

V. Nomina neutra tres casus habent similes, nominandi, accusandi, vocandi, qui numero multitudinis *a* litera terminantur praeter *ambo* et *duo*.

VI. Vocativus singularis quartae et quintae similis est nominativo, *sensus* o *sensus, dies* o *dies*.

(1) R. R. 8, 11. (2) De Divin. 2, 29. (3) Adelph. 4, 2, 39. (4) Phorm. 5, 7, 8. (5) L. 6. p. 714. Putsch.

VII. Nominativus et vocativus multitudinis similes sunt, *musae o musae*, *virtutes o virtutes*.

VIII. Dativus et ablativus numeri pluralis similes sunt, *musis a musis*, *virtutibus a virtutibus*.

§. 11. DECLINATIO PRIMA

I. Substantiva declinationis primae nominandi casu exeunt in *a*, et sic declinantur.

	NUMERO SINGULARI	NUMERO PLURALI
Nom.	haec mus-a *la musa*	mus-ae *le muse*
Gen.	mus-ae *della musa*	mus-arum *delle muse*
Dat.	mus-ae *alla musa*	mus-is *alle muse*
Acc.	mus-am *la musa*	mus-as *le muse*
Voc.	o mus-a *o musa*	o mus-ae *o muse*
Abl.	a mus-a *dalla musa*	a mus-is *dalle muse*

Haec musa jucunda *la musa gioconda* — Haec ferula acerba *la sferza acerba*

PAUCIS POST DIEBUS

Haec musa dulcis *la musa dolce* — Hic nauta vigilans *il marinaio vigilante*
Haec ferula minax *la sferza minaccevole* — Hic poeta optimus *il poeta bonissimo*

II. Dativus multitudinis *is* syllaba finitur praeter *duabus, ambabus* et *deabus* et nonnulla ejusdem exitus, quae etiam a viris doctis praecipue jurisperitis, ut notat Charisius (1), sexus discernendi gratia usurpantur, ut *filiabus, libertabus, animabus, equabus:* Cic. (2) dixit DEABUS, Liv. (3) *In sacrarium ad penates confugit cum* DUABUS FILIABUS *virginibus,* Modest. (4) *Libertis* LIBERTABUSQUE *meis*, Seneca (5) *Quaedam* ANIMABUS *suis redemerunt maritorum suorum salutem;* Cicero (6) tamen dixit *Duabus* ANIMIS *suis,* et Liv. (7) *Graccho minorem ex duabus* FILIIS. . . *nuptam fuisse convenit.*

§. 12. DECLINATIO SECUNDA

I. Latina nomina secundae declinationis in syllabas *er*, *ir*, *ur*, *us*, *um* exeunt, ut *faber*, *vir*, *satur*, *populus*, *praemium,* et sic declinantur.

	NUMERO SINGULARI	NUMERO PLURALI
Nom.	hic domin-us *il signore*	domin-i *i signori*
Gen.	domin-i *del signore*	domin-orum *dei signori*
Dat.	domin-o *al signore*	domin-is *ai signori*
Acc.	domin-um *il signore*	domin-os *i signori*
Voc.	o domin-e *o signore*	o domin-i *o signori*
Abl.	a domin-o *dal signore*	a domin-is *dai signori*

Hic dominus justus *il signor giusto* — Hic puer ingeniosus *il fanciullo ingegnoso*

POST ALIQUOT DIES

Hic puer sagax *il fanciullo sagace* — Hic animus generosior *l' animo più generoso*
Hic vir prudens *l' uomo prudente* — Haec populus procerissima *il pioppo altissimo*

	NUMERO SINGULARI	NUMERO PLURALI
Nom.	hoc templ-um *la chiesa*	templ-a *le chiese*
Gen.	templ-i *della chiesa*	templ-orum *delle chiese*
Dat.	templ-o *alla chiesa*	templ-is *alle chiese*
Acc.	templ-um *la chiesa*	templ-a *le chiese*
Voc.	o templ-um *o chiesa*	o templ-a *o chiese*
Abl.	a templ-o *dalla chiesa*	a templ-is *dalle chiese*

Hoc templum sanctissimum *la chiesa santissima* — Hoc ingenium eximium *l' ingegno eccellente*

SUO TEMPORE

Hoc saxum ingens *il sasso grande* — Hoc beneficium illustre *il beneficio insigne*

(1) L. 1, p. 9, Putsch. (2) Pro Rab. 2, (3) Hist. 24, 26. (4) Dig. l. 50, tit. 16, 105. (5) Decl. 2, 2. (6) Fam. 14, 14. (7) Hist. 38, 57.

II. Genitivus fere aequalis est nominativo, ut *populus populi:* excipe *Iber Iberi*, *Celtiber Celtiberi*, *liber liberi* et adjectivum et substantivum, *satur saturi*, *gibber gibberi*, *dexter dexteri* et per syncopen *dextri*, *asper asperi*, *alter alterius*, *uter utrius* et composita *alteruter*, *uterque*, *neuter neutrius* potius quam *neutri*, *vir viri* et composita *triumvir*, *decemvir*, etc. Composita item a verbis *gero* et *fero*, ut *armiger armigeri*, *signifer signiferi*, etc. Crescunt etiam in genitivo *solus*, *totus*, *unus*, *ullus*, *nullus*, de quibus dicemus §. 27.

III. Vocativus similis est nominativo, *o vir*, *o puer*, *o satur*. Excipe nomina *us* syllaba finita, quae *us* in *e* mutant, *populus o popule*, *fluvius o fluvie*, *tabellarius o tabellarie*, *socius o socie*, *ebrius o ebrie*, *egregius o egregie:* de quo vide Gellium (1).

IV. Ab his tamen excipe *Deus*, quod similiter exit in vocativo *o Deus:* item *filius* et nomina propria in *ius*, quae *us* in vocativo deponunt, *o fili*, *o Antoni*, *o Pompei*. At graeca in *ius* retinent *e* juxta graecam flexionem, *Tyrinthius o Tyrinthie*, *Sperchius o Sperchie* et similia.

§. 13. DECLINATIO TERTIA

I. Etsi tertiae declinationis quamplurimae sint positiones, genitivus tamen in *is* syllabam exit; qui nominativo modo est aequalis numero syllabarum, ut *navis navis;* modo una syllaba longior, ut *turbo turbinis*, *unedo unedonis;* modo duabus, ut *iter itineris*, *anceps ancipitis*, *biceps bicipitis*, *praeceps praecipitis*.

	NUMERO SINGULARI	NUMERO PLURALI
Nom.	hic serm-o *il parlare*	serm-ones *i parlari*
Gen.	serm-onis *del parlare*	serm-onum *dei parlari*
Dat.	serm-oni *al parlare*	serm-onibus *ai parlari*
Acc.	serm-onem *il parlare*	serm-ones *i parlari*
Voc.	o serm-o *o parlare*	o serm-ones *o parlari*
Abl.	a serm-one *dal parlare*	a serm-onibus *dai parlari*

Hic sermo elegans *il parlare elegante* — Haec virtus admiranda *la virtù maravigliosa*
Hic panis quotidianus *il pane d' ogni giorno* — Haec oratio elegantior *il dire più elegante*

	NUMERO SINGULARI	NUMERO PLURALI
Nom.	hoc temp-us *il tempo*	temp-ora *i tempi*
Gen.	temp-oris *del tempo*	temp-orum *dei tempi*
Dat.	temp-ori *al tempo*	temp-oribus *ai tempi*
Acc.	temp-us *il tempo*	temp-ora *i tempi*
Voc.	o temp-us *o tempo*	o temp-ora *o tempi*
Abl.	a temp-ore *dal tempo*	a temp-oribus *dai tempi*

Hoc munus pretiosum *il dono prezioso* — Hoc nomen celebre *il nome famoso*
Hoc flumen velox *il fiume veloce* — Hoc corpus perspicuum *il corpo trasparente*

	NUMERO SINGULARI	NUMERO PLURALI
Nom.	hic haec paren-s *il padre e la madre*	paren-tes *i padri e le madri*
Gen.	paren-tis *del padre e della madre*	paren-tum *dei padri e delle madri*
Dat.	paren-ti *al padre e alla madre*	paren-tibus *ai padri e alle madri*
Acc.	paren-tem *il padre e la madre*	paren-tes *i padri e le madri*
Voc.	o paren-s *o padre e o madre*	o paren-tes *o padri e o madri*
Abl.	a paren-te *dal padre e dalla madre*	a paren-tibus *dai padri e dalle madri*

Hic et haec civis *il cittadino e la cittadina* — Hic et haec hostis *il nemico e la nemica*

(1) N. A. 14, 5.

I. Neutra in *E* mutant ipsum *E* nominativi in *Is;* ut *omne omnis, cubile cubilis.*

II. *O* finita *Onis* accipiunt in genitivo: ut *harpago, onis.* Verum *caro* habet *carnis, Nerio* et *Anio Nerienis, Anienis.* Praeterea foeminina in DO, GO, excepto *unedo unedonis,* faciunt *Inis;* ut *grando inis, siligo inis.* His adde masculina *Apollo, ordo, margo, cardo, cupido, homo, nemo, turbo.*

III. *L, D, T,* finita addunt *Is* genitivo: ut *vigil ilis, David Davidis, caput capitis,* verso *u* in *i,* ut etiam in ejus compositis. At *mel* et *fel, mellis* et *fellis* habent altero *L* adhibito in obliquis.

IV. *N* terminata *Is* genitivo superaddunt. At neutra *N* finita et composita a verbo *cano Inis* in genitivo sibi vindicant; ut *abdomen abdominis, carmen inis, tibicen tibicinis, tubicen tubicinis, cornicen cornicinis,* quibus adde *flamen flaminis, pecten pectinis.*

V. Terminata in *R* addita syllaba *Is* formant genitivum, ut *lar laris, acer aceris, ver veris, Mulciber eris, Gadir Gadiris, Anxur Anxuris.* Multa nomina syllaba *Er* finita amittunt *E* nominativi. Eiusmodi sunt I. adjectiva in *cer,* ut *acer, alacer, volucer.* II. Nomina in *ter,* ut *accipiter accipitris* praeter *later lateris, iter itineris.* III. Nomina mensium, ut *september septembris,* et certa nomina ut *imber.* Verum *ebur, femur, robur, jecur* gignunt *eboris, femoris, roboris, jecoris, jecinoris,* et *jocinoris; cor* et *far, cordis, farris.*

VI. *As* vertitur in *Atis,* ut *honestas, atis; Maecenas, atis; arpinas arpinatis. Vas* tamen masculinum habet *vadis;* neutrum *vasis; anas anatis, mas maris, as assis.*

VII. *Es* habet genitivum in *Is,* aequalem nominativo, ut *fames famis; vepres vepris; acinaces acinacis. Es* vertunt in *Etis aries, abies, interpres, seges, praepes, paries, indiges, perpes, teges, arietis, tegetis,* et sic in aliis. *Quies* habet *quietis; requies requietis* et *requiei,* sed tunc ad quintam declinationem spectat.

Cetera appellativa latina praeter jam enumerata, sive masculina, sive communia tam duorum, quam trium generum, *Itis* habent in genitivo. Masculina, ut *Cocles, eques, gurges, fomes, limes, pedes, poples, stipes, termes, trames, veles.* Communia duorum; ut *antistes, comes, hospes, miles, satelles.* Trium generum; ut *ales, dives, sospes,* ac *superstes.* His addantur *ames, merges, tudes,* licet foeminina.

Genitivus in *Edis* fit a nominibus *merces, praes, haeres;* a *pes pedis.* Composita vero a verbo *sedeo Idis* habent in genitivo, ut *deses desidis: praeses praesidis: reses residis.*

VIII. *Is* finita genitivum faciunt similem nominativo: ut *facilis facilis.* At a *vomis, pulvis, cinis, cucumis* fiunt genitivi *vomeris, pulveris, cineris, cucumeris,* et *cucumis* sine incremento; a *Quiris, Samnis, dis, lis* fiunt *Quiritis, Samnitis, ditis, litis;* a *vis* plurali numero *vires, virium, viribus.*

IX. *Os* modo vertitur in *ōtis* ut *dos dotis; cos cotis; sacerdos sacerdotis;* modo in *ŏtis* ut *impos impotis, compos compotis;* modo in *odis* ut *custos custodis;* alias in *Oris,* ut *ros roris, flos floris, mos moris, glos gloris;* et nomina in *Os* vel *Or* desinentia, ut *arbos* vel *arbor, ho-*

nos vel *honor*, *lepos* vel *lepor*. *Os* sub diversis significationibus gignit *oris* et *ossis*. *Bos* habet *bovis*, sed in genitivo plurali *boum*, in dativo et ablativo *bobus* vel *bubus*.

X. *Us* nominativi quaedam nomina vertunt in *ŏris*, ut *corpus*, *decus*, *dedecus*, *facinus*, *fœnus*, *frigus*, *lepus*, *litus*, *nemus*, *pignus*, *tergus*, *pecus* ac *penus* neutro genere; nam foeminino *pecus* habet *pecudis*; *penus* vero ad quartam vel secundam declinationem spectat. Comparativa neutra in *ōris*, ut *majus*, *minus*, *pejus*, *majoris*, *minoris*, *pejoris*. Alia mutant in *Eris*, ut *scelus*, *sidus*, *glomus*, *viscus*, *acus*, *aceris* neutrum. Masculinum enim *acus aci* ad secundam declinationem: foemininum *acus* ad quartam, idque sub diversis significationibus, spectat.

Monosyllaba *Us* vertunt in *Uris*, ut *crus*, *jus*, *mus*, *rus*, *pus*, quibus adde *tellus*, *telluris*. At *sus* habet *suis*; *juventus*, *salus*, *servitus*, *senectus*, *virtus* et cetera foeminina *Us* mutant in *Utis*, praeter *palus* et *subscus*, quae *Us* vertunt in *Udis*.

XI. Nomina literis *Bs* vel *Ps* finita formant genitivum, *I* vocali medio utriusque consonantis interposita, ut *stirps stirpis*, *urbs urbis*, *inops inopis*. Polysyllaba vero vocalem *E* duas illas consonantes praeeuntem in *I* mutant in genitivo; ut *caelebs*, *caelibis*; *forceps*, *forcipis*; sic *manceps*, *municeps*, *particeps*, et similia. At *anceps*, *biceps*, *triceps* gignunt *ancipitis*, *bicipitis*; *auceps aucupis*.

XII. Finita in *Ns* vel *Rs*, vertunt *S* in *Tis*, ut *fons fontis*; *tiburs tiburtis*. *Lens* et *frons* habent *lentis* et *lendis*, *frontis* et *frondis*, sed alia significatione.

Anomala sunt *iens euntis* et composita *abiens*, *exiens*, etc; et derivata a *cor cordis*, quae retinent *Dis* a simplici ut *concors concordis*; itemque *libripens libripendis* a *pendo* et *libra* compositum.

XIII. *X* vertitur in *Cis*, ut *Ajax Ajacis*: *cornix cornicis*: *volvox volvocis*: *Pollux Pollucis*. Aliquando tamen in *gis*, ut *grex gregis*: *Lelex Lelegis*: *aquilex aquilegis*: *frux frugis*: *remex remigis*: *conjux conjugis*: *rex regis*: *Biturix Biturigis*: *lex legis*. His adde *Orgentorix Orgentorigis*: *Vercingetorix*, *origis*, et similia quaedam nomina in *Orix*. Polysyllaba *E* nominativi praecedens mutant in *I*, ut *codex codicis*, *vertex verticis*, *vibex vibicis*. Excipiuntur *vervex vervecis*, *resex resecis*. Anomala sunt *nix nivis*, *nox noctis*. Reliqua usu disces.

§. 15. DE ACCUSATIVO SINGULARI TERTIAE

I. Accusativus latinus in *em*, ut *sermonem*: *buris* tamen, *cucumis*, *pelvis*, *ravis*, *securis*, *sitis*, *tussis*, *vis* in *im* exeunt, *burim*, etc.

Clavis, *febris*, *navis* frequentius in *em* quam in *im*; at *puppis*, *restis*, *turris* usitatius in *im* quam in *em*.

§. 16. DE ABLATIVO SINGULARI TERTIAE

I. Nomina substantiva latina, quorum accusativus exit in *im*, tantum *i* postulant in ablativo, ut *siti*, *pelvi*, *tussi*, *cucumi*, *cannabi*. Adde *Hispali*, *Ligeri*, *Bacti*; quamvis Liv. (1) dixerit: *Superato* BAETE *amni*; et Pers. (2) *Torta* CANNABE.

(1) L. 28, 22. (2) Sat. 5, 146.

II. Substantiva latina, quorum accusativus in *em* vel *im*, in ablativo utramque terminationem sortiuntur, ut *nave* et *navi*, *febre* et *febri*, *reste* et *resti*, etc. At *turri* multo quam *turre* usitatius est.

III. Quaedam latina, quorum accusativus tantum in *em*, ablativum habent *e* et *i*, *igne* et *igni*, *imbre* et *imbri*, *amne* et *amni*, *supellectile* et *supellectili*, *fine* et apud Gell. (1) FINI. Apud poëtas praesertim *ave* et *avi*, *angue* et *angui*, *classe* et *classi*, *vecte* et *vecti*, *ungue* et *ungui*, ove et *ovi*, *cive* et *civi*, *poste* et *posti*, *fuste* et *fusti*. Addunt aliqui *nepte* et *nepti*, *mugile et mugili;* exemplis tamen non satis haec probant.

IV. Substantiva neutra in *al*, *ar*, *e* et nomina mensium tertiae habent *i* in ablativo, ut *animali*, *calcari*, *monili*, *mari*, *aprili*, *septembri*. Sic *strigili* et *canali*, nam veteres *hoc strigile* et *hoc canale* dicebant. *Par* tamen, *nectar*, *hepar*, *jubar e* contenta sunt, ut *farre*, etc. *Mare* etiam auferendi casu reperies apud Plaut. (2) *In* MARE *communi;* et Ovid. (3) *Libyco de* MARE, quod perquam rarum est. Sexto etiam casu reperies *rete*, *praesepe*, quia olim erat *hic retis* et *haec praesepis*. Quibus adde *Soracte*, *Caere*, *Praeneste*, *Nepete*, *Reate*, *gausape*, nisi forte horum aliqua sint declinationis expertia.

V. Verbalia in *trix e* habent, ut *altrice*, *nutrice* : verum *i* poscunt *victrici*, *ultrici*.

VI. Adjectiva (praeter illa , quae infra excipiemus) *i* vel *e* admittunt, ut *felix*, *procax*, *dives*, *trux; felice* vel *felici*, etc. sed per *i* melius. Sic *degener* et *uber*, *degenere* vel *degeneri*, *ubere* vel *uberi*. Sic *vigili* et *artifici*, cum adjectiva sunt, ut apud Stat. (4) VIGILI *aure :* et apud Plin. (5) *Manus libratur* ARTIFICI *temperamento*.

VII. Adjectiva, quorum neutrum *e* litera terminatur, *i* adsciscunt in ablativo, ut *brevi*, *pingui*, *volucri*, *rudi;* at *volucre* et *rude*, cum sunt substantiva. Horat. (6) *Donatum iam* RUDE. Illis adde *pluri et memori;* nam prisci *pluris* et *plure*, *memoris* et *memore* declinabant. *Caeleste*, *perenne*, *bimestre* pro *caelesti*, etc. vel apud ipsos poëtas rara sunt.

VIII. Substantiva appellativa adjectivis similia *is* syllaba terminata *i* habent in ablativo, ut *aedili*, *affini*, *annali*, *bipenni*, *familiari*, *natali*, *patrueli*, *rivali*, *sodali*, *tridenti*, *triremi*, *quadriremi*, *quinqueremi*. Quamvis Caesar (7) semel dixerit TRIREME *constructa*, et Plin. (8) SODALE, et Lucan. (9) NATALE, et Ovid. (10) TRIDENTE. Verum poëtae in his liberiores sunt. Nomina tamen propria, quamvis adjectivis similia , *e* tantum retinent , ut Cic. (11) *Julio* ANNALE, et Id. (12) LATERENSE, Martial. (13) *Cum* JUVENALE *meo*. Sic *Felice*, *Martiale*, etc.

IX. Quamvis adjectiva omnia literis *ns* finita, *e* in ablativo terminari Verrius Flaccus (14) docuerit, ut *sapiente*, *prudente*, etc. sunt tamen et quae *i* habent; ut Cic. (15) INGENTI *campo;* Liv. (16) VEJENTI *bello;* Caes.

(1) N. A. 1, 3; et 7, 3; et alibi. (2) Rud. 4, 3, 42, ut legit Prisc. 7, 759, Putsch. (3) Ibid. 200. (4) Achill. 2, 120. (5) H. N. 12, 25. (6) Epist. 1, 1, 2. (7) B. C. 2, 23. (8) Ep. 2, 13. (9) Phars. 7, 391. (10) Met. 1, 283. (11) Pro Fundanio ap. Prisc. 7, 761. Putsch. (12) Planc. 26. (13) Ep. 7, 23. (14) Ap. Charisium 1, 101, Putsch. (15) De Orat. 3, 19 (16) Hist. 5, 52.

(1) *Ex* CONTINENTI; Cic. (2) *Sermone* RECENTI; Id. (3) VEHEMENTI *incitatione;* Auctor ad Herenn. (4) DILIGENTI *ratione;* Gell. (5) *Ingenio* ELEGANTI.

X. Participia in *ns* semper habent *e*, ut *absente*, *praesente*, *audiente*. Cic. (6) *Illa Deos hominesque* IMPLORANTE. Plin. (7) *Baetica a flumine eam mediam* SECANTE *cognominata*. Quod si interdum *i* habeant, fere in nomina transeunt, ut Cic. (8) EXCELLENTI *virtute;* Id. (9) GAUDENTI *ac* LIBENTI *animo*.

XI. Comparativa nomina fere semper in *e* exeunt, ut *superiore, faciliore, uberiore, leviore;* quanquam et interdum in *i*, ut Caes. (10) MAJORI *cum fiducia;* Plin. (11) POSTERIORI *parte;* Quintil. (12) MAJORI *mole;* ut habent libri gryphiani, aldini, etc.

§. 17. DE GENITIVO PLURALI TERTIAE

I. In *ium* exeunt quaecunque literis *ns* finiuntur, ut *serpentium, prudentium, amantium, ingentium, adolescentium*.

II. Item pleraque *s* litera terminata, quae genitivo non crescunt, ut *collis collium, clades cladium*.

III. Et quorum ablativus in *i* tantum vel in *i* et *e* exit, ut *dioecesium, syrtium, navium, imbrium, ultricium, animalium, calcarium, cubilium, salubrium, plurium, felicium*, etc.

IV. Quibus adde *Samnitium, lintrium, cohortium, utrium, ventrium, penatium, carnium, fornacium, paludium;* quamvis FORNACUM semel a Plin. (13) PALUDUM a Caesare (14) et Mela (15) usurpatum sit.

V. Ad haec monosyllaba, quae in duas consonantes exeunt, ut *trabs, seps, ars, arx, merx, pars, dens, fons, mens*, etc. *trabium, sepium, artium, arcium*, etc.

VI. Quibus accedunt *as assis, glis, lis, mus, dos, nix, nox, os ossis, fauces faucium, vas vadis vadium* et si qua sunt alia a viris doctis usurpata.

VII. Ab his omnibus rursus excipiuntur *parens, panis, memor, inops, supplex, vetus, degener, uber, lynx* et alia, quorum genitivus exit in *um*, *parentum, panum, memorum, lyncum*, etc. *Parens* tamen aliquando, praecipue apud poëtas, habet *parentium;* Horat. (16) *Dos est magna* PARENTIUM *virtus*. Reliqua usu disces.

§. 18. CASUS PLURALES NEUTRORUM TERTIAE

I. Casus plurales nominandi, accusandi et vocandi neutrius generis in *a* desinunt, si ablativus singularis in *e* tantum exit, ut *tempora:* si vero in *i* tantum aut in *e* vel *i* terminatur, tunc in *ia* desinunt, ut *vectigalia, ingentia:* praeter comparativa et *vetus veteris*, quae in *a* exeunt, ut *majora, vetera, plura*.

§. 19. DECLINATIO QUARTA

I. Nomina declinationis quartae rectum habent desinentem in *us* vel *u*, et ad hunc modum flectuntur.

(1) B. C. 3, 26. (2) Mur. 7. (3) De Orat. 2, 43. (4) Rhet. 1, 2. (5) N. A. 7, 3. (6) Verr. A. 2, 1, 58. (7) H. N. 3, 1. (8) Arch. 7. (9) Att. 2, 4. (10) B. C. 2, 14. (11) H. N. 29, 4. (12) Inst. Or. 12, prooem. (13) H. N. 35, 6. (14) B. G. 4, 38. (15) De Situ Orbis 3, 3. (16) Od. 3, 24, 21.

	NUMERO SINGULARI	NUMERO PLURALI
Nom.	hic sens-us *il senso*	sens-us *i sensi*
Gen.	sens-us *del senso*	sens-uum *dei sensi*
Dat.	sens-ui *al senso*	sens-ibus *ai sensi*
Acc.	sens-um *il senso*	sens-us *i sensi*
Voc.	o sens-us *o senso*	o sens-us *o sensi*
Abl.	a sens-u *dal senso*	a sens-ibus *dai sensi*
	Hic sensus hebes *il senso rintuzzato*	Hic census tenuis *l' entrato tenue*
	Hic gradus tardus *il passo lento*	Haec anus delira *lo vecchia pazza*

	NUMERO SINGULARI	NUMERO PLURALI
Nom.	hoc gen-u *il ginocchio*	gen-ua *le ginocchia*
Gen.	gen-u *del ginocchio*	gen-uum *delle ginocchia*
Dat.	gen-u *al ginocchio*	gen-ibus *alle ginocchio*
Acc.	gen-u *il ginocchio*	gen-us *le ginocchia*
Voc.	o gen-u *o ginocchio*	o gen-us *o ginocchia*
Abl.	a gen-u *dal ginocchio*	a gen-ibus *dalle ginocchia*
	Hoc genu tumens *il ginocchio gonfio*	Hoc cornu inflexum *il corno piegato*
	Hoc veru subtile *lo spiedo sottile*	Hoc tonitru horrendum *il tuono spaventevole*

II. ***Arcus, artus, lacus, partus, specus, tribus*** in ***ubus*** exeunt, ***artubus, tribubus***, etc. ***Portibus*** et ***portubus*** promiscue utuntur Cic. Caes. et alii. ***Questibus*** a ***queror*** usitatius est quam ***questubus***. ***Verubus***, an ***veribus*** potius dicendum non liquet : certe Diomedes, Priscianus et alii veteres grammatici inter nomina in ***ubus*** desinentia ***veru*** non numerant.

§. 20. DECLINATIO QUINTA

I. Nomina declinationis quintae recto casu desinunt in *es* et hac ratione variantur.

	NUMERO SINGULARI	NUMERO PLURALI
Nom.	hic di-es *il giorno*	di-es *i giorni*
Gen.	di-ei *del giorno*	di-erum *dei giorni*
Dat.	di-ei *al giorno*	di-ebus *ai giorni*
Acc.	di-em *il giorno*	di-es *i giorni*
Voc.	o di-es *o giorno*	o di-es *o giorni*
Abl.	a di-e *dal giorno*	a di-ebus *dai giorni*
	Hic dies laetissimus *il giorno allegrissimo*	Haec res familiaris *la roba di casa*
	Haec species insignis *la bellezza insigne*	Haec facies honesta et liberalis *l'aspetto bello e gentile*

II. Casus interrogandi, dandi sextusque multitudinis praeter ***rerum rebus, dierum diebus*** inusitati sunt. Cic. (1) non est ausus ***specierum*** aut ***speciebus*** dicere, non tamen negat posse latine dici.

§. 21. SYNCOPE GENITIVI PLURALIS

I. Genitivus pluralis declinationis primae, secundae ac tertiae interdum, praesertim a poëtis, minuitur, quam imminutionem Graeci syncopen vocant.

Primae, ut ***Caelicolûm, Aeneadûm, Trojugenûm, Macetûm***, pro ***Caelicolarum, Aeneadarum***, etc. qua in compositis nominibus, et patronymicis potissimum utimur.

Secundae, ut ***liberûm, nummûm, denariûm, talentûm, sestertiûm, fabrûm, sociûm, Deûm, modiûm*** pro ***liberorum, nummorum***, etc. Et in adjectivis ***meûm, magnanimûm, quinûm, senûm, denûm*** et aliis pro ***meorum***, etc. Lucr. (2) SICULUM pro ***Siculorum;*** Ter. (3) ADVERSARIUM pro ***adversariorum***. Plura exempla vide apud Ciceronem (4), ubi ea de re late.

(1) Top. 7. (2) De N. R. 6, 642. (3) Hecyr. prol. 22. (4) Orat. 46.

Tertiae, ut *cladum*, *caedum*, *veprum*, *caelestum*, *agrestum*, *potentum*, *furentum*, pro *cladium*, *caedium*, *veprium*, *caelestium*, *potentium*, *furentium*, quae et alia ejusdem generis non facile apud oratores reperiuntur.

II. Genitivus imminutus a substantivis *as* syllaba finitis usitatior est quam plenus, ut *civitatum* quam *civitatium*, *anatum* quam *anatium*.

III. Quidam genitivi tum pleni tum imminuti sunt usitati etiam apud oratores, ut *apium* et *apum*, *serpentium* et *serpentum*, *Quiritium* et *Quiritum*, *optimatium* et *optimatum*, *locupletium* et *locupletum*.

§. 22. ANOMALA SIVE INAEQUALIA

I. Anomala sive inaequalia vocantur, quae aut numero aut genere aut declinatione aut casu aut aliquo alio attributo deficiunt.

§. 23. NUMERO INAEQUALIA

I. Quaedam singulari numero tantum declinantur, ut *nemo*, *pontus*, *lutum;* et pleraque eorum, quae metimur aut ponderamus, ut *triticum*, *oleum*, *aurum*, *ferrum*.

II. Quaedam plurali solum, ut *cani canorum*, *penates penatium*, *castra*, *calendae*.

§. 24. GENERE INAEQUALIA

I. Quaedam singulari numero sunt masculina, plurali neutra, ut *sibilus sibila*.

II. Quaedam singulari foeminina, plurali neutra, ut *carbasus carbasa*.

III. Quaedam singulari neutra, plurali masculina, ut *Argos*, plur. *Argi Argorum*, *plus* in singulari neutrum, in plurali *hi* et *hae plures* et *haec plura*.

§. 25. DECLINATIONE INAEQUALIA

I. Anomalum inprimis est sanctissimum nomen *JESUS*, quod declinatur genitivo *JESU*, dativo *JESU*, accusativo *JESUM*, vocativo *JESU*, ablativo *JESU*.

II. *Vas vasis* singulari numero est tertiae declinationis, plurali secundae, ut *vasa vasorum vasis ;* olim enim *vasum vasi* dicebatur. Plaut. (1) *Aut aliquod* VASUM *argenteum aut* VASUM *ahenum aliquod;* et Cato (2) *Neque mihi*, *inquit*, *aedificatio neque* VASUM . . . *neque ancilla est.* Apud Sever. (3) tamen leges : *Quod si forte cavis cunctatus* VASIBUS *haesit;* nisi forte legendum *vallibus*. Contra *jugerum jugeri* numero singulari secundae est declinationis, plurali tertiae *jugera jugerum jugeribus :* interdum et *jugere* ablativo legitur.

III. Anomalum item est nomen *domus*, quod sic declinatur.

	NUMERO SINGULARI	NUMERO PLURALI
Nom.	dom-us *la casa.*	dom-us *le case.*
Gen.	dom-i, - us *della casa.*	dom-orum, - uum *delle case.*
Dat.	dom-ui *alla casa.*	dom-ibus *alle case.*
Acc.	dom-um *la casa.*	dom-os, - us *le case.*
Voc.	o dom-us *o casa.*	o dom-us *o case.*
Abl.	a dom-o *dalla casa.*	a dom-ibus *dalle case.*

IV. Genitivo *domus* ferme utimur, cum aedificium significat: ut Horat. (4) *Seu fundi sive* DOMUS *sit-Emptor*. Plaut. tamen (5) *Hic homo commeminit* DOMI. *Domi* autem, cum significatur locus, in quo quis habitat, ut Ter. (6) *Quid ais*, *bone vir? est frater* DOMI?

(1) Truc. 1, 1, 33. (2) Ap. Gell. 13, 22. (3) Aetnae 488. (4) Sat. 2, 5, 108. (5) Trin 4, 3, 20. (6) Adelph. 4, 2, 17.

V. Dativo *domo* raro admodum. Horat. (1) *Ponendaeque* DOMO *quaerenda est area primum.* Alii legunt *ponendaque.*

VI. Ablativus *domu* nonnunquam legitur. Plaut. (2) *Ait se se Athenas fugere cupere ex hac* DOMU.

VII. Harum *domuum* et has *domus* raro reperies. Juvenal. (3) *Viscera magnarum* DOMUUM *dominique futuri.* Cic. (4) *Tot* DOMUS *locupletissimas domus istius una capiet?*

§. 26. CASU INAEQUALIA

I. Quaedam non declinantur in casus, ut *frugi, pondo,* quod numerum pluralem tantum habet, cum libram significat; item *quatuor, quinque* et cetera cardinalia usque ad *centum:* quae *aptota* sive *monoptota* appellantur.

II. Quaedam vocativo carent, cujusmodi sunt interrogativa, ut *quis, qualis;* relativa, ut *qui quae quod;* negativa, ut *nemo, nullus;* partitiva pleraque, ut *quidam, ullus, alius.* Pronomina etiam, praeter *tu, meus, noster, nostras,* ferme vocandi casu destituuntur.

III. Quaedam nominandi, interrogandi et accusandi casum habent, ut *tantundem, tantidem.*

IV. Quaedam nominativum et vocativum, ut *Jupiter, exspes.*

V. Quaedam obliquos tantum, ut *Jovis Jovi Jovem Jove.*

VI. Quaedam tres solum obliquos, ut *opis opem ope.*

VII. Quaedam duos, ut *suppetiae suppetias, repetundarum ab his repetundis, fors a forte.*

VIII. Quaedam unum, ut *inficias, sponte, natu:* quanquam etiam SPONTIS apud Columellam (5) et Celsum (6) legitur.

§. 27. ADJECTIVORUM DECLINATIO

I. Adjectiva nomina vel ad primam et secundam, vel ad tertiam declinationem pertinent.

II. Si nomina adjectiva tres habeant formas, prima est generis masculini, altera foeminini, tertia neutrius; si duas, prior est communis generis, idest masculini ac foeminini, posterior neutrius; si unam, est omnis generis.

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI		
Nom.	bonus	bona	bonum.	boni	bonae	bona.
Gen.	boni	bonae	boni.	bonorum	bonarum	bonorum.
Dat.	bono	bonae	bono.	bonis.		
Acc.	bonum	bonam	bonum.	bonos	bonas	bona.
Voc.	o bone	bona	bonum.	o boni	bonae	bona.
Abl.	a bono	bona	bono.	a bonis.		

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI	
Nom.	acer,	acris,	acre.	acres,	acria.
Gen.	acris.			acrium.	
Dat.	acri.			acribus.	
Acc.	acrem,		acre.	acres,	acria.
Voc.	o acer,	acris,	acre.	o acres,	acria.
Abl.	ab acri.			ab acribus.	

	NUMERO SINGULARI		NUMERO PLURALI	
Nom.	brevis,	breve.	breves,	brevia.
Gen.	brevis.		brevium.	
Dat.	brevi.		brevibus.	
Acc.	brevem,	breve.	breves,	brevia.
Voc.	o brevis,	breve	o breves,	brevia.
Abl.	a brevi.		a brevibus.	

(1) Ep. 1, 10, 13. (2) Mil. 2, 1, 48. (3) Sat. 3, 73. (4) Verr. A. 2, 4, 4. (5) R. R. 9, 4. (6) De R. M. 1, 1.

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI	
Nom.	brevior,	brevius *più breve.*		breviores,	breviora.
Gen.	brevioris.			breviorum.	
Dat.	breviori.			brevioribus.	
Acc.	breviorem,	brevius.		breviores,	breviora
Voc.	o brevior,	brevius.	o	breviores,	breviora.
Abl.	a breviore vel	breviori.	a	brevioribus.	

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI	
Nom.	felix	*felice.*		felices,	felicia.
Gen.	felicis			felicium.	
Dat.	felici.			felicibus.	
Acc.	felicem,	felix.		felices,	felicia.
Voc.	o felix.		o	felices,	felicia.
Abl.	a felice vel	felici.	a	felicibus.	

III. Adjectiva quaedam ad primam et secundam declinationem spectantia interrogandi casu syllaba *ius,* dandi vero *i* litera terminantur.

Alter	altera	alterum,	alterius,	alteri,	*il secondo o l' altro*
Alius	alia	aliud,	alīus,	alii,	*altro*
Solus	sola	solum,	solīus,	soli,	*solo*
Totus	tota	totum,	totīus,	toti,	*tutto*
Unus	una	unum,	unīus,	uni,	*uno*
Ullus	ulla	ullum,	ullīus,	ulli,	*alcuno*
Nullus	nulla	nullum,	nullīus,	nulli,	*niuno*
Uter	utra	utrum,	utrīus,	utri,	*chi de' due*
Neuter	neutra	neutrum,	neutrīus,	neutri,	*nè l' uno nè l' altro*
Uterque	utraque	utrumque,	utriusque,	utrique,	*l' uno e l' altro*
Utervis	utravis	utrumvis,	utriusvis,	utrivis,	*qual dei due tu voglia*

Uterlibet utralibet utrumlibet, utriuslibet, utrilibet, *qual dei due ti piace*
Utercumque utracumque utrumcumque, etc. *qualunque dei due ti piace*
Alteruter alterutra alterutrum, alterutrīus, alterutri, *o l' uno o l' altro*
Alteruterque alterutraque alterutrumque, alterutriusque, etc. *l' uno e l' altro*

IV. Anomala item sunt *ambo*, *duo*, *tres*, quae sic declinantur.

	NUMERO PLURALI					NUMERO PLURALI		
Nom.	duo	duae	duo *due.*	ambo	ambae	ambo *amendue.*	tres	tria *tre.*
Gen.	duorum	duarum	duorum.	amborum	ambarum	amborum.	trium.	
Dat.	duobus	duabus	duobus.	ambobus	ambabus	ambobus.	tribus.	
Acc.	duos	duas	duo.	ambos	ambas	ambo.	tres	tria.
Voc.	o duo	duae	duo.	ambo	ambae	ambo.	tres	tria.
Abl.	a duobus	duabus	duobus.	ambobus	ambabus	ambobus.	tribus.	

Duo et *ambo* accusandi casus generis masculini ad poëtas potius pertinent. Virg. (1) *Si* DUO *praeterea tales Iduea tulisset - Terra viros.* Horat. (2) DUO *si discordia vexet inertes.* Cic. (3) tamen dixit : *Praeter* DUO *nos;* et (4) *Audiamus Platonem, . . . cui* DUO *placet esse motus.*

§. 28. GRAECORUM NOMINUM DECLINATIO

I. Graeca nomina ad latinos translata tres habent declinationes. Nominativus declinationis primae latine exit in *a*, *as*, *es*, *e*: graece vero in *α*, *ας*, *ης*, *η*, ut Maja, Aeneas, Anchises, Musice.

II. Nominativus declinationis secundae latine exit in *on*, *os*, *us*, *eus;* graece vero in *ον*, *ος*, *ως*, *ους*, *ευς*, ut Pelion, Delos, Androgeos, Panthus, Orpheus.

III. Declinatio tertia quamplurimas habet positiones; ut etiam apud latinos.

(1) Aen. 11, 285. (2) Sat. 1, 7, 15. (3) Fam. 7, 25. (4) De N. D. 2, 12.

EXEMPLA DECLINATIONIS PRIMAE

	Nominativo	*Genitivo*	*Dativo*	*Accusativo*	*Voc.*	*Abl.*
a ex α	Maja	ae	ae	an, am	a	a
as ex ας	Aeneas, a	ae	ae	an, am	a	a
es ex ης	Anchises, a	ae	ae	en, em	e, a	e
e ex η	Musice, a	es, ae	e, ae	en, am	e, a	e, a

EXEMPLA DECLINATIONIS SECUNDAE

	Nominativo	*Genitivo*	*Dativo*	*Accusativo*	*Voc.*	*Abl.*
on ex ον	Ilion, um	i	o	on, um	on, um	o
os ex ος	Delos, us	i	o	on, um	os, e	o
os ex ως	Androgeos, us	i, o, onis	o	on, um, ona	o, e	o
us ex ους	Panthus	i	o	um	u	o
eus ex ευς	Orpheus	ĕi, eos, ēi	ĕi, eo	ĕă, eum	eu	eo

EXEMPLA DECLINATIONIS TERTIAE

	Nominativo	*Genitivo*	*Dativo*	*Accusativo*	*Voc.*	*Abl.*
A ex α	Poema	ătis	ati	a	a	ate
O ex ω	Didō	us	o	o	o	o
O ex ων	Plato	ōnis	oni	onem, ona	o	one
Y ex υ	Moly	yos, yis	yi	y	y	y
An ex αν	Paean	ānis, ānos	ani	anem, ana	an	ane
En ex ην	Siren	enis,	eni	enem, ena	en	ene
In ex ιν	Delphin	īnis	ini	inem ina	in	ine
On ex ων	Palaemon	ŏnis	oni	onem, ona	on	one
» »	Charon	ontis, ontos	onti	ontem, onta	on	onte
» »	Agon	ōnis, ōnos	oni	onem, ona	on	one
Ar ex αρ	Nectar	ăris	ari	ar	ar	are
Er ex ηρ	Soter	ēris	eri	erem, era	er	ere
Or ex ωρ	Hector	ŏris, ŏros	ori	orem, ora	or	ore
Yr ex υρ	Martyr	y̆ris, y̆ros	yri	yrem, yra	yr	yre
As ex ας	Atlas	antis,	anti	antem, anta	a	ante
» »	Pallas	ădis, ădos	adi	adem, ada	as	ade
Es ex ης	Chremes	ētis, ētos	eti	etem, eta,	es, e	ēte
» »	Neocles	is, ĕi, i	i	em, en, ea	es	es
Es ex ευς	Achilles	is, ĕi, i	i	em, en, ea	es e	e
Is ex ις	Paris	ĭdis, ĭdos,	idi	idem, ida, im, in	is, i	idi
» »	Haeresis	is, ĕos	i	im, in	is	i
Is ex ἰς	Titanis	ĭdis, ĭdos	idi	idem, ida	is, i	ide
Is ex εις	Simois	entis, entos	enti	enta	i, is	ente
Os ex ος	Argos			os	os	
Os ex ως	Rhinoceros	ōtis	oti	otem, ota	os	ote
» »	Heros	ōis, ōos	oi	oem, oa	os	oe
Us ex ους	Tripus	ŏdis, ŏdos,	odi	odem, oda	u, us	ode
» »	Opus	untis, untos	unti	untem, unta,	u, us	unte
Ys ex υς	Cotys	yis, yos,	yi	yn, ym	y, ys	ye
X ex ξ	Styx	gis, gos	gi	gem, ga	x	ge
» »	Calyx	cis, cos,	ci	cem, ca	x	ce
Bs ex ψ	Arabs	bis, bos	bi	bem, ba	bs	be
Ps ex ψ	Cecrops	pis, pos,	pi	pem, pa	ps	pe

IV. Graeca nomina primae et secundae declinationis numero multitudinis cum latinis nominibus omnino consentiunt.

V. Nomina declinationis tertiae ad rationem latinorum declinari possunt numero multitudinis. Sic *Poema* et *Dioecesis*.

Nominativo	*Genitivo*	*Dativo*	*Accusativo*	*Vocativo*	*Ablativo*
Poemat*a*	Poemat*um*	Poemat*ibus*	Poemat*a*	Poemat*a*	Poemat*ibus*
Dioeces*es*	Dioeces*ium*	Dioeces*ibus*	Dioeces*es*	Dioeces*es*	Dioeces*ibus*

VI. Neutra quaedam nomina nominativo, accusativo et vocativo desinunt in *e*, ut *tempe, cete, epe, mele*.

VII. Alia iisdem casibus admittunt *is*, ut *Alpis, Syrtis, Trallis, Sardis*.

VIII. Genitivus quorumdam interdum desinit in *on*, ut *dioeceseon, epigrammaton, metamorphoseon*.

IX. Dativus et ablativus pluralis neutrorum in *a* saepius exeunt in *is*, quam *ibus*, ut *poematis, diplomatis, peripetasmatis, emblematis*.

X. Poetae eosdem casus interdum efferunt per *si*, vel *sin* more graecorum, ut *Pierisin, Charisin, Hyasin, Dryasi, Hamadryasi* pro *Pieridibus*, et cett.

XI. Accusativus nominum masculini et foeminini generis saepe exit in *as*, ut *troas, delphinas, crateras, arcadas*.

NOMINA DECLINATIONIS PRIMAE AD EXEMPLORUM NORMAM FLECTENDA

A ab α	*Aegina, Aglaia, Electra, Ossa, Pasithea, Thalia*
As ab ας	*Boreas, Etesias, Hermagoras, Lysias, Protagoras, Pythagoras, tiaras*
Es ab ης	*Achates, Atrides, cometes, Laertes, Orontes, planetes, Thyestes*
E ab η	*arithmetice, dialectice, grammatice, logice, Lybie, rhetorice*

NOMINA DECLINATIONIS SECUNDAE

Os ab ος	*Abydos, Arctos, crocos, Delos, Lesbos, Menelaos, Scorpios, Scyros, Tenedos, Zacynthos*
On ab ον	*Erotion, Pelion, Philenion, Eustochion.*
Eus ab ευς	*Atreus, Eurystheus, Mnestheus, Nereus, Peleus, Perseus, Piraeeus, Proteus, Tereus, Theseus, Tydeus, Typhoeus*
Us ab ος	*Antaeus, Pamphilus, Ptolemaeus, Thymbraeus, Timotheus*
Os ab ως	*Androgeos, Athos, Halos, Philoleos*

NOMINA DECLINATIONIS TERTIAE

A ab α	*Diploma, dogma, emblema, peripetasma, peristroma*, et quaecumque nomina in *ma* exeuntia oriuntur a perfecto passivo.
O ab ω	*Alecto, Argo, Callisto, Calypso, Celaeno, Clio, Clotho, Echo, Enyo, Erato, Erichthó, Hero, Io, Manto, Sappho, Xantho*
O ab ων	Gnatho, Polemo, vel *Polemon, Solo*, vel *Solon, Strato*
Y ab υ	*epy, misy*
An ab αν	*Titan, Pan*, cuius non sunt in usu nisi genitivus *Panos* et accusativus *Pana*
En ab ην	*Attagen, hymen, lichen, splen*
On ab ων	ut PALAEMON, *Agamemnon, Amazon, Alcyon, Gnomon, Iason, Philemon, sindon*
» »	ut CHARON, *Acheron, Bellerophon, bison, Chamaeleon, De-*

mophoon, Horizon, Laocoon, Phlegethon, scazon, Xenophon

» » ut *AGON*, *Babylon* vel *Babylo*, *Cithaeron*, *Helicon* et *Helico*

Ar ab αρ *bacchar*, sed *hepar hepătis*

Er ab ηρ *character*, *crater*, *luter*: sed *aer*, *aether* breviant incrementum.

Or ab ωρ *Alastor*, *Castor*, *Crantor*, *Nestor*, *Thestor*

As ab ας ut *ATLAS Abas*, *Acragas*, *Adamas*, *Calchas*, *Elephas*, *Gigas*, *Mimas*, *Pallas*, *Polydamas*, *Timas*, *Thoas* et alia masculina

As ab ας f. *hebdomas*, *Hellas*, *gymnas*, *Pallas*, *Dorcas*, *Hyas*, *lampas*, *Olympias*, *Pleias*. Sic *Arcas* etiam masculino genere.

Es ab ης ut *CHREMES*, *Cres*, *Dares*, *Hermes*, *Laches*, *lebes*, *magnes*, *tapes*, *Thales*. Inveniuntur etiam *Chremis*, *Daris*, *Lachis* pro *Chremetis*, *Daretis*, *Lachetis*; et sic in aliis casibus.

Es ab ης ut *NEOCLES*, *Alcibiades*, *Aristides*, *Aristoteles*, *Euripides*, *Herodes*, *Ioannes*, *Orestes*, *Phraates*, *Pylades*, *Tigranes*, *Timarchides*, *Tiridates*, *Xenocrates*, et plurima in *es* primae simplicium.

Es ab ευς *Perses*, *Ulysses* et alia in ευς declinationis secundae.

Is ab ις ut *PARIS Adonis*, *Alexis*, *Amasis*, *Apis*, *Busiris*, *Daphnis*, *Eupolis*, *Ibis*, *Iris*, *Isis*, *Maeotis*, *Memphis*, *Moeris*, *Osiris*, *Phalaris*, *Rhescuporis*, *Serapis*, *Sesostris*, *Thetis*, *Tigris*, *Zeuxis*, et quaecumque *is* vel *os* genitivi habent impurum, neque accentum in ultima.

» » ut *HAERESIS basis*, *Charybdis*, *Decapolis*, *Genesis*, *metamorphosis*, *Neapolis*, *Nisibis*, *Persepolis*, *poesis*, *Syrtis*, *Tanis*, et quorum genitivus crescens *os* purum habet, latine vero aequalis est nominativo.

Is ab ἴς *aegis*, *Amaryllis*, *cassis*, *Erymanthis*, *Lais*, *Oebalis*, *Phoronis*, *Pieris*, *pyramis*, *Thais*, *Tyndaris*.

Is ab εις *Pyrois*, et si qua sunt alia.

Os ab ος *epos*, *melos*

Os ab ως ut *RHINOCEROS Aegoceros*, *monoceros*

» » ut *HEROS Minos*, *Thos*, *Tros*

Us ex ους ut *TRIPUS Apus*, *Chytropus*, *Dasypus*, *lagopus*, *Melampus*, *Oedipus* (quod flectitur etiam per secundam *Oedipus*, *Oedipi*), *polypus*, *tripus*, et alia composita a πούς, πόδος

Us ex ους *Amathus*, *Elaeus*, *Pessinus*, *Hydrus*, *Trapezus*, et alia urbium nomina.

Ys ex υς *Atys*, *Capys*, *Halys*, *Ithys*, *Othrys*, *Tethys*, *Tiphys*, *Phorcys*

X ex ξ ut *STYX*, *Phryx*, *Iapyx*, *Iazyx*, et alia quae *x* vertunt in *g*.

» » ut *CALYX*, *atax*, *atrax*, *Cilix*. Sed *onyx* habet *onychis* et orta ab ἄναξ mutant ξ in *ctis*, ut *Astyanax*, *Astyanactis*, *Demonactis*, *Hipponactis*

Bs ex Ψ ut *ARABS*, *Chalybs*

Ps ex Ψ ut *CECROPS*, *Dolops*, *Merops*, *Aethiops* et cett. sed *gryps gryphis*

I. Pronomen est, quod loco nominis positum certam finitamque personam vel rem adsignificat.

II. Pronomina partim sunt primitiva partim derivativa seu potius derivata.

III. Primitiva sive primigenia dicuntur, quae prima sunt et a se orta, ut *ego, tu, sui, hic, iste, ille, ipse, is.*

IV. Derivativa vel potius derivata sunt, quae ex aliis oriuntur, ut *meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras.*

V. Demonstrativa sunt, quae rem demonstrant, ut *ego, tu, hic, iste, ille, ipse, is.*

VI. Horum quinque *hic, iste, ille, ipse, is* et ex eo compositum *idem* relativa dicuntur, cum rem antecedentem in memoriam reducunt, ut Virgilius carmina composuit, *idemque ipse* ea cecinit.

VII. Possessiva sunt, quae possessionem significant, ut *meus, tuus, suus, noster, vester.*

VIII. Gentilia sive patria sunt, quae non solum gentem vel patriam, sed etiam partes sectamve adsignificant, ut *nostras, vestras.*

IX. Reciproca duo sunt, unum primitivum nimirum *sui*, alterum derivativum seu derivatum nempe *suus.*

§. 30. PRONOMINUM DECLINATIO

S.	Nom.	ego *io.*	tu *tu.*	——
	Gen.	mei *di me.*	tui *di te.*	sui *di se.*
	Dat.	mihi, mi *mi, a me.*	tibi *ti, a te.*	sibi *si, a se.*
	Acc.	me *mi, me.*	te *ti, te.*	se *si, se.*
	Voc.	——	o tu *o tu.*	——
	Abl.	a me *da me.*	a te *da te.*	a se *da se.*
Pl.	Nom.	nos *noi.*	vos *voi.*	——
	Gen.	nostrum, nostri *di noi.*	vestrum, vestri *di voi.*	sui.
	Dat.	nobis *ci, a noi.*	vobis *vi, a voi.*	sibi.
	Acc.	nos *ci, noi.*	vos *vi, voi.*	se.
	Voc.	——	o vos *o voi.*	——
	Abl.	a nobis *da noi.*	a vobis *da voi.*	a se.

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI		
Nom.	hic	haec	hoc.	hi	hae	haec.
Gen.	hujus.			horum	harum	horum.
Dat.	huic.			his.		
Acc.	hunc	hanc	hoc.	hos	has	haec.
Abl.	ab hoc	hac	hoc.	ab his.		

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI		
Nom.	iste	ista	istud vel istuc.	isti	istae	ista.
Gen.	istius.			istorum	istarum	istorum.
Dat.	isti.			istis.		
Acc.	istum	istam	istud vel istuc.	istos	istas	ista.
Abl.	ab isto	ista	isto.	ab istis.		

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI		
Nom.	ille	illa	illud.	illi	illae	illa.
Gen.	illius.			illorum	illarum	illorum.
Dat.	illi.			illis.		
Acc.	illum	illam	illud.	illos	illas	illa.
Abl.	ab illo	illa	illo.	ab illis.		

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI		
Nom.	ipse	ipsa	ipsum.	ipsi	ipsae	ipsa.
Gen.	ipsius.			ipsorum	ipsarum	ipsorum.
Dat.	ipsi.			ipsis.		
Acc.	ipsum	ipsam	ipsum.	ipsos	ipsas	ipsa.
Abl.	ab ipso	ipsa	ipso.	ab ipsis.		

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI			
Nom.	is	ea	id.		ii	eae	ea.
Gen.	ejus.				eorum	earum	eorum.
Dat.	ei.				iis	vel	eis.
Acc.	eum	eam	id.		eos	eas	ea.
Abl.	ab eo	ea	eo.	ab	iis	vel	eis.

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI			
Nom.	idem	eadem	idem.		iidem	eaedem	eadem.
Gen.	ejusdem.				eorundem	earundem	eorundem.
Dat.	eidem.				eisdem vel	iisdem.	
Acc.	eundem	eandem	idem.		eosdem	easdem	eadem.
Abl.	ab eodem	eadem	eodem.	ab	eisdem vel	iisdem.	

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI			
Nom.	meus	mea	meum.		mei	meae	mea.
Gen.	mei	meae	mei.		meorum	mearum	meorum.
Dat.	meo	meae	meo.		meis.		
Acc.	meum	meam	meum.		meos	meas	mea.
Voc.	o mi	mea	meum.	o	mei	meae	mea.
Abl.	a meo	mea	meo.	a	meis.		

	NUMERO SINGULARI		NUMERO PLURALI		
Nom.	nostras.			nostrates	nostratia.
Gen.	nostratis.			nostratium.	
Dat.	nostrati.			nostratibus.	
Acc.	nostratem,	nostras.		nostrates	nostratia.
Voc.	o nostras.		o	nostrates	nostratia.
Abl.	a nostrate — ti.		a	nostratibus.	

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI			
Nom.	qui	quae	quod.		qui	quae	quae.
Gen.	cujus.				quorum	quarum	quorum.
Dat.	cui.				queis vel	quibus.	
Acc.	quem	quam	quod.		quos	quas	quae.
Voc.	—				—		
Abl.	a quo vel qui	qua vel qui	quo vel qui.	a	queis vel	quibus.	

	NUMERO SINGULARI			NUMERO PLURALI			
Nom.	quis vel qui	quae	quod vel quid.		qui	quae	quae.
Gen.	cujus.				quorum	quarum	quorum.
Dat.	cui.				queis vel	quibus.	
Acc.	quem	quam	quod vel quid.		quos	quas	quae.
Voc.	—				—		
Abl.	a quo vel qui	qua vel qui	quo vel qui.	a	queis vel	quibus.	

§. 31. Composita ex provocabulo *quis*, cum praecedit.

Quisnam *chi mai?* quaenam, quodnam vel quidnam, cujusnam, cuinam.

Quispiam *qualcheduno*, quaepiam quodpiam vel quidpiam vel quippiam, cujuspiam, cuipiam.

Quisquam *alcuno,* quaequam, quodquam vel quidquam, cujusquam, cuiquam.

Quisque *ciascuno*, quaeque, quodque vel quidque, cujusque, cuique.

Quisquis *chiunque,* quaequae, quidquid, cujuscujus, cuicui, quemquem quidquid, a quoquo. Pl. quiqui, quorumquorum, quibusquibus, quosquos, a quibusquibus.

§. 32. Composita ex provocabulo *quis*, cum sequitur.

Aliquis *alcuno,* aliqua, aliquod vel aliquid, alicujus, alicui.

Ecquis *e chi o e quale?* ecqua vel ecquae, ecquod vel ecquid, eccujus, eccui.

Nequis *acciocchè alcuno non*, nequa, nequod vel nequid, necujus, necui.

Siquis *se alcuno*, siqua vel siquae, siquod vel siquid, sicujus, sicui.

Numquis *se alcuno,* numqua, numquod vel numquid, numcujus, numcui.

Quicunque *qualunque*, quaecunque quodcunque, cujuscunque, cuicunque.
Quidam *un certo*, quaedam quoddam vel quiddam, cujusdam, cuidam.
Quilibet *qualsivoglia*, quaelibet quodlibet vel quidlibet, cujuslibet, cuilibet.
Quivis *chiunque*, quaevis quodvis vel quidvis, cujusvis, cuivis.

§. 34. Quaedam ex supradictis rursus componuntur.

Unusquisque *ciascuno*, unaquaeque unumquodque vel unumquidque, uniuscujusque, unicuique.

Ecquisnam *e chi mai?* ecquaenam ecquodnam vel ecquidnam.

§. 35. DE VERBO

I. Verbum est pars orationis, quae modos et tempora habet neque in casus declinatur.

II. Verbum duplex est personale et impersonale.

III. Personale est, quod omnes personas utriusque numeri habet, ut *amo amas amat*. Plur. *amamus amatis amant*.

IV. Impersonale est, quod prima et secunda persona utriusque numeri et tertia multitudinis fere privatur, unde et nomen traxit. Id duplex est, alterum activae vocis, ut *pudet*, *poenitet*; alterum passivae, ut *pugnatur*, *curritur*.

V. Verbum personale dividitur in quinque genera, activum, passivum, neutrum, commune, deponens.

VI. Activum est, quod litera *o* finitum passivum fit addita litera *r*, ut *amo amor*.

VII. Passivum est, quod syllaba *or* finitum activum fit *r* litera abjecta, ut *amor amo*.

VIII. Neutrum est, quod *m* vel *o* literis finitum ex se passivum personale non gignit, ut *sum*, *sto*, *servio*; neque enim dicitur *stor* aut *servior*. Sunt et quae in *i* desinunt, ut *odi*, *novi*, *coepi*, *memini*; quaeque in praeterito passivam habent vocem, ut *gaudeo*, *audeo*, *fido*, *fio*.

IX. Neutrorum Diomedi (1) tria sunt genera: quaedam actionem significant, ut *ambulo*, *curro*; quaedam passionem, ut *vapulo*, *veneo*, *fio*; quaedam nec actionem nec passionem, quae *supina* idest otiosa appellat, ut *sedeo*, *jaceo*.

X. Commune est, quod *or* syllaba tantum finitum activi simul ac passivi significationem habet, praesertim participium praeteriti temporis, quaeque ejus adminiculo supplentur, ut *experior*, *complector*, *expertus sum*, *complexus sum*; nam praesens et imperfectum et quae inde sunt tempora, fere actionem significant.

XI. Deponens est, quod *or* syllaba tantum finitum activi vel neutri significationem habet, ut *sequor*, *utor*, *morior*.

§. 36. DE VARIIS VERBORUM FORMIS

I. Inchoativum verbum est quod rem quidem inchoatam, sed ad finem perfectionemque tendentem significat, ut *calesco* idest *calidus fio*; *frigesco*, *frigidus*, *fio*.

II. *Inchoativa* tertiae conjugationis sunt omnia. Formantur fere a verbis neutris secundae conjugationis, addita ad secundam praesentis indicativi personam *co* syllaba, ut *friges frigesco*, *flores floresco*. Unum aut alterum ab

(1) Lib. 1, 327, Putsch.

activis *auges augesco*, *integras integrasco*. Ter. (1) *Hoc malum* INTEGRASCIT. Nonnulla a nominibus, ut *silvesco*, *lapidesco*, *sterilesco*, a *silva*, *lapide*, etc.

III. Perfectum est, quod rem perfectam absolutamque significat, ut *caleo*, *frigeo;* idest *calidus sum*, *frigidus sum*.

IV. Meditativum verbum est, quod assiduam alicujus rei meditationem significat, ut *esurio*, *coenaturio;* qui enim esurit ac coenaturit, nihil aliud nisi cibum coenamque meditatur.

V. *Meditativa* quartae conjugationis sunt omnia, et fiunt a posteriore supino addito *rio*, ut *coenatu coenaturio*, *partu parturio*.

VI. Frequentativum sive iterativum est, quod rei frequentationem iterationemque significat, ut *rogito*, *lectito*, *scriptito*.

VII. *Frequentativa* primae inflexionis sunt omnia, quae interdum mutant *atum* supini primae conjugationis in *ito*, ut *rogatum rogito*, *volatum volito:* interdum *um* tertiae vel in *ito*, ut *scriptum scriptito*, *actum actito:* vel in *o*, ut *cursum curso*, *raptum rapto:* vel ad tertiam personam singularem indicativi *o* addunt, ut *quaerit quaerito*, *nat nato*.

VIII. Diminutivum vel potius diminutum est, quod minus quam id, a quo ortum est, significat, ut *sorbillo* a *sorbeo*.

§. 37. DE VERBORUM CONJUGATIONE

I. Ut in declinandis nominibus necesse est cognitum habere genitivum singularem ad ceteros casus numeri utriusque rite flectendos; sic in verbis conjugandis praenoscendae sunt quaedam voces, ex quibus tamquam ex fonte ceterae voces dimanant.

II. Voces omnes verborum, quorum prima persona praesentis indicativi desinit in *o*, sive activa sint sive neutra, ducuntur vel ex praesenti infiniti, vel ex perfecto, vel ex supino.

III. Ex praesenti infiniti ducuntur omnia tempora, quae Varronem sequuti vocavimus *infecta*. Sic ex infinito *amare*, si auferas *are* (quae terminatio est infiniti) supererit verbi radix *am*, cui si adjungas *o*, *as*, *at*, *amus*, *atis*, *ant*, habebis indicativi praesens.

IV. Ex praeterito infiniti ducuntur tempora omnia, quae auctore eodem Varrone vocavimus *perfecta*. Sic ex infinito *amavisse* si auferas *isse* (quae terminatio est perfecti infiniti), supererit *amav*, cui si adjungas *i*, *isti*, *it*, *imus*, *istis*, *erunt* vel *ere*, habebis perfectum indicativi.

V. Ex supino activo oriuntur participium futurum activum, supinum passivum, participium perfectum passivi, deponentis et communis. Sic in supino *amatum* si vertas *um* in *urus*, habes participium futurum, nempe *amaturus:* si auferas *m*, habes supinum passivum, nempe *amatu*: cui si addas *s*, habes participium praeteritum, nempe *amatus*.

VI. Sunt multa verba, quae ab hac norma plus minusve deflectunt: atque in primis verbum substantivum, cujus tamen conjugatio ceteris praemittenda est, quod ejus cognitio omnino sit necessaria ad flectenda verba passiva, communia et deponentia.

(1) Andr. 4. 2. 5.

Sum, es, fui, esse, *Essere*

INDICATIVI TEMPUS

PRAESENS

S. Sum *sono*
es *sei*
est *è*
Pl. Sumus *siamo*
estis *siete*
sunt *sono*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S. Eram *era*
eras *eri*
erat *era*
Pl. eramus *eravamo*
eratis *eravate*
erant *erano*

FUTURUM INFECTUM

S. Ero *sarò*
eris *sarai*
erit *sorà*
Pl. erimus *saremo*
eritis *sarete*
erunt *saranno*

PRAETERITUM PERFECTUM

Fu-i *fui e sono stato*
fu-isti *fosti e sei stato*
fu-it *fu ed è stato*
fu-imus *fummo e siamo stati*
fu-istis *foste e siete stati*
fu-erunt (e), *furono e sono stati*

PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM

Fu-eram *era stato*
fu-eras *eri stato*
fu-erat *era stato*
fu-eramus *eravamo stati*
fu-eratis *eravate stati*
fu-erant *erano stati*

FUTURUM PERFECTUM

Fu-ero *sarò o sarò stato*
fu-eris *sarai o sarai stato*
fu-erit *sarà o sorà stato*
fu-erimus *saremo o saremo stati*
fu-eritis *sarete o sarete stati*
fu-erint *saranno o saronno stati*

CONJUNCTIVI TEMPUS

PRAESENS

S. Sim *sia*
sis *sia*
sit *sia*
Pl. simus *siamo*
sitis *siate*
sint *sieno*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S. Essem *fossi o sarei*
esses *fossi o saresti*
esset *fosse o sarebbe*
Pl. essemus *fossimo o saremmo*
essetis *foste o sareste*
essento *fossero o sarebbero*

PRAETERITUM PERFECTUM

Fu-erim *sia stato*
fu-eris *sia stato*
fu-erit *sia stato*
fu-erimus *siamo stati*
fu-eritis *siote stati*
fu-erint *sieno stati*

PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM

Fu-issem *fossi o sarei stato*
fu-isses *fossi o saresti stato*
fu-isset *fosse o sarebbe stato*
fu-issemus *fossimo o saremmo stati*
fu-issetis *foste o sareste stati*
fu-issent *fossero o sarebbero stati*

IMPERATIVI TEMPUS

PRAESENS VEL FUTURUM

S. Es, esto *sia*
esto *sia*
Pl.
este, estote *siate*
sunto *sieno*

PARTICIPIALIS MODI

PRAESENS SEU CONJUNCTUM

Esse *essere*

FUTURUM

Fore *dover essere, aver ad essere, esser per essere*

PRAETERITUM SIVE ANTERIUS

Fuisse *essere stato*

PARTICIPIUM FUTURUM

Futurus, a, um, *che è per essere, dee essere, ha ad essere*

TEMPORA INFINITI PRAEEUNTE ACCUSATIVO ITALICE REDDITA

PRAESENS SEU CONJUNCTUM

	POST PRAESENS VEL FUTURUM	POST PRAETERITUM
S.	Me esse, *che io sono o sia*	*che io era o fossi*
	Te esse, *che tu sei o sia*	*che tu eri o fossi*
	Illum esse, *che colui è o sia*	*che colui era o fosse*
Pl.	Nos esse, *che noi siamo*	*che noi eravamo o fossimo*
	Vos esse, *che voi siete o siate*	*che voi eravnte o foste*
	Illos esse, *che coloro sono o sieno*	*che coloro erano o fossero*

PRAETERITUM SIVE ANTERIUS

S.	Me fuisse, *che io fui, sono o sia stato*	*che io era o fossi stato*
	Te fuisse, *che tu fosti, sei o sia stato*	*che tu eri o fossi stato*
	Illum fuisse, *che colui fu, è o sia stato*	*che colui era o fosse stato*
Pl.	Nos fuisse, *che noi fummo, o siamo stati*	*che noi eravamo o fossimo stati*
	Vos fuisse, *che voi foste, siete o siate stati*	*che voi eravate o foste stati*
	Illos fuisse, *che coloro furono, sono o sirno stati*	*che coloro erano o fossero stati*

FUTURUM SEU CONSEQUENS

S. Me fore; vel futurum, sm, um esse; vel futurum, am, um fore; vel futurum, am, um,

Che io sarò; sono, sia o sarò per essere; debbo, debba o dovrò essere; ho, abbia o avrò ad essere

Che io sarei o sarei stato; sarei o sarei stato per essere; dovrei o avrei dovuto essere; avrei o avrei avuto ad essere

Te fore; vel futurum, am, um esse; vel futurum, am, um fore; vel futurum, sm, um,

Che tu sarai; sei, sia o sarai per essere; devi, debba o dovrai essere; hai, abbia o avrai ad essere

Che tu saresti o saresti stato; saresti o saresti stato per essere; dovresti o avresti dovuto essere; avresti o avresti avuto ad essere

Illum fore; vel futurum, am, um esse; vel futurum, am, um fore; vel futurum, am, um,

Che colui sarà; è, sia o sarà per essere; dee, debba o dovrà essere; ha, abbia o avrà ad essere

Che colui sarebbe o sarebbe stato; sarebbe o sarebbe stato per essere; dovrebbe o avrebbe dovuto essere; avrebbe o avrebbe avuto ad essere

Pl. Nos fore; vel futuros, as, a esse; vel futuros, as, a fore; vel futuros as, a,

Che noi saremo; siamo o saremo per essere; dobbiamo o dovremo essere; abbiamo o avremo ad essere

Che noi saremmo o saremmo stati; saremmo o saremmo stati per essere; dovremmo o avremmo dovuto essere; avremmo o avremmo avuto ad essere

Vos fore; vel futuros, as, a esse; vel futuros, as, a fore; vel futuros, as, a,

Che voi sarete; siete, siate o sarete per essere; dovete, dobbiate o dovrete essere; avete, abbiate o avrete ad essere

Che voi sareste o sareste stati; sareste o sareste stati per essere; dovreste o avreste dovuto essere; avreste o avreste avuto ad essere

Illos fore; vel futuros, as, a esse; vel futuros, as, a fore; vel futuros, as, a,

Che coloro saranno; sono, sieno o saranno per essere; debbono, debbano o dovranno essere; hanno, abbiano o avranno ad essere

Che coloro sarebbero o sarebbero stati; sarebbero o sarebbero stati per essere; dovrebbero o avrebbero dovuto essere; avrebbero o avrebbero avuto ad essere

PRAETERITUM CONDITIONALE, SEU FUTURUM PRAETERITO MIXTUM

POST TEMPUS QUODLIBET

S. Me futurum, am, um fuisse, *che io sarei stato; avrei dovuto essere o avuto ad essere*
Te futurum, am, um fuisse, *che tu saresti stato; avresti dovuto essere o avuto ad essere*
Illum futurum, am, um fuisse, *che colui sarebbe stato; avrebbe dovuto essere o avuto ad essere*
Pl. Nos futuros, as, a fuisse, *che noi saremmo stati; avremmo dovuto essere o avuto ad essere*
Vos futuros, as, a fuisse, *che voi sareste stati; avreste dovuto essere o avuto ad essere*
Illos futuros, as, a fuisse, *che coloro sarebbero stati; avrebbero dovuto essere o avuto ad essere*

*

Amo, amas, amavi, amatum, amare, *Amare.*

INDICATIVI MODI TEMPUS

PRAESENS

S. Am-o, *amo*
Am-as, *ami*
Am-at, *ama*
Pl. Am-amus, *amiamo*
Am-atis, *amate*
Am-ant, *amano*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S. Am-abam, *amava*
Am-abas, *amavi*
Am-abat, *amava*
Pl. Am-abamus, *amavamo*
Am-abatis, *amavate*
Am-abant, *amavano*

FUTURUM INPECTUM

S. Am-abo, *amerò*
Am-abis, *amerai*
Am-abit, *amerà*
Pl. Am-abimus, *ameremo*
Am-abitis, *amerete*
Am-abunt, *ameranno*

PRAETERITUM PERFECTUM

Am-avi, *amai, ho o ebbi amato*
Am-avisti, *amasti, hai o avesti amato*
Am-avit, *amò, ha o ebbe amato*
Am-avimus, *amammo, abbiamo o avemmo amato*
Am-avistis, *amaste, avete o aveste amato*
Am-averunt-re, *amarono, hanno o ebbero amato*

PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM

Am-averam, *aveva amato*
Am-averas, *avevi amato*
Am-averat, *aveva amato*
Am-averamus, *avevamo amato*
Am-averatis, *avevate amato*
Am-averant, *avevano amato*

FUTURUM PERFECTUM

Am-avero, *avrò amato o amerò*
Am-averis, *avrai amato o amerai*
Am-averit, *avrà amato o amerà*
Am-averimus, *avremo amato o ameremo*
Am-averitis, *avrete amato o amerete*
Am-averint, *avranno amato o ameranno*

CONJUNCTIVI MODI TEMPUS

PRAESENS

S. Am-em, *ami*
Am-es, *ami*
Am-et, *ami*
Pl. Am-emus, *amiamo*
Am-etis, *amiate*
Am-ent, *amino*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S. Am-arem, *amassi o amerei*
Am-ares, *amassi o ameresti*
Am-aret, *amasse o amerebbe*
Pl. Am-aremus, *amassimo o ameremmo*
Am-aretis, *amaste o amereste*
Am-arent, *amassero o amerebbero*

PRAETERITUM PERFECTUM

Am-averim, *abbia amato*
Am-averis, *abbia amato*
Am-averit, *abbia amato*
Am-averimus, *abbiamo amato*
Am-averitis, *abbiate amato*
Am-averint, *abbiano amato*

PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM

Am-avissem, *avessi o avrei amato*
Am-avisses, *avessi o avresti amato*
Am-avisset, *avesse o avrebbe amato*
Am-avissemus, *avessimo o avremmo amato*
Am-avissetis, *aveste o avreste amato*
Am-avissent, *avessero o avrebbero amato*

IMPERATIVI MODI TEMPUS

PRAESENS ET FUTURUM

S. Am-a, am-ato, *ama*
am-ato, *ami*
Pl. Am-ate, am-atote, *amate*
am-anto, *amino*

PARTICIPIALIS MODI

INFINITUM INPECTUM

Am-are, *amare*

INFINITUM PERFECTUM

Am-avisse, *aver amato*

GERUNDIA

Gen. Am-andi, *di amare*
Dat. Am-ando, *ad amare*
Acc. Am-andum (ad), *per amore*
Abl. Am-ando, *amando, con amare etc.*

PARTICIPIALE

Am-andum (est), (*è*) *da amare*

SUPINUM

Am-atum, *ad amare*

PARTICIPIUM PRAESENS

Am-ans, -antis, *amante, che ama, o amava etc.*

PARTICIPIUM FUTURUM

Am-aturus, a, um, *che è per amare, ha da amare, o dee amare*

TEMPORA INFINITI PRAEBENTE ACCUSATIVO ITALICE REDDITA

PRAESENS SEU CONJUNCTUM

POST PRAESENS VEL FUTURUM	POST PRAETERITUM
S. Me amare, *che io amo od ami*	*amava od amassi*
To amare, *che tu ami*	*amavi od amassi*
Illum amare, *che colui ama od ami*	*amava od amasse*
Pl. Nos amare, *che noi amiamo*	*amavamo od amassimo*
Vos amare, *che voi amate od amiate*	*amavate od amaste*
Illos amare, *che coloro amano od amino*	*amavano od amassero*

PRAETERITUM SIVE ANTERIUS

S. Me amavisse, *che io amai, ho od ebbi*	*aveva od avessi amato*
Te amavisse, *che tu amasti, hai od avesti*	*avevi od avessi amato*
Illum amavisse, *che colui amò, ha od ebbe*	*aveva od avesse amato*
Pl. Nos amavisse, *che noi amammo, abbiamo od avemmo*	*avevamo od avessimo amato*
Vos amavisse, *che voi amaste, avete od aveste*	*avevate od aveste amato*
Illos amavisse, *che coloro amarono, hanno od ebbero*	*avevano od avessero amato*

FUTURUM INFECTUM

S. Me amaturum, am, um esse; amaturum, am, um fore; amaturum, am, um,

Che io amerò; sono, sia o sarò per amare; debbo, debba o dovrò amare; ho, abbia o avrò ad amare	*Che io amerei o avrei amato; sarei o sarei stato per amare; dovrei o avrei dovuto amare; avrei o avrei avuto ad amare*

Te amaturum, am, um esse; amaturum, am, um fore; amaturum, am, um,

Che tu amerai; sei, sia o sarai per amare; devi, debba o dovrai amare; hai, abbia o avrai ad amare	*Che tu ameresti o avresti amato; saresti o saresti stato per amare; dovresti o avresti dovuto amare; avresti o avresti avuto ad amare*

Illum amaturum, am, um esse; amaturum, am, um fore; amaturum, am, um,

Che colui amerà; è, sia o sarà per amare; dee, debba, o dovrà amare; ha, abbia o avrà ad amare	*Che colui amerebbe o avrebbe amato; sarebbe o sarebbe stato per amare; dovrebbe o avrebbe dovuto amare; avrebbe o avrebbe avuto ad amare*

Pl. Nos amaturos, as, a esse; amaturos, as, a fore; amaturos, as, a,

Che noi ameremo; siamo o saremo per amare; dobbiamo o dovremo amare; abbiamo o avremo ad amare	*Che noi ameremmo o avremmo amato; saremmo o saremmo stati per amare; dovremmo o avremmo dovuto amare; avremmo o avremmo avuto ad amare*

Vos amaturos, as, a esse; amaturos, as, a fore; amaturos, as, a,

Che voi amerete; siete, siate o sarete per amare; dovete, dobbiate o dovrete amare; avete, abbiate, o avrete ad amare	*Che voi amereste o avreste amato; sareste o sareste stati per amare; dovreste o avreste dovuto amare; avreste o avreste avuto ad amare*

Illos amaturos, as, a esse; amaturos, as, a fore; amaturos, as, a,

Che coloro ameranno; sono, sieno o saranno per amare; debbono, debbano o dovranno amare; hanno, abbiano o avranno ad amare	*Che coloro amerebbero o avrebbero amato; sarebbero o sarebbero stati per amare; dovrebbero o avrebbero dovuto amare; avrebbero o avrebbero avuto ad amare*

FUTURUM INFECTUM POST TEMPUS PRAESENS VEL FUTURUM

S. Fore,	futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amem	*che io amerò*
Fore,	futurum esse,	futurum fore,	futurum ut ames	*che tu amerai*
Fore,	futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amet	*che colui amerà*
Pl. Fore,	futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amemus	*che noi ameremo*
Fore,	futurum esse,	futurum fore,	futurum ut ametis	*che voi amerete*
Fore,	futurum esse,	futurum fore,	futurum ut ament	*che coloro ameranno*

FUTURUM INFECTUM POST TEMPUS PRAETERITUM

S. Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amarem	*che io amerei*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amares	*che tu ameresti*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amaret	*che colui amerebbe*
Pl. Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amaremus	*che noi ameremmo*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amaretis	*che voi amereste*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amarent	*che coloro amerebbero*

FUTURUM PERFECTUM POST TEMPUS PRAESENS VEL FUTURUM

S. Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amaverim,	*che io avrò amato*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amaveris,	*che tu avrai amato*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amaverit,	*che colui avrà amato*
Pl. Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amaverimus,	*che noi avremo amato*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amaveritis,	*che voi avrete amato*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amaverint,	*che coloro avranno amato*

FUTURUM PERFECTUM POST VERBUM PRAETERITUM

S. Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amavissem,	*che io avrei amato*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amavisses,	*che tu avresti amato*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amavisset,	*che colui avrebbe amato*
Pl. Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amavissemus,	*che noi avremmo amato*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut amavissetis,	*che voi avreste amato*
Fore, futurum esse,	futurum fure,	futurum ut amavissent,	*che coloro avrebbero amato*

PRAETERITUM CONDITIONALE SIVE FUTURUM PRAETERITO MIXTUM

POST TEMPUS QUODLIBET

S. Me amaturum, am, um fuisse	*che io avrei amato*
Te amaturum, am, um fuisse	*che tu avresti amato*
Illum amaturum, am, um fuisse	*che colui avrebbe amato*
Pl. Nos amaturos, as, a fuisse	*che noi avremmo amato*
Vos amaturos, as, a fuisse	*che voi avreste amato*
Illos amaturos, as, a fuisse	*che coloro avrebbero amato*

II. Antequam ulterius progrediamur, operae pretium est quaedam admonere latinae linguae tironibus magno usui futura non modo ad verborum rectam flexionem, sed etiam ad germanam temporum significationem assequendam.

III. Ac primum quae voces verbi *amo* in paradigmate ad sinistram positae leguntur, omnes formantur a prima voce infiniti; quae ad dextram, a perfecto originem habent, si supinum excipias, ex quo oritur participium futurum. Hinc exigatur a pueris, ut verbum ducant a prima persona praesentis indicativi ad participium praesens; deinde a prima persona perfecti ad participium futurum. Id si fiat, conjugationes addiscent multo facilius, quam si eorum memoria obruatur tot illis praeceptis, quae de temporum formatione circumferuntur.

IV. Ubi hoc fuerint assequuti, jubeantur reddere tempora sibi mutuo respondentia, nimirum praesens et perfectum; tum praeteritum imperfectum et plus quam perfectum, et sic deinceps; ita enim veram temporum notitiam nullo negotio in ipso grammaticae limine comparabunt.

V. Tempora infiniti ideo enucleavimus, quod ibi potissimum laborent non modo tirones, verum etiam qui e ludo litterario excesserunt. Quare diligenter exerceantur, propositis exemplis sive italice sive latine, et assuescant advertere a quonam verbo pendeat infinitum; qua ratione fiet, ut ad syntaxim paullatim instituantur.

Moneo, mones, monui, monitum, monere, *Avvisare*

INDICATIVI MODI TEMPUS

PRAESENS

S. Mon-eo *avviso*
mon-es *avvisi*
mon-et *avvisa*
Pl. mon-emus *avvisiamo*
mon-etis *avvisate*
mon-ent *avvisano*

PRAETERITUM PERFECTUM

Mon-ui *avvisai, ho o ebbi avvisato*
mon-uisti *avvisasti, hai o avesti avvisato*
mon-uit *avvisò, ha o ebbe avvisato*
mon-uimus *avvisammo, abbiamo o avemmo avvisato*
mon-uistis *avvisaste, avete o aveste avvisato*
mon-uerunt (re) *avvisarono, hanno o ebbero avvisato*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S. Mon-ebam *avvisava*
mon-ebas *avvisavi*
mon-ebat *avvisava*
Pl. mon-ebamus *avvisavamo*
mon-ebatis *avvisavate*
mon-ebant *avvisavono*

PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM

Mon-ueram *aveva avvisato*
mon-ueras *avevi avvisato*
mon-uerat *aveva avvisato*
mon-ueramus *avevamo avvisato*
mon-ueratis *avevate avvisato*
mon-uerant *avevano avvisato*

FUTURUM INFECTUM

S. Mon-ebo *avviserò*
mon-ebis *avviserai*
mon-ebit *avviserà*
Pl. mon-ebimus *avviseremo*
mon-ebitis *avviserete*
mon-ebunt *avviseranno*

FUTURUM PERFECTUM

Mon-uero *avrò avvisato o avviserò*
mon-ueris *avrai avvisato o avviserai*
mon-uerit *avrà avvisato o avviserà*
mon-uerimus *avremo avvisato o avviseremo*
mon-ueritis *avrete avvisato o avviserete*
mon-uerint *avranno avvisato o avviseranno*

CONJUNCTIVI MODI TEMPUS

PRAESENS

S. Mon-eam *avvisi*
mon-eas *avvisi*
mon-eat *avvisi*
Pl. mon-eamus *avvisiamo*
mon-eatis *avvisiate*
mon-eant *avvisino*

PRAETERITUM PERFECTUM

Mon-uerim *abbia avvisato*
mon-ueris *abbia avvisato*
mon-uerit *abbia avvisato*
mon-uerimus *abbiamo avvisato*
mon-ueritis *abbiate avvisato*
mon-uerint *abbiano avvisato*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S. Mon-erem *avvisassi o avviserei*
mon-eres *avvisassi o avviseresti*
mon-eret *avvisasse o avviserebbe*
Pl. mon-eremus *avvisassimo o avviseremmo*
mon-eretis *avvisaste o avvisereste*
mon-erent *avvisassero o avviserebbero*

PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM

Mon-uissem *avessi o avrei avvisato*
mon-uisses *avessi o avresti avvisato*
mon-uisset *avesse o avrebbe avvisato*
mon-uissemus *avessimo o avremmo avvisato*
mon-uissetis *aveste o avreste avvisato*
mon-uissent *avessero o avrebbero avvisato*

IMPERATIVI MODI TEMPUS

PRAESENS VEL FUTURUM INFECTUM

S. Mon-e, mon-eto, *avvisa*
mon-eto, *avvisi*
Pl. mon-ete, mon-etote, *avvisate*
mon-ento *avvisino*

MODI PARTICIPIALIS

INFINITUM INFECTUM

mon-ere *avvisare*

INFINITUM PERFECTUM

monu-isse *aver avvisato*

GERUNDIA

gen. mon-endi *di avvisare*
dat. mon-endo *ad avvisare*
acc. mon-endum (ad) *per avvisare*
abl. mon-endo *avvisando, con avvisare, etc.*

PARTICIPIALE

mon-endum (est) (*è*) *da avvisare*

SUPINUM

monit-um *ad avvisare*

PARTICIPIUM PRAESENS

mon-ens, - entis *avvisante*
che avvisa, ed avvisava

PARTICIPIUM FUTURUM

monit-urus, a, um, *chi è per avvisare,*
ha da avvisare, o dee avvisare.

Lego, legis, legi, lectum, legere, *Leggere*

INDICATIVI MODI TEMPUS

PRAESENS

S. Leg-o, *leggo*
leg-is, *leggi*
leg-it, *legge*
Pl. leg-imus, *leggiamo*
leg-itis, *leggete*
leg-unt, *leggono*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S. Leg-ebam, *leggeva*
leg-ebas, *leggevi*
leg-ebat, *leggeva*
Pl. leg-ebamus, *leggevamo*
leg-ebatis, *leggevate*
leg-ebant, *leggevano*

FUTURUM INFECTUM

S. Leg-am, *leggerò*
leg-es, *leggerai*
leg-et, *leggerà*
Pl. leg-emus, *leggeremo*
leg-etis, *leggerete*
leg-ent, *leggeranno*

PRAETERITUM PERFECTUM

Leg-i, *lessi, ho o ebbi letto*
leg-isti, *leggesti, hai o avesti letto*
leg-it, *lesse, ha o ebbe letto*
leg-imus, *leggemmo, abbiamo o avemmo letto*
leg-istis, *leggeste, avete o aveste letto*
leg-erunt (e), *lessero, hanno o ebbero letto*

PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM

Leg-eram, *aveva letto*
leg-eras, *avevi letto*
leg-erat, *aveva letto*
leg-eramus, *avevamo letto*
leg-eratis, *avevate letto*
leg-erant, *avevano letto*

FUTURUM PERFECTUM

Leg-ero, *avrò letto o leggerò*
leg-eris, *avrai letto o leggerai*
leg-erit, *avrà letto o leggerà*
leg-erimus, *avremo letto o leggeremo*
leg-eritis, *avrete letto o leggerete*
leg-erint, *avranno letto o leggeranno*

CONJUNCTIVI MODI TEMPUS

PRAESENS

S. Leg-am, *legga*
leg-as, *legga*
leg-at, *legga*
Pl. leg-amus, *leggiamo*
leg-atis, *leggiate*
leg-ant, *leggano*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S. Leg-erem, *leggessi o leggerei*
leg-eres, *leggessi o leggeresti*
leg-eret, *leggesse o leggerebbe*
Pl. leg-eremus, *leggessimo o leggeremmo*
leg-eretis, *leggeste o leggereste*
leg-erent, *leggessero o leggerebbero*

PRAETERITUM PERFECTUM

Leg-erim, *abbia letto*
leg-eris, *abbia letto*
leg-erit, *abbia letto*
leg-erimus, *abbiamo letto*
leg-eritis, *abbiate letto*
leg-erint, *abbiano letto*

PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM

Leg-issem, *avessi o avrei letto*
leg-isses, *avessi o avresti letto*
leg-isset, *avesse o avrebbe letto*
leg-issemus, *avessimo o avremmo letto*
leg-issetis, *aveste o avreste letto*
leg-issent, *avessero o avrebbero letto*

IMPERATIVI MODI TEMPUS

PRAESENS VEL FUTURUM INFECTUM

S. Leg-e, leg-ito, *leggi*
leg-ito, *legga*
Pl. leg-ite, leg-itote, *leggete*
leg-unto, *leggano*

MODI PARTICIPIALIS

INFINITUM INFECTUM

Leg-ere, *leggere*

INFINITUM PERFECTUM

Leg-isse, *aver letto*

GERUNDIA

gen. leg-endi, *di leggere*
dat. leg-endo, *a leggere*
acc. leg-endum (ad), *per leggere*
abl. leg-endo *leggendo, in leggere*

PARTICIPIALE

Leg-endum (est), (è) *da leggere*

SUPINUM

Lect-um, *a leggere*

PARTICIPIUM PRAESENS

Leg-ens, - entis, *leggente, che legge o leggeva*

PARTICIPIUM FUTURUM

Lect-urus, a, um, *chi è per leggere, ha da leggere o dee leggere*

Audio, audis, audivi, auditum, audire, *Udire*

INDICATIVI MODI TEMPUS

PRAESENS

S. Aud-io, *sento*
aud-is, *senti*
aud-it, *sente*
Pl. aud-imus, *sentiamo*
aud-itis, *sentite*
aud-iunt, *sentono*

PRAETERITUM PERFECTUM

Aud-ivi, *sentii, ho o ebbi sentito*
aud-ivisti, *sentisti, hai o avesti sentito*
aud-ivit, *sentì, ha o ebbe sentito*
aud-ivimus, *sentimmo, abbiamo o avemmo sentito*
aud-ivistis, *sentiste, avete o aveste sentito*
aud-iverunt-re, *sentirono, hanno o ebbero sentito*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S. Aud-iebam, *sentivn*
aud-iebas, *sentivi*
aud-iebat, *sentiva*
Pl. aud-iebamus, *sentivamo*
aud-iebatis, *sentivate*
aud-iebant, *sentivano*

PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM

Aud-iveram, *aveva sentito*
aud-iveras, *avevi sentito*
aud-iverat, *aveva sentito*
aud-iveramus, *avevamo sentito*
aud-iveratis, *avevate sentito*
aud-iverant, *avevano sentito*

FUTURUM INFECTUM

S. Aud-iam, *sentirò*
aud-ies, *sentirai*
aud-iet, *sentirà*
Pl. aud-iemus, *sentiremo*
aud-ietis, *sentirete*
aud-ient, *sentiranno*

FUTURUM PERFECTUM

Aud-ivero, *avrò sentito o sentirà*
aud-iveris, *avrai sentito o sentirai*
aud-iverit, *avrà sentito o sentirà*
aud-iverimus, *avremo sentito o sentiremo*
aud-iveritis, *avrete sentito o sentirete*
aud-iverint, *avranno sentito o sentiranno*

CONJUNCTIVI MODI TEMPUS

PRAESENS

S. Aud-iam, *senta*
aud-ias, *senta*
aud-iat, *senta*
Pl. aud-iamus, *sentiamo*
aud-iatis, *sentiate*
aud-iant, *sentano*

PRAETERITUM PERFECTUM

Aud-iverim, *abbia sentito*
aud-iveris, *abbia sentito*
aud-iverit, *abbia sentito*
aud-iverimus, *abbiamo sentito*
aud-iveritis, *abbinte sentito*
aud-iverint, *abbiano sentito*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S. Aud-irem, *sentissi o sentirei*
aud-ires, *sentissi o sentiresti*
aud-iret, *sentisse o sentirebbe*
Pl. aud-iremus, *sentissimo o sentiremmo*
aud-iretis, *sentiste o sentireste*
aud-irent, *sentissero o sentirebbero*

PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM

Aud-ivissem, *avessi o avrei sentito*
aud-ivisses, *avessi o avresti sentito*
aud-ivisset, *avesse o avrebbe sentito*
aud-ivissemus, *avessimo o avremmo sentito*
aud-ivissetis, *aveste o avreste sentito*
aud-ivissent, *avessero o avrebbero sentito*

IMPERATIVI MODI TEMPUS

PRAESENS VEL FUTURUM INFECTUM

S. Aud-i, aud-ito, *sentn*
aud-ito, *sentn*
Pl. aud-ite, aud-itote, *sentite*
aud-iunto *sentnno*

MODI PARTICIPIALIS

INFINITUM INFECTUM

aud-ire, *sentire*

INFINITUM PERFECTUM

aud-ivisse, *aver sentito*

GERUNDIA

gen. aud-iendi, *di sentire*
dat. aud-iendo, *a sentire*
acc. aud-iendum (ad), *per sentire*
abl. aud-iendo, *sentendo, in sentire etc.*

PARTICIPIALE

aud-iendum (est), (è) *da sentire*

SUPINUM

Audit-um, *a sentire*

PARTICIPIUM PRAESENS

aud-iens, -ientis, *che sente o sentiva*

PARTICIPIUM FUTURUM

Audit-urus, a, um, *chi è per sentire, ha da sentire, o dee sentire*

Amor, amaris, amatus sum, amari, *Essere amato*

INDICATIVI TEMPUS

PRAESENS	PRAETERITUM PERFECTUM
S. Am-or *sono amato*	Am-atus, a, um, sum vel fui, *fui e sono stato amato*
Am-aris (re) *sei amato*	Am-atus, a, um, es vel fuisti, *fosti e sei stato amato*
Am-atur *è amato*	Am-atus, a, um, est vel fuit, *fu ed è stato amato*
Pl. Am-amur *siamo amati*	Am-ati, ae, a, sumus vel fuimus, *fummo e siamo stati amati*
Am-amini *siete amati*	Am-ati, ae, a, estis vel fuistis, *foste e siete stati amati*
Am-antur *sono amati*	Am-ati, ae, a, sunt vel fuerunt, *furono e sono stati amati*

PRAETERITUM IMPERFECTUM	PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM
S. Am-abar *era amato*	Am-atus, a, um, eram vel fueram, *era stato amato*
Am-abaris (re) *eri amato*	Am-atus, a, um, eras vel fueras, *eri stato amato*
Am-abatur *era amato*	Am-atus, a, um, erat vel fuerat, *era stato amato*
Pl. Am-abamur *eravamo amati*	Am-ati, ae, a, eramus vel fueramus, *eravamo stati amati*
Am-abamini *eravate amati*	Am-ati, ae, a, eratis vel fueratis, *eravate stati amati*
Am-abantur *erano amati*	Am-ati, ae, a, erant vel fuerant, *erano stati amati*

FUTURUM INFECTUM	FUTURUM PERFECTUM
S. Am-abor *sarò amato*	Am-atus, a, um, ero vel fuero, *sarò stato amato*
Am-aberis (re) *sarai amato*	Am-atus, a, um, eris vel fueris, *sarai stato amato*
Am-abitur *sarà amato*	Am-atus, a, um, erit vel fuerit, *sarà stato amato*
Pl. Am-abimur *saremo amati*	Am-ati, ae, a, erimus vel fuerimus, *saremo stati amati*
Am-abimini *sarete amati*	Am-ati, ae, a, eritis vel fueritis, *sarete stati amati*
Am-abuntur *saranno amati*	Am-ati, ae, a, erunt vel fuerint, *saranno stati amati*

CONJUNCTIVI MODI TEMPUS

PRAESENS	PRAETERITUM PERFECTUM
S. Am-er *sia amato*	Am-atus, a, um, sim vel fuerim, *sia stato amato*
Am-eris (re) *sia amato*	Am-atus, a, um, sis vel fueris, *sia stato amato*
Am-etur *sia amato*	Am-atus, a, um, sit vel fuerit, *sia stato amato*
Pl. Am-emur *siamo amati*	Am-ati, ae, a, simus vel fuerimus, *siamo stati amati*
Am-emini *siate amati*	Am-ati, ae, a, sitis vel fueritis, *siate stati amati*
Am-entur *sieno amati*	Am-ati, ae, a, sint vel fuerint, *sieno stati amati*

PRAETERITUM IMPERFECTUM	PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM
S. Am-arer *fossi o sarei amato*	Am-atus, a, um, essem vel fuissem, *fossi e sarei stato amato*
Am-areris (re) *fossi o saresti amato*	Am-atus, a, um, esses vel fuisses, *fossi e saresti stato amato*
Am-aretur *fosse o sarebbe amato*	Am-atus, a, um, esset vel fuisset, *fosse e sarebbe stato amato*
Pl. Am-aremur *fossimo o saremmo amati*	Am-ati, ae, a, essemus vel fuissemus, *fossimo e saremmo ecc.*
Am-aremini *foste o sareste amati*	Am-ati, ae, a, essetis vel fuissetis, *foste e sareste stati amati*
Am-arentur *fossero o sarebbero amati*	Am-ati, ae, a, essent vel fuissent, *fossero e sarebbero ecc.*

IMPERATIVI MODI

PRAESENS ET FUTURUM

S. Am-are, am-ator *sia amato*
am-ator *sia amato*

Pl. Am-amini (or) *siate amati*
am-antor *sieno amati*

MODI PARTICIPIALIS

INFINITUM INFECTUM	INFINITUM PERFECTUM
Am-ari *essere amato*	Amat-um, am, um, esse vel fuisse, *essere stato amato*

GERUNDIA

Gen. Am-andi *di essere amato*
Dat. Am-ando *ad essere amato*
Acc. Am-andum (ad) *per essere amato*
Abl. Am-ando *in o con essere amato*

SUPINUM

Amat-u *ad essere amato*

PARTICIPIUM FUTURUM	PARTICIPIUM PRAETERITUM
Am-andus, a, um, *da essere amato*	Am-atus, a, um, *amato, amata, amato*

TEMPORA INFINITI PRAEEUNTE ACCUSATIVO

PRAESENS SEU CONJUNCTUM

	POST PRAESENS VEL FUTURUM	POST PRAETERITUM
S.	Me amari, *che io sono o sia amato*	*che io era o fossi amato*
	Te amari, *che tu sei o sia amato*	*che tu eri o fossi amato*
	Illum amari, *che colui è o sia amato*	*che colui era o fosse amato*
Pl.	Nos amari, *che noi siamo amati*	*che noi eravamo o fossimo amati*
	Vos amari, *che voi siete o siate amati*	*che voi eravate o foste amati*
	Illos amari, *che coloro sono o sieno amati*	*che coloro erano o fossero amati*

PRAETERITUM SIVE ANTERIUS

S.	Me amatum, am, um, esse vel fuisse *che io fui, sono o sia stato*	*ero o fossi stato amato*
	Te amatum, am, um, esse vel fuisse *che tu fosti, sei o sia stato*	*eri o fossi stato amato*
	Illum amatum, am, um, esse vel fuisse *che colui fu, è o sia stato*	*era o fosse stato amato*
Pl.	Nos amatos, as, a, esse vel fuisse *che noi fummo, o siamo stati*	*eravamo o fossimo stati amati*
	Vos amatos, as, a, esse vel fuisse *che voi foste, siete o siate stati*	*eravate o foste stati amati*
	Illos amatos, as, a, esse vel fuisse *che coloro furono, sono o sieno stati*	*erano o fossero stati amati*

FUTURUM INFECTUM

CIRCUITIO PRIMA

S.	Me amatum iri *che io sarò amato*	*che io sarei amato*
	Te amatum iri *che tu sarai amato*	*che tu saresti amato*
	Illum amatum iri *che colui sarà amato*	*che colui sarebbe amato*
Pl.	Nos amatum iri *che noi saremo amati*	*che noi saremmo amati*
	Vos amatum iri *che voi sarete amati*	*che voi sareste amati*
	Illos amatum iri *che coloro saranno amati*	*che coloro sarebbero amati*

CIRCUITIONES ALIAE POST PRAESENS VEL FUTURUM

S.	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-er	*che io sarò amato*
	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-eris	*che tu sarai amato*
	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-etur	*che colui sarà amato*
Pl.	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-emur	*che noi saremo amati*
	Fore, futurum esse,	futurum fore	futurum ut am-emini	*che voi sarete amati*
	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-entur	*che coloro saranno amati*

CIRCUITIONES ALIAE POST PRAETERITUM

S.	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-arer	*che io sarei amato*
	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-areris	*che tu saresti amato*
	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-aretur	*che colui sarebbe amato*
Pl.	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-aremur	*che noi saremmo amati*
	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-aremini	*che voi sareste amati*
	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-arentur	*che coloro sarebbero amati*

FUTURUM PERFECTUM

	POST VERBUM PRAESENS VEL FUTURUM	POST VERBUM PRAETERITUM
S.	Me amatum, am, um fore *che io sarò stato amato*	*che io sarei stato amato*
	Te amatum, am, um fore *che tu sarai stato amato*	*che tu saresti stato amato*
	Illum amatum, am, um fore *che colui sarà stato amato*	*che colui sarebbe stato amato*
Pl.	Nos amatos, as, a fore *che noi saremo stati amati*	*che noi saremmo stati amati*
	Vos amatos, as, a fore *che voi sarete stati amati*	*che voi sareste stati amati*
	Illos amatos, as, a fore *che coloro saranno stati amati*	*che coloro sarebbero stati amati*

CIRCUITIONES ALIAE POST PRAESENS VEL FUTURUM

S.	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-atus sim	*che io sarò stato amato*
	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-atus sis	*che tu sarai stato amato*
	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-atus sit	*che colui sarà stato amato*
Pl.	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-ati simus	*che noi saremo stati amati*
	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-ati sitis	*che voi sarete stati amati*
	Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-ati sint	*che coloro saranno stati amati*

CIRCUITIONES ALIAE POST VERBUM PRAETERITUM

S. Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-atus essem	*che io sarei stato amato*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-atus esses	*che tu saresti stato amato*
Fore, futurum esse,	futorum fore,	futurum nt am-atus esset	*che colui sarebbe stato amato*
Pl. Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-ati essemus	*che noi saremmo stati amati*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-ati essetis	*che voi sareste stati amati*
Fore, futurum esse,	futurum fore,	futurum ut am-ati essent	*che coloro sarebbero stati amati*

PRAETERITUM CONDITIONALE SEU FUTURUM PRAETERITO MIXTUM

POST TEMPUS QUODLIBET

S. Futurum fuisse ut am-arer *che io sarei stato amato*
Futurum lnisse ut am-areris *che tu saresti stato amato*
Futurum fuisse ut am-aretnr *che colui sarebbe stato amato*
Pl. Futurum fuisse ut am-aremur *che noi saremmo stati amati*
Futurum fuisse ut am-aremini *che voi sareste stati amati*
Futurum luisse nt am-arentur *che coloro sarebbera stati amati*

§. 44. CONJUGATIO SECUNDA VERBI PASSIVI

Moneor, moneris, monitus sum, moneri, *Essere avvisato*

INDICATIVI MODI TEMPUS

PRAESENS

S. Mon-eor	*sono avvisato*
mon-eris (re)	*sei avvisato*
mon-etur	*è avvisato*
Pl. Mon-emur	*siamo avvisati*
mon-emini	*siete avvisati*
mon-entur	*sono avvisati*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S. Mon-ebar	*era avvisato*
mon-ebaris (re)	*eri avvisato*
mon-ebatur	*era avvisato*
Pl. Mon-ebamur	*eravama avvisati*
mon-ebamini	*eravate avvisati*
mon-ebantur	*erono avvisati*

FUTURUM INFECTUM

S. Mon-ebor	*sarò avvisato*
mon-eberis (re)	*sarai avvisato*
mon-ebitur	*sarà avvisato*
Pl. Mon-ebimur	*saremo avvisati*
mon-ebimini	*sarete avvisati*
mon-ebuntur	*saronno avvisati*

CONJUNCTIVI MODI TEMPUS

PRAESENS

Mon-ear	*sia avvisato*
mon-earis (re)	*sia avvisato*
mon-eatur	*sia avvisato*
Mon-eamur	*siamo avvisati*
mon-eamini	*siate avvisati*
mon-eantur	*sieno avvisati*

PRAETERITUM IMPERFECTUM

Mon-erer	*fossi o sarei avvisato*
mon-ereris (re)	*fossi o saresti avvisato*
mon-eretur	*fosse o sarebbe avvisato*
Mon-eremur	*fossimo o saremmo avvisati*
mon-eremini	*foste o sareste avvisati*
mon-erentur	*fossera a sarebbero avvisati*

IMPERATIVI MODI TEMPUS

PRAESENS ET FUTURUM

S. Mon-ere,	mon-etor	*sia avvisato*
	mon-etor	*sia avvisato*
Pl. Mon-emini (or)		*siate avvisati*
	mon-entor	*sieno avvisati*

MODI PARTICIPIALIS

INFINITUM INFECTUM

Mon-eri	*essere avvisato*

OBBUNDIA

Gen. Mon-endi	*di essere avvisato*
Dat. Mon-endo	*ad essere avvisato*
Acc. Mon-endum (ad)	*per essere avvisato*
Abl. Mon-endo	*in o con essere avvisato*

PARTICIPIUM FUTURUM

Mon-endus, a, um,	*da essere avvisato*

PARTICIPIUM PRAETERITUM

Monit-us, a, um,	*avvisato*

SUPINUM

Monit-u	*ad essere avvisato*

Legor, legeris, lectus sum, legi, *Essere letto.*

INDICATIVI MODI TEMPUS		*CONJUNCTIVI MODI TEMPUS*	
	PRAESENS		PRAESENS
S. Leg-or	*sono letto*	Leg-ar	*sia letto*
leg-eris (re)	*sei letto*	leg-aris (re)	*sia letto*
leg-itur	*è letto*	leg-atur	*sia letto*
Pl. Leg-imur	*siamo letti*	Leg-amur	*siamo letti*
leg-imini	*siete letti*	leg-amini	*siate letti*
leg-untur	*sono letti*	leg-antur	*sieno letti*
	PRAETERITUM IMPERFECTUM		PRAETERITUM IMPERFECTUM
S. Leg-ebar	*era letto*	Leg-erer	*fossi o sarei letto*
leg-ebaris (re)	*eri letto*	leg-ereris (re)	*fossi o saresti letto*
leg-ebatur	*era letto*	leg-eretur	*fosse o sarebbe letto*
Pl. Leg-ebamur	*eravamo letti*	Leg-eremur	*fossimo o saremmo letti*
leg-ebamini	*eravate letti*	leg-eremini	*foste o sareste letti*
leg-ebantur	*erano letti*	leg-erentur	*fossero o sarebbero letti*

IMPERATIVI MODI TEMPUS

FUTURUM INFECTUM		PRAESENS ET FUTURUM		
S. Leg-ar	*sarò letto*	*S.* Leg-ere,	leg-itor	*sia letto*
leg-eris (re)	*sarai letto*		leg-itor	*sia letto*
leg-etur	*sarà letto*			
Pl. Leg-emur	*saremo letti*	*Pl.* Leg-imini (or)		*siate letti*
leg-emini	*sarete letti*		leg-untor	*sieno letti*
leg-entur	*saranno letti*			

MODI PARTICIPIALIS

INFINITUM INFECTUM		PARTICIPIUM FUTURUM	
Leg-i	*esser letto*	Leg-endus, a, um,	*da essere letto*
	GERUNDIA		PARTICIPIUM PRAETERITUM
Gen. Leg-endi	*di esser letto*	Lect-us, a, um,	*letto*
Dat. leg-endo	*ad esser letto*		SUPINUM
Acc. leg-endum (ad)	*per esser letto*	Lect-u	*ad esser letto*
Abl. leg-endo	*in o con esser letto*		

§. 46. CONJUGATIO QUARTA VERBI PASSIVI

Audior, audiris, auditus sum, audiri, *Essere sentito*

INDICATIVI MODI TEMPUS		*CONJUNCTIVI MODI TEMPUS*	
	PRAESENS		PRAESENS
S. Aud-ior	*sono sentito*	Aud-iar	*sia sentito*
aud-iris (re)	*sei sentito*	aud-iaris (re)	*sia sentito*
aud-itur	*è sentito*	aud-iatur	*sia sentito*
Pl. Aud-imur	*siamo sentiti*	Aud-iamur	*siamo sentiti*
aud-imini	*siete sentiti*	aud-iamini	*siate sentiti*
aud-iuntur	*sono sentiti*	aud-iantur	*sieno sentiti*
	PRAETERITUM IMPERFECTUM		PRAETERITUM IMPERFECTUM
S. Aud-iebar	*era sentito*	Aud-irer	*fossi o sarei sentito*
aud-iebaris (re)	*eri sentito*	aud-ireris (re)	*fossi o saresti sentito*
aud-iebatur	*era sentito*	aud-iretur	*fosse o sorebbe sentito*
Pl. Aud-iebamur	*eravamo sentiti*	Aud-iremur	*fossimo o saremmo sentiti*
aud-iebamini	*eravate sentiti*	aud-iremini	*foste o sareste sentiti*
aud-iebantur	*erano sentiti*	aud-irentur	*fossero o sorebbero sentiti*

IMPERATIVI MODI TEMPUS

FUTURUM INFECTUM		PRAESENS ET FUTURUM		
S. Aud-iar	sarò sentito			
aud-ieris (re)	sarai sentito	S. Aud-ire	aud-itor	sia sentito
aud-ietur	sarà sentito		aud-itor	sia sentito
Pl. Aud-iemur	saremo sentiti			
aud-iemini	sarete sentiti	Pl. Aud-imini (or)		siate sentiti
aud-ientur	saranno sentiti		aud-iuntor	sieno sentiti

MODI PARTICIPIALIS

INFINITUM INFECTUM		PARTICIPIUM FUTURUM	
Aud-iri	essere sentito	Aud-iendus, a, um,	da essere sentito
GERUNDIA		PARTICIPIUM PRAETERITUM	
Gen. Aud-iendi	di essere sentito	Audit-us, a, um,	sentito
Dat. aud-iendu	ad essere sentito	RUPINUM	
Acc. aud-iendum (ad)	per essere sentito	Audit-u,	ad essere sentito
Abl. aud-iendo	in o con essere sentito		

§. 47. CONJUGATIO VERBI DEPONENTIS

Utor, uteris, usus sum, uti, *Usare*

INDICATIVI TEMPUS

PRAESENS	PRAETERITUM PERFECTUM
S. Ut-or *uso*	Us-us, a, um, sum vel fui, *usai ed ho usato*
Ut-eris (re) *usi*	Us-us, a, um, es vel fuisti, *usasti ed hai usato*
Ut-itur *usa*	Us-us, a, um, est vel fuit, *usò ed ha usato*
Pl. Ut-imur *usiamo*	Us-i, ae, a, sumus vel fuimus, *usammo ed abbiamo usato*
Ut-imini *usate*	Us-i, ae, a, estis vel fuistis, *usaste ed avete usato*
Ut-untur *usano*	Us-i ae, a, sunt vel fuerunt, *usarono ed hanno usato*
PRAETERITUM IMPERFECTUM	**PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM**
S. Ut-ebar *usava*	Us-us, a, um, eram vel fueram, *aveva usato*
Ut-ebaris (re) *usavi*	Us-us, a, um, eras vel fueras, *avevi usato*
Ut-ebatur *usava*	Us-us, a, um, erat vel fuerat, *aveva usato*
Pl. Ut-ebamur *usavamo*	Us-i, ae, a, eramus vel fueramus, *avevamo usato*
Ut-ebamini *usavate*	Us-i, ae, a, eratis vel fueratis, *avevate usato*
Ut-ebantur *usavano*	Us-i, ae, a, erant vel fuerant, *avevano usato*
FUTURUM INFECTUM	**FUTURUM PERFECTUM**
S. Ut-ar *userò*	Us-us, a, um, ero vel fuero, *avrò usato*
Ut-eris (re) *userai*	Us-us, a, um, eris vel fueris, *avrai usato*
Ut-etur *userà*	Us-us, a, um, erit vel fuerit, *avrà usato*
Pl. Ut-emur *useremo*	Us-i, ae, a, erimus vel fuerimus, *avremo usato*
Ut-emini *userete*	Us-i, ae, a, eritis vel fueritis, *avrete usato*
Ut-entur *useranno*	Us-i, ae, a, erunt vel fuerint, *avranno usato*

CONJUNCTIVI MODI TEMPUS

PRAESENS	PRAETERITUM PERFECTUM
S. Ut-ar *usi*	Us-us, a, um, sim vel fuerim, *abbia usato*
Ut-aris (re) *usi*	Us-us, a, um, sis vel fueris, *abbia usato*
Ut-atur *usi*	Us-us, a, um, sit vel fuerit, *abbia usato*
Pl. Ut-amur *usiamo*	Us-i, ae, a, simus vel fuerimus, *abbiamo usato*
Ut-amini *usiate*	Us-i, ae, a, sitis vel fueritis, *abbiate usato*
Ut-antur *usino*	Us-i, ae, a, sint vel fuerint, *abbiano usato*

PRAETERITUM IMPERFECTUM	PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM
S. Ut-erer *usassi o userei*	Us-us a, um, essem vel fuissem, *avessi ed avrei usato*
Ut-ereris (re) *usassi o useresti*	Us-us, a, um, esses vel fuisses, *avessi ed avresti usato*
Ut-eretur *usasse o userebbe*	Us-us, a, um, esset vel fuisset, *avesse ed avrebbe usato*
Pl. Ut-eremur *usassimo o useremmo*	Us-i, ae, a, essemus vel fuissemus, *avessimo ed avremmo usato*
Ut-eremini *usaste o usereste*	Us-i, ae, a, essetis vel fuissetis, *aveste ed avreste usato*
Ut-erentur *usassero o userebbero*	Us-i, ae, a, essent vel fuissent, *avessero ed avrebbero usato*

IMPERATIVI MODI

PRAESENS ET FUTURUM

S. Ut-ere, ut-itor *usa*
ut-itor *usi*

Pl. Ut-imini (or) *usate*
ut-untor *usino*

MODI PARTICIPIALIS

INFINITUM INFECTUM	INFINITUM PERFECTUM
Ut-i *usare*	Us-um, am, um, esse vel fuisse *aver usato*

GERUNDIA

Gen. Ut-endi *di usare*
Dat. Ut-endo *ad usare*
Acc. Ut-endum (ad) *per usare*
Abl. Ut-endo *in o con usare*

SUPINUM

Us-um *ad usare*

PARTICIPIUM

PRAESENS	PRAETERITUM
Ut-ens, entis *che usa od usava*	Us-us, a, um, *che usò, ha, o aveva usato*
FUTURUM	FUTURUM
Ut-endus, a, um, *da essere usato*	Us-urus, a, um, *che è per usare o dee usare*

TEMPORA INFINITI PRAEEUNTE ACCUSATIVO

PRAESENS SEU CONJUNCTUM

POST PRAESENS VEL FUTURUM	POST PRAETERITUM
S. Me ut-i etc. *che io uso, o usi*	*usava, od usassi*

PRAETERITUM SIVE ANTERIUS

S. Me us-um, am, um esse vel fuisse, *che io usai, ho, ebbi, abbia usato, aveva od avessi usato*

FUTURUM INFECTUM

Me usurum, am, um esse; usurum, am, um fore; ususurum, am, um,
Che io userò; sono, sia per usare; etc. che io userei, o avrei usato; etc.

CIRCUITIONES POST PRAESENS VEL FUTURUM

S. Fore, futurum esse, futurum fore, futurum ut ut-ar etc. *che io userò*

CIRCUITIONES ALIAE POST PRAETERITUM

S. Fore, futurum esse, futurum fore, futurum ut ut-erer etc. *che io userei*

FUTURUM PERFECTUM

CIRCUITIONES POST PRAESENS VEL FUTURUM

S. Fore, futurum esse, futurum fore, futurum ut us-us sim etc. *che io avrò usato*

CIRCUITIONES ALIAE POST PRAETERITUM

S. Fore, futurum esse, futurum fore, futurum ut us-us essem etc. *che io avrei usato*

PRAETERITUM CONDITIONALE SEU FUTURUM PRAETERITO MIXTUM

S. Me usurum, am, um fuisse, vel futurum fuisse ut ut-erer etc. *che io avrei usato*

Dimetior, iris, dimensus sum, dimetiri, *Misurare*

Quandoquidem verbum commune in temporibus infectis significatione non differt a verbis deponentibus, supervacuum est eorum flexionem adscribere; temporum vero perfectorum satis erit primam personam exhibere.

INDICATIVI TEMPUS

PRAETERITUM PERFECTUM

S. Dimensus, a, um, sum vel fui, *misurai ed ho misurato*, vel *fui e sono stato misurato.*

PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM

S. Dimensus, a, um, eram vel fueram, *aveva misurato*, vel *era stato misurato.*

FUTURUM PERFECTUM

S. Dimensus, a, um, ero vel fuero, *avrò misurato*, vel *sarò stato misurato.*

CONJUNCTIVI TEMPUS

PRAETERITUM PERFECTUM

S. Dimensus, a, um, sim vel fuerim, *abbia misurato*, vel *sia stata misurato.*

PRAETERITUM PLUSQUAM PERFECTUM

S. Dimensus, a, um, essem vel fuissem, *avessi ed avrei misurato*, vel *fossi stato o sarei stato misurato.*

PARTICIPIALIS MODI

INFINITUM PERFECTUM

S. Dimensum, am, um, esse vel fuisse, *aver misurato ed essere stato misurato;* vel *che io misurai, ho, ebbi, aveva, abbia, avessi misurato:* vel *che io fui, sono stato, era stato, fossi stato misurato.*

FUTURUM PERFECTUM

S. Dimensum, am, um fore, *che io avrò od avrei misurato*, vel *che io sarò stato o sarei stato misurato.*

CIRCUITIONES POST PRAESENS VEL FUTURUM

S. Fore, futurum esse, futurum fore, futurum ut dimensus sim vel fuerim, *che io avrò misurato o sarò stato misurato.*

CIRCUITIONES ALIAE POST PRAETERITUM

S. Fore, futurum esse, futurum fore, futurum ut dimensus essem vel fuissem, *che io avrei misurato o sarei stato misurato.*

SUPINUM

Dimensu, *a misurarsi, o ad essere misurato.*

PARTICIPIUM PERFECTUM

Dimensus, a, um, *chi misurò, ha, od aveva misurato*, vel *chi fu, è stato, o era stato misurato.*

PARTICIPIUM FUTURUM

Dimetiendus, a, um, *che è da misurare, o essere misurato.*

§. 49. DE SYNCOPE IN TEMPORIBUS PERFECTIS

I. Praeterita modorum omnium in media voce *syncopen*, hoc est concisionem, admittunt, expunctis *vi*, *ve* syllabis vel *v* litera. Praeteritum enim perfectum in *avi* primae coniugationis vel in *ivi* tertiae aut quartae e secundis personis utriusque numeri *vi* syllabam e media voce interdum elidit, *amavisti*, *petivisti*, *audivisti* et per syncopen *amasti*, *petisti*, *audisti*, et numero multitudinis *amastis*, *petistis*, *audistis.* In aliis modis similiter *amasses, petisses, audisses.* Imo in his modis primae quoque et tertiae personae praesertim conjugationis primae, ut *amassem*, *amasset.* Quo etiam spectant CONSUESSENT Cic. (1), COMMOSSE Idem (2), COMMOSSET Idem (3), DECRESSET Idem (4), COGNOSTIS Idem (5), pro *consuevissent*, *commovisse*, *commovisset*, *decrevisset*, *cognovistis:* sic *nostis*, *nossent* pro *novistis*, *novissent* et similia.

(1) Fam. 6, 8. (2) Fam. 7, 18. (3) Verr. act. 2, 3, 18. (4) Verr. act. 2, 3, 3. (5) Verr. act. 2, 5, 34.

II. At vero e tertia plurali perfecti primae conjugationis et e plusquam perfecto et futuro perfecto indicativi ac perfecto conjunctivi *ve* syllaba e media voce interdum exeritur, ut *amaverunt amarunt, amaveram amaram, amaverat amarat, amaverim amarim, amaveris amaris, amaverint amarint*; quo spectant haec, COGNORIM Cic. (1), DECRERAT Cael. (2), CONSUERUNT Cic. (3), IGNORIT Caecin. (4), pro *cognoverim*, *decreverat*, *consueverunt*, *ignoverit* et similia.

III. Denique tertiae quartaeque conjugationis prima praesertim tertiaque persona a praeteritis in *ivi* literam *v* interdum abjiciunt, *petivi petii, petivit petiit*, *petivimus petiimus, petiverunt petierunt.* Sic etiam *audivit audiit*, *audiverunt audierunt.* Et in aliis modis *petiissem*, *audiissem* et interdum *petissem*, *audissem.* Quando autem his vel illis integris imminutisve vocibus sit utendum, usus optimus magister adhibendus erit. Cic. (5) *Quid? quod sic loqui,* NOSSE, JUDICASSE *vetant,* NOVISSE *jubent et* JUDICAVISSE? *quasi vero nesciamus, in hoc genere et plenum verbum recte dici et imminutum usitate.*

IV. Priscianus (6) monet verba, quae in themate *v* habent literam, non imminui in praeterito, ut *lavo*, *lavi*, *lavisti* non *lasti; faveo*, *favi*, *favisti* non *fasti; moveo*, *movi*, *movisti* non *mosti* et similia. Quanquam horum aliquibus utuntur concisis non solum poëtae, sed interdum etiam oratores, ut *commosset*, *commorit* pro *commovisset*, *commoverit.*

§. 50. DE DUPLICI QUARUMDAM PERSONARUM TERMINATIONE

I. Secunda persona singularis temporum infectorum indicativi et conjunctivi in verbis passivis, communibus et deponentibus desinit vel in *is* vel in *e*, *amaris* vel *amare*, et sic de aliis. Verumtamen terminatione in *e*, praesertim in verbis passivis, vix utuntur qui soluta oratione scripserunt, ac Cicero in primis.

II. Duplicem pariter habet terminationem tertia pluralis perfecti indicativi verborum in *o; amaverunt* vel *amavere, monuerunt* vel *monuere*, atque ita porro. Terminationem in *e* quidam dualis numeri esse crediderunt, eaque utendum cum de duobus tantum est sermo, quos Quintilianus (7) pluribus confutat exemplis, ut Virg. (8) CONTICUERE *omnes;* Liv. (9) TENUERE *tamen arcem Sabini;* Cic. (10) *Quo in numero e vobis complures* FUERE. Hae igitur imminutae voces ab integris significatione non discrepant, easque Quint. (11) existimat mollitas esse vitandae asperitatis gratia. Cic. (12) *Nec vero reprehenderim* - SCRIPSERE *alii rem; et* SCRIPSERUNT *esse verius sentio.*

§. 51. VERBA TERTIAE FINITA IN *IO*

Quaedam verba conjugationis tertiae adsciscunt *i* ante terminationem ut *capio, cupio, facio, fodio, fugio, gradior, jacio, lacio, morior, pario, quatio*, *rapio*, *sapio*, eorumque composita, quae ad hanc normam flectuntur.

(1) Fam. 6, 9. (2) Ap. Cic. Fam. 8, 11. (3) Verr. act. 2, 4, 21. extr. (4) Ap. Cic. Fam. 6, 7. (5) Orat. 47. (6) Lib. 10, 885. Putsch. (7) Inst. Or. 1, 5. (8) A n. 2, 1. (9) Hist. 1, 12. (10) Verr. act. 2, 1, 6. (11) Loc. cit. (12) Orat. 47.

MODI INDICATIVI

PRAESENS

S.	Cap-io, cap-is, cap-it.	Cap-ior, cap-eris *(re)*, cap-itur.
Pl.	Cap-imus, cap-itis, cap-iunt.	Cap-imur, cap-imini, cap-iuntur.

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S.	Cap-iebam, cap-iebas, cap-iebat.	Cap-iebar, cap-iebaris (re), cap-iebatur.
Pl.	Cap-iebamus, cap-iebatis, cap-iebant.	Cap-iebamur, cap-iebamini, cap-iebantur.

FUTURUM INFECTUM

S.	Cap-iam, cap-ies, cap-iet.	Cap-iar, cap-ieris (re), cap-ietur.
Pl.	Cap-iemus, cap-ietis, cap-ient.	Cap-iemur, cap-iemini, cap-ientur.

CONJUNCTIVI MODI

PRAESENS

S.	Cap-iam, cap-ias, cap-iat.	Cap-iar, cap-iaris (re), cap-iatur.
Pl.	Cap-iamus, cap-iatis, cap-iant.	Cap-iamur, cap-iamini, cap-iantur.

PRAETERITUM IMPERFECTUM

S.	Cap-erem, cap-eres, cap-eret.	Cap-erer, cap-ereris (re), cap-eretur.
Pl.	Cap-eremus, cap-eretis, cap-erent.	Cap-eremur, cap-eremini, cap-erentur.

IMPERATIVI MODI

PRAESENS

S.	Cap-e, cap-ito, cap-ito.	Cap-ere, cap-itor.
Pl.	Cap-ite, cap-itote, cap-iunto.	Cap-imini, cap-iminor, cap-iuntor.

PARTICIPIALIS MODI

INFINITUM INFECTUM

Cap-ere.	Cap-i.

GERUNDIA

Gen.	Cap-iendi.	Cap-iendi.
Dat.	Cap-iendo.	Cap-iendo.
Acc.	Cap-iendum (ad).	Cap-iendum (ad).
Abl.	Cap-iendo.	Cap-iendo.

PARTICIPIUM

PRAESENS	FUTURUM
Cap-iens, cap-ientis.	Cap-iendus, cap-ienda, cap-iendum.

§. 52. DE VERBIS ANOMALIS

I. Anomala verba dicuntur, quae aliqua ratione a recta norma quatuor conjugationum aberrant, quae et inaequalia et dissimilia et irregularia ab aliis dicuntur: praecipua sunt *sum*, *fero*, *volo vis*, *fio*, *eo*, *queo*, *edo es est* et eorum composita.

§. 53. COMPOSITA VERBI *SUM*

I. Composita *absum*, *adsum*, *desum*, *intersum*, *obsum*, *praesum*, *subsum*, *supersum*, simplicis *sum* normam sequuntur praepositis *ab*, *ad*, *inter*, *ob*, *prae*, *sub*, *super;* ut *absum*, *abes*, *abfui*, *abero*: *desum*, *dees*, *defui*, *deero*: sic alia.

II. Eodem modo *insum* et *prosum*: verum ab *insum* praeteritum *infui* ac derivata vix sunt in usu. Plaut. (1) *Age, loquere tu, quid ibi* INFUERIT. *Prosum* vero cum simplex ab *e* incipit, literam *d* interjicit, ut *prodes*, *prodero*, etc.

(1) Cistell. 4, 2, 68.

III. Duo tantum composita *praesum* et *absum* participium habent *praesens* et *absens:* nam *potens* rectius nomen dixeris, quam participium a *possum.*

IV. *Possum* a *potis* et *sum* syllabam *is* a fine semper abjicit: *t* litera retinetur, si *e* sit prima simplicis litera, ut *potes*, *potest*, *poteram*, *potero*, pro *potis es*, *potis eram*, etc. Eadem ratione *potessem* et *potesse* prisci dicebant; nunc vero *possem* et *posse*, *es* syllaba simplicis expuncta, et *t* litera in *s* versa. Quae duae literae eadem ratione permutantur inter se, quoties *s* est prima litera simplicis, ut *possum*, *possim*, non autem *potsum*, *potsim*. Si simplex a litera *f* incipiat, litera *f* deperit, ut *potui* non *potfui*, *potueram* non *potfueram*, *potuero* non *potfuero*. Verum praestat ipsum verbum exhibere, ne tot observationes puerulis negotium facessant.

§. 54. POSSUM, POTES, POTUI, POSSE, *Potere*

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praesens.	*S.* Possum, potes, potest.	*Pl.* possumus, potestis, possunt.
Praet. imp.	*S.* Poteram, poteras, poterat.	*Pl.* poteramus, poteratis, poterant.
Fut. inf.	*S.* Potero, poteris, poterit.	*Pl.* poterimus, poteritis, poterunt.
Praet. perf.	*S.* Potui, potuisti, potuit.	*Pl.* potuimus, potuistis, potuerunt, vel potuere.
Pl. q. perf.	*S.* Potueram, potueras, potuerat.	*Pl.* potueramus, potueratis, potuerant.
Fut. perf.	*S.* Potuero, potueris, potuerit.	*Pl.* potuerimus, potueritis, potuerint.

CONJUNCTIVI MODI

Praesens.	*S.* Possim, possis, possit.	*Pl.* possimus, possitis, possint.
Praet. imp.	*S.* Possem, posses, posset.	*Pl.* possemus, possetis, possent.
Praet. perf.	*S.* Potuerim, potueris, potuerit.	*Pl.* potuerimus, potueritis, potuerint.
Pl. q. perf.	*S.* Potuissem, potuisses, potuisset.	*Pl.* potuissemus, potuissetis, potuissent.

PARTICIPIALIS MODI

Infin. praes.	Posse. etc.
Infin. praet.	Potuisse. etc.

§. 55. FERO EJUSQUE COMPOSITA

I. Verbi *Fero* praeteritum perfectum et ulterius (idest plusquam perfectum) non invenitur: sic Quintilianus (1); *tuli* enim et *tuleram* sunt a *tollo*, cujus antiquum praeteritum *tetuli*, nunc *sustuli*, aut a *tulo*, ut putat Priscianus. (2).

II. Ejus verbi composita *antefero*, *circumfero*, *confero*, *defero*, *infero*, *perfero*, *praefero*, *profero*, *refero*, *transfero* simplicis verbi *fero* normam sequuntur additis praepositionibus *ante*, *circum*, *con*, *de*, *in*, *per*, *prae*, *pro*, *re*, *trans:* verum *in* et *con* in supino *illatum*, *collatum*, quia *n* ante *l* migrat in *l*.

III. Praepositiones vero *ab*, *ob*, *sub*, *ad*, *ex*, *dis* cum verbo *fero* compositae mutationem aliquam patiuntur; *ab* enim sequente *l* manet, ut *ablatum;* ante *t* adsciscit *s*, ut *abstuli;* ante *f* mutat *b* in *u*, ut *aufero;* sicut etiam *aufugio*.

IV. *Ob* et *sub* in supino manent, ut *oblatum*, *sublatum:* sequente *f*, migrant in *f*, ut *offero*, *suffero:* in praeterito manet *ob*, ut *obtuli:* *sub* mutatur in *s*, ut *sustuli*.

V. *Ad* sequente *f*, *t*, *l*, in has ipsas literas mutat *d*, ut *affero*, *attuli*, *allatum*.

(1) Inst. Or. 1, 6. (2) Lib. 8, 817. Putsch.

VI. *Ex* manet in praeterito, *extuli;* in supino *x* deperit, *elatum;* sequente *f* in aliud *f* migrat, ut *effero.*

VII. *Dis* in supino perdit *s*, *dilatum:* in praeterito manet, *distuli;* sequente *f*, in ipsum mutatur, ut *differo.*

§. 56. FERO, FERS, TULI, LATUM, FERRE, *Portare*

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praesens.	*S.* Fero, fers, fert.	*Pl.* ferimus, fertis, ferunt.
Praet. imp.	*S.* Ferebam, ferebas, ferebat.	*Pl.* ferebamus, ferebatis, ferebant.
Fut. inf.	*S.* Feram, feres, feret.	*Pl.* feremus, feretis, ferent.
Praet. perf.	*S.* Tuli, tulisti, tulit.	*Pl.* tulimus, tulistis, tulerunt vel tulere.
Pl. q. perf.	*S.* Tuleram, tuleras, tulerat.	*Pl.* tuleramus, tuleratis, tulerant.
Fut. perf.	*S.* Tulero, tuleris, tulerit.	*Pl.* tulerimus, tuleritis, tulerint.

CONJUNCTIVI MODI

Praesens.	*S.* Feram, feras, ferat.	*Pl.* feramus, feratis, ferant.
Praet. imp.	*S.* Ferrem, ferres, ferret.	*Pl.* ferremus, ferretis, ferrent.
Praet. perf.	*S.* Tulerim, tuleris, tulerit.	*Pl.* tulerimus, tuleritis, tulerint.
Pl. q. perf.	*S.* Tulissem, tulisses, tulisset.	*Pl.* tulissemus, tulissetis, tulissent.

IMPERATIVI MODI

Praesens.	*S.* Fer, ferto.	*Pl.* ferte, fertote, ferunto.

PARTICIPIALIS MODI

Infin. praes.	Ferre.		
Infin. praet.	Tulisse.	*Supinum*	Latum.
Gerundia	Ferendi, ferendo, ferendum.	*Part. praes.*	Ferens.
Participiale	Ferendum.	*Part. fut.*	Laturus, a, um.

§. 57. FEROR, FERERIS, LATUS SUM, FERRI, *Essere portato*

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praesens.	*S.* Feror, fereris, fertur.	*Pl.* ferimur, ferimini, feruntur.
Praet. imp.	*S.* Ferebar, ferebaris, ferebatur.	*Pl.* ferebamur, ferebamini, ferebantur.
Fut. inf.	*S.* Ferar, fereris, feretur.	*Pl.* feremur, feremini, ferentur.

CONJUNCTIVI MODI

Praesens.	*S.* Ferar, feraris, feratur.	*Pl.* feramur, feramini, ferantur.
Praet. imp.	*S.* Ferrer, ferreris, ferretur.	*Pl.* ferremur, ferremini, ferrentur.

IMPERATIVI MODI

Praesens.	*S.* Ferre, fertor.	*Pl.* ferimini, ferimnor, feruntor.

PARTICIPIALIS MODI

Infin. praes.	Ferri.	*Supinum*	Latu.
Gerundia	Fer-endi, - endo, - endum	*Part. praet.*	Latus, a, um.
		Part. fut.	Fer-endus,- enda, - endum.

§. 58. VOLO, EJUSQUE COMPOSITA

I. *Volo* ejusque composita *nolo*, idest *non volo*, *malo*, idest *magis volo*, in temporibus perfectis flectuntur ut verba secundae conjugationis, *volui*, *nolui*, *malui; volueram*, *nolueram*, *malueram*, et sic cetera quae ex perfecto formantur. Imperfectum et futurum infectum indicativi tertiae conjugationis lege inflectuntur, *volebam*, *volam*, *nolebam*, *nolam* etc. Carent etiam quibusdam vocibus, ut ex eorum conjugatione patebit.

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praesens.	*S.* Volo, vis, vult.	*Pl.* volumus, vultis, volunt.
Praet. imp.	*S.* Volebam, volebas, volebat.	*Pl.* volebamus, volebatis, volebant.
Futur. inf.	*S.* Volam voles, volet.	*Pl.* volemus, voletis, volent.
Praet. perf.	*S.* Volui, voluisti, voluit.	*Pl.* voluimus, voluistis, voluerunt vel voluere.
Pl. q. perf.	*S.* Volueram, volueras, voluerat.	*Pl.* volueramus, volueratis, voluerant.
Fut. perf.	*S.* Voluero, volueris, voluerit.	*Pl.* voluerimus, volueritis, voluerint.

CONJUNCTIVI MODI

Praesens.	*S.* Velim, velis, velit.	*Pl.* velimus, velitis, velint.
Praet. imp.	*S.* Vellem, velles, vellet.	*Pl.* vellemus, velletis, vellent.
Praet. perf.	*S.* Voluerim, volueris, voluerit.	*Pl.* voluerimus, volueritis, voluerint.
Pl. q. perf.	*S.* Voluissem, voluisses, voluisset.	*Pl.* voluissemus, voluissetis voluissent.

PARTICIPIALIS MODI

Infin. Praes. Velle. etc. *Infin. Praet.* Voluisse – *Part. praes.* Volens, – entis.

§. 60. NOLO, NON VIS, NOLUI, NOLLE, *Non volere*

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praesens.	*S.* Nolo, non vis, non vult.	*Pl.* nolumus, non vultis, nolunt.
Praet. imp.	*S.* Nolebam, nolebas, nolebat.	*Pl.* nolebamus, nolebatis, nolebant.
Fut. inf.	*S.* Nolam, noles, nolet.	*Pl.* nolemus, noletis, nolent.
Praet. perf.	*S.* Nolui, noluisti, noluit.	*Pl.* noluimus, noluistis, noluerunt vel noluere.
Pl. q. perf.	*S.* Nolueram, nolueras, noluerat.	*Pl.* nolueramus, nolueratis, noluerant.
Fut. perf.	*S.* Noluero, nolueris, noluerit.	*Pl.* noluerimus, nolueritis, noluerint.

CONJUNCTIVI MODI

Praesens.	*S.* Nolim, nolis, nolit.	*Pl.* nolimus, nolitis, nolint.
Praet. imp.	*S.* Nollem, nolles, nollet.	*Pl.* nollemus, nolletis, nollent.
Praet. perf.	*S.* Noluerim nolueris, noluerit.	*Pl.* noluerimus, nolueritis, noluerint.
Pl. q. perf.	*S.* Noluissem noluisses, noluisset.	*Pl.* noluissemus, noluissetis, noluissent.

IMPERATIVI MODI

Praes. vel fut. Noli vel nolito, nolito. *Pl.* nolite vel nolitote, nolunto.

PARTICIPIALIS MODI

Infin. praes. Nolle etc. *Part. praes.* Nolens, - entis.
Infin. praet. Noluisse. etc.

§. 61. MALO, MAVIS, MALUI, MALLE, *Voler piuttosto*

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praesens.	*S.* Malo, mavis, mavult.	*Pl.* malumus, mavultis, malunt.
Praet. imp.	*S.* Malebam, malebas, malebat.	*Pl.* malebamus, malebatis, malebant.
Fut. inf.	*S.* Malam, males, malet.	*Pl.* malemus, maletis, malent.
Praet. perf.	*S.* Malui, maluisti, maluit.	*Pl.* maluimus, maluistis, maluerunt vel maluere.
Pl. q. perf.	*S.* Malueram, malueras, maluerat.	*Pl.* malueramus, malueratis, maluerant.
Fut. perf.	*S.* Maluero, malueris. maluerit.	*Pl.* maluerimus, malueritis, maluerint.

CONJUNCTIVI MODI

Praesens.	*S.* Malim, malis, malit.	*Pl.* malimus, malitis, malint.
Praet. imp.	*S.* Mallem, malles, mallet.	*Pl.* mallemus, malletis, mallent.
Praet. perf.	*S.* Maluerim, malueris, maluerit.	*Pl.* maluerimus, malueritis, maluerint.
Pl. q. perf.	*S.* Maluissem, maluisses, maluisset.	*Pl.* maluissemus, maluissetis, maluissent.

PARTICIPIALIS MODI

Infin. praes. Malle etc. *Infin. praet.* Maluisse.

I. *Facio* activum conjugationis tertiae rite format omnes modos ac tempora. Passivum ejus olim *facior* (cujus exstant apud Nonium (1) ac Priscianum (2) exempla), iam exolevit eique successit *fio* significatione passiva, quod in temporibus infectis modorum omnium propriam flexionem habet. Praeteritum *factus sum* cum derivatis fit ab activi supino *factum*, ut *lectus sum* a supino *lectum*.

II. Si *facio* cum praepositionibus componatur, mutat *a* in *i*, ut *afficio, conficio, deficio, efficio, inficio, interficio, officio, perficio, proficio, reficio, sufficio*: ea simplicis flexionem sequuntur passivumque habent a *facior*, ut *afficior, conficior*, etc. praeter *officio* et *proficio*, quae passivum non habent, nisi forte impersonaliter. Quod si *facio* cum aliis componatur particulis, *a* suum retinet et passivum habet a *fio*, ut *calefacio, frigefacio, liquefacio, madefacio, tepefacio; calefio, frigefio, liquefio, madefio, tepefio*. Reperiuntur tamen etiam *confio, defio, interfio* passive pro *conficior*, etc. Balbus et Oppius (3): *Res tota* CONFIERET. Virg. (4) *Nunc qua ratione quod instat*-CONFIERI *possit, paucis, adverte, docebo*. Ter. (5) CONFIT, *quod volo*. Id. (6) *Nihil apud me tibi* DEFIERI *patiar, quin quod opus sit, benigne praebeatur*. Lucr. (7) *Aut flammis* INTERFIAT.

III. *Facio*, ut etiam *dico* et *duco*, eorumque composita amiserunt *e* in secunda persona singulari imperativi, *dic, duc, fac; praedic, deduc, calefac*. Composita tamen ex verbo *facio*, si *a* in *i* mutent, *e* servant, ut *confice, perfice, effice;* etc.

§. 63. FIO, FIS, FACTUS SUM, FIERI, *Esser fatto*

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praesens.	*S.* Fio, fis, fit.	*Pl.* fimus, fitis, fiunt.
Praet. imp.	*S.* Fiebam, fiebas, fiebat.	*Pl.* fiebamus, fiebatis, fiebant.
Fut. inf.	*S.* Fiam, fies, fiet.	*Pl.* fiemus, fietis, fient.
Praet. perf.	*S.* Factus, a, um, sum vel fui, et cett.	*Pl.* facti, ae, a, sumus vel fuimus, et cett.
Pl. q. perf.	*S.* Factus, a, um, eram, vel fueram, etc.	*Pl.* facti, ae, a, eramus, etc.
Fut. perf.	*S.* Factus, a, um, ero vel fuero, etc.	*Pl.* facti, ae, a, erimus, etc.

CONJUNCTIVI MODI TEMPUS

Praesens.	*S.* Fiam, fias, fiat.	*Pl.* fiamus, fiatis, fiant.
Praet. imp.	*S.* Fierem, fieres, fieret.	*Pl.* fieremus, fieretis, fierent.
Praet. perf.	*S.* Factus, a, um, sim vel fuerim, etc.	*Pl.* facti, ae, a, simus, etc.
Pl. q. perf.	*S.* Factus, a, um, essem vel fuissem, etc.	*Pl.* facti, ae, a, essemus, etc.

IMPERATIVI MODI TEMPUS

Praes. vel fut.	*S.* Fi vel fito, fitu.	*Pl.* fite vel fitote, fiunto.

PARTICIPIALIS MODI

Infin. praes.	Fieri, etc.	*Infin. perf.*	factum, am, um, esse vel fuisse.
Fut. inf.	Factum iri, vel futurum esse, futurum fore, vel futurum ut fiam, vel ut fierem.		
Praet. condit.	Futurum fuisse ut fierem.		
Part. perf.	Factus, a, um.	*Part. fut.*	faciendus, a, um.

(1) Cap. 10, 19. (2) Lib. 8, 789. et 801. Putsch. (3) Ap. Cic. Att. 9, post. ep. 7. (4) Aen. 4, 115. (5) Adelph. 5, 8. 23. (6) Hecyr. 5, 2, 1. (7) De N. R. 3, 885.

I. Verbum *eo* anomalum est in temporibus infectis: in perfectis vero leges quartae conjugationis sequitur *ivi*, *iveram*, *iverim*, *ivissem*, *ivero*, ut *audivi*, *audiveram*, etc.

II. Simplicis *eo* normam sequuntur in omnibus composita, quae sunt *abeo*, *adeo*, *anteeo*, *circumeo*, *coëo*, *exeo*, *ineo*, *intereo*, *obeo*, *pereo*, *praeeo*, *praetereo*, *subeo*, *transeo:* sic etiam *prodeo* et *redeo*, quae tamen literam *d* interserunt. *Veneo* etiam, quasi *venum eo*, eandem normam sequitur, *venibam*, *venivi* et *venii*, *venibo*, *venire*, *venivisse*.

§. 65. EO, IS, IVI, ITUM, IRE, *Andare*

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praesens.	*S.* Eo, is, it.	*Pl.* imus, itis, eunt.
Praet. imp.	*S.* Ibam, ibas, ibat.	*Pl.* ibamus, ibatis, ibant.
Fut. inf.	*S.* Ibo, ibis, ibit.	*Pl.* ibimus, ibitis, ibunt.
Praet. perf.	*S.* Ivi, ivisti, ivit.	*Pl.* ivimus, ivistis, iverunt, ivere.
Pl. q. perf.	*S.* Iveram, iveras, iverat.	*Pl.* iveramus, iveratis, iverant.
Fut. perf.	*S.* Ivero, iveris, iverit.	*Pl.* iverimus, iveritis, iverint.

CONJUNCTIVI MODI

Praesens.	*S.* Eam, eas, eat.	*Pl.* eamus, eatis, eant.
Praet. imp.	*S.* Irem, ires, iret.	*Pl.* iremus, iretis, irent.
Praet. perf.	*S.* Iverim, iveris, iverit.	*Pl.* iverimus, iveritis, iverint.
Pl. q. perf.	*S.* Ivissem, ivisses, ivisset.	*Pl.* ivissemus, ivissetis, ivissent.

IMPERATIVI MODI

Praes.	*S.* I, ito.	*Pl.* ite, itote, eunto.

PARTICIPIALIS MODI

Infin. Praes.	Ire.	*Supinum.*	Itum.
Infin. Praet.	Ivisse.	*Part. praes.*	Iens, euntis.
Gerundia	Eundi, eundo, eundum, eundo.	*Part. fut.*	Iturus, a, um.
Participiale	Eundum		

§. 66. QUEO ET NEQUEO

I. *Queo* et *nequeo* flectuntur ut *eo;* infinitum tamen *quire*, gerundia quoque, supina ac participia non videntur in usu.

§. 67. QUEO QUIS, QUIVI, QUIRE, *Potere*

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praesens.	*S.* Queo, quis, quit.	*Pl.* quimus, quitis, queunt.
Praet. imp.	*S.* Quibam, quibas, quibat.	*Pl.* quibamus, quibatis, quibant.
Fut. inf.	*S.* Quibo, quibis, quibit.	*Pl.* quibimus, quibitis, quibunt.
Praet. perf.	*S.* Quivi, quivisti, quivit.	*Pl.* quivimus, quivistis, quiverunt, quivere.
Pl. q. perf.	*S.* Quiveram, quiveras, quiverat.	*Pl.* quiveramus, quiveratis, quiverant.
Fut. perf.	*S.* Quivero, quiveris, quiverit.	*Pl.* quiverimus, quiveritis, quiverint.

CONJUNCTIVI MODI

Praesens.	*S.* Queam, queas, queat.	*Pl.* queamus, queatis, queant.
Praet. imp.	*S.* Quirem, quires, quiret.	*Pl.* quiremus, quiretis, quirent.
Praet. perf.	*S.* Quiverim, quiveris, quiverit.	*Pl.* quiverimus, quiveritis, quiverint.
Pl. q. perf.	*S.* Quivissem, quivisses, quivisset.	*Pl.* quivissemus, quivissetis, quivissent.

PARTICIPIALIS MODI

Infin. Praes.	Quire.	*Infin. Praet.*	Quivisse.

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praesens.	*S.* Nequeo, nequis, nequit.	*Pl.* nequimus, nequitis, nequeunt.
Praet. imp.	*S.* Nequibam, nequibas, nequibat.	*Pl.* nequibamus, nequibatis, nequibant.
Fut. inf.	*S.* Nequibo, nequibis, nequibit.	*Pl.* nequibimus, nequibitis, nequibunt.
Praet. perf.	*S.* Nequivi, nequivisti, nequivit.	*Pl.* nequivimus, nequivistis, nequiverunt, (e).
Pl. q. perf.	*S.* Nequiveram, nequiveras, etc.	*Pl.* nequiveramus, nequiveratis, nequiverant.
Fut. perf.	*S.* Nequivero, nequiveris, etc.	*Pl.* nequiverimus, nequiveritis, nequiverint.

CONJUNCTIVI MODI

Praesens.	*S.* Nequeam, nequeas, nequeat.	*Pl.* nequeamus, nequeatis, nequeant.
Praet. imp.	*S.* Nequirem, nequires, nequiret.	*Pl.* nequiremus, nequiretis, nequirent.
Praet. perf.	*S.* Nequiverim, nequiveris, etc.	*Pl.* nequiverimus, nequiveritis, nequiverint.
Pl. q. perf.	*S.* Nequivissem, nequivisses, etc.	*Pl.* nequivissemus, nequivissetis, nequivissent.

PARTICIPIALIS MODI

Infin. Praes.	Nequire.	*Infin. Praet.* Nequivisse.

§. 69. EDO, COMEDO, EXEDO

I. *Edo*, *edis*, *edidi*, *editum* priore ubique producta, idest *extrado*, sive *emitto*, verbum est regulare conjugationis tertiae. Sic etiam *edo*, *edis*, priore correpta in praesenti et imperfecto, *edi*, *esum* priore in praeterito ac supino producta, idest *vescor* seu *manduco*, regulare est omnesque modos habet ac tempora; sicut et composita *comedo*, *comedis*, *comedi*, *comesum*; *exedo*, *exedis*, *exedi*, *exesum* et alia. Verum in hac posteriore significatione nonnullas voces sumit *edo* a verbo *sum* in quibusdam temporibus.

Praesenti indicativi. ***Es***, ***est***, ***estis*** pro *edis*, *edit*, *editis*: ***comes***, ***comest***, ***exest***, pro *comedis*, *comedit*, *exedit*.

Imperativo. ***Es***, ***esto***, *este*, *estote*, *comesto*, pro *ede*, *edito*, *edite*, *editote*, *comedito*.

Conjunctivi praeterito imperfecto. ***Essem***, *esses*, *esset*, *essemus*, *essetis*, *essent* pro *ederem*, *ederes*, etc; *comessem*, *comesses*, *comesset*, *comessemus*, *comessetis*, *comessent* pro *comederem*, *comederes*, etc.

Praesenti infiniti. *Esse*, *comesse*, *exesse* pro *edere*, *comedere*, *exedere*.

Praesenti indicativi passivae vocis. ***Estur*** pro *editur*.

II. Non abs re erit exemplis haec confirmare. Plaut. (1) *Sine modo venire salvum* (senem), *quem absentem* COMES. Virg. (2) EST *mollis flamma medullas.* Id. (3) *Qui semper lacerat* COMESTQUE *mentem.* Lucr. (4) *Quem* (Tityum) *volucres lacerant atque* EXEST *anxius angor.* Cic. (5) *Aegritudo . . . . lacerat*, EXEST *animum planeque conficit.* Plaut. (6) ES, *bibe*, *animo obsequere mecum atque onera te hilaritudine.* Plaut. (7) ESTE, *effarcite vos.* Cat. (8) *Brassicam* ESTO *vel coctam vel crudam*, Id. (9) *Ubi coenaveris*, COMESTO *aliqua quinque folia* (brassicae). Valer. Max. (10) *Si Dionysio adulari velles*, *ista non* ESSES. Virg. (11) *Ut mala culmos* - ESSET *robigo.* Cic. (12) *Usque eo non fuit, ut bona solus* COMESSET. Ter. (13) *Heri aliquot adolescentuli coiimus in Piraeeo*, *in*

(1) Mostell. 4, 1, 41. (2) Aen. 4, 66. (3) Epigr. de Livore. (4) De N. R. 3, 1006. (5) Tusc. 3, 13. (6) Mil. 3, 1, 83. (7) Mostell. 1, 1, 62. (8) R. R. 156, al 157. (9) Loc. cit. (10) Mem 4. 3. (11) Georg. 1, 150. (12) Pro Sext. 54. (13) Eun. 3, 4, 1.

hunc diem ut de symbolis ESSEMUS. Cic. (1) *Foenum alios aiebat* (Catulus) ESSE *oportere.* Sic COMESSE *apud* Cic. (2) et Plaut. (3) Plin. (4) *In Aegypto propter amaritudinem* (brassica) *non* ESTUR. Sic Ovid. (5) ESTUR *ut occulta vitiata teredine navis.*

§. 70. VERBA DEFECTIVA

I. Defectiva sunt verba, quibus modi nonnulli aut tempora, numeri personaeve deficiunt.

II. Ex iis quae tradidimus, tres sunt voces, ex quibus omnia tempora verbi flectuntur, nempe praesens infiniti, perfectum et supinum activum. Hinc colliges quae sequuntur.

III. Quaecumque verba carent praesenti infiniti, carent etiam temporibus, quae Varronem auctorem secuti, vocavimus *infecta* sive imperfecta. Ejus modi sunt *memini*, *odi*, *novi*, *coepi;* de quibus infra.

IV. Quae verba carent perfecto, eadem carent temporibus perfectis et supino.

V. Quae verba carent supino activo, eadem carent participio futuri activo, supino passivo, participio praeteriti temporis, et omnibus temporibus, quae ex hoc participio efformantur.

§. 71. MEMINI, NOVI, ODI, COEPI

I. Quatuor haec verba praeteritum solum habent, sed trium priorum praeteritum sumitur etiam pro praesenti quo tempore carent. At *coepi* solum praeteritum adsignificat.

II. *Memini* praeter indicativi praeteritum habet in imperativo praesens *memento et mementote.*

III. *Odi* participium habet praeteriti *osus* apud Gell. (6) et futuri *osurus* apud Cic. (7) *Ita amare oportere, ut si aliquando esset* OSURUS: quae quamvis non multum sint in usu, *exosus* tamen et *perosus* passim occurrunt.

IV. *Coepi* praeteritum aliud habet passivae vocis *coeptus, a, um sum* vel *fui:* in aliis etiam modis, ut *coeptus fuerim, fuissem, fuero,* etc. Jungiturque aliis passivis infiniti modi, ut *res coepit fieri* vel *coepta est fieri.*

§. 72. MEMINI, MEMINISSE, *Ricordarsi ed essersi ricordato*

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praes. et praet. perf.	Memini, *mi ricordo, mi ricordai e mi sono ricordato.*
Praet. imp. et pl. q. perf.	Memineram, *mi ricordava, e mi era ricordato.*
Fut. infect. et fut. perf.	Meminero, *mi ricorderò, e mi sarò ricordato.*

CONJUNCTIVI MODI TEMPUS

Praes. et perf.	Meminerim, *mi ricordi, e mi sia ricordato.*
Praet. imp. et pl. q. perf.	Meminissem, *mi ricordassi o mi ricorderei, mi fossi o mi sarei ricordato.*

IMPERATIVI MODI

Praes. et fut.	Memento, *ricordati.* *Pl.* Mementote, *ricordatevi.*

PARTICIPIALIS MODI

Inf. infect. et perf.	Meminisse, *ricordarsi, ed essersi ricordato.*

(1) De Or. 2, 67. (2) Pro Flacc. 36. (3) Mostell. 1, 1, 13. (4) H. N. 20, 9. (5) Ex Pont. 1, 1. 69. (6) N. A. 4, 8. (7) De Amic. 16.

INDICATIVI MODI

Praes. et praet. perf.	Novi, *conosco, conobbi ed ho conosciuto.*
Praet. imp. et pl. q. perf.	Noveram, *conosceva, ed avevo conosciuto.*
Fut. infect. et fut. perf.	Novero, *conoscerò, ed avrò conosciuto.*

CONJUNCTIVI MODI

Praes. et perf.	Noverim, *canosca, ed abbia conosciuto.*
Proet. imp. et pl. q. perf.	Novissem, *conoscessi o conoscerei, ovessi od avrei conosciuto.*

PARTICIPIALIS MODI

Inf. infect. et perf.	Novisse, *conoscere, ed aver conosciuto.*

§. 74. ODI, ODISSE, *Odiare ed aver odiato*

INDICATIVI MODI TEMPUS

Proes. et praet. perf.	Odi, *odio, odiai ed ho odiato.*
Praet. imp. et pl. q. perf.	Oderam, *odiava, ed avevo odiato.*
Fut. infect. et fut. perf.	Odero, *odierò, ed avrò odiato.*

CONJUNCTIVI MODI

Praes. et perf.	Oderim, *odii, ed abbia odiato.*
Praet. imp. et pl. q. perf.	Odissem, *odiassi od odierei, avessi od ovrei odiato.*

PARTICIPIALIS MODI

Inf. infect. et perf.	Odisse, *odiare, e avere odiato*

§. 75. COEPI, COEPISSE, *Aver cominciato*

INDICATIVI MODI

Praet. perf.	Coepi, *cominciai ed ho cominciato.*
Proet. pl. q. perf.	Coeperam, *avea cominciato.*
Fut. perf.	Coepero, *avrò cominciato.*

CONJUNCTIVI MODI

Proet. perf.	Coeperim, *abbia cominciato.*
Praet. pl. q. perf.	Coepissem, *avessi ed avrei cominciato.*

PARTICIPIALIS MODI

Inf. perf.	Coepisse, *aver cominciato.*
Particip. proet. pass.	Coeptus, a, um, *cominciato, cominciata.*

§. 76. COEPTUM, AM, UM, ESSE VEL FUISSE, *Essere stato cominciato*

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praet. perf.	Coeptus, a, um, sum vel fui, *fui e sono stato cominciato.*
Proet. pl. q. perf.	Coeptus, a, um, eram vel fueram, *era stato cominciato.*
Fut. perf.	Coeptus, a, um, ero vel fuero, *sarò stato cominciato.*

CONJUNCTIVI MODI

Praet. perf.	Coeptus, a, um, sim vel fuerim, *sia stato cominciato.*
Praet. pl. q. perf.	Coeptus, a, um, essem vel fuissem, *fossi stato e sarei stato cominciato.*

PARTICIPIALIS MODI

Inf. perf.	Coeptum, am, um, esse vel fuisse, *essere stato cominciato.*

I. *Inquam* prima est positio verbi, ut censent Phocas (1) ac Diomedes (2); quamquam *inquio* reperitur apud Catullum (3): *Minime*, INQUIO, *puellae;* sed alii legunt *Mane*, INQUII, *puellae. Inquam, inquis, inquit* passim occurrunt.

II. INQUIMUS, Horat. (4) *Inquibat*, Cic. (5) *Ad Ciceronem* INQUIBAT *Gallus noster*; ut habent emendatissimi libri aldini, gryphiani, manutiani, lambiniani. *Inquiebat*, Cic. (6) *Visum* INQUIEBAT *hujusmodi est*. INQUISTI, Id. (7) INQUIIT, Catull. (8); sed alii legunt *inquiunt*. INQUIES, Cic. (9) INQUIET, Auct. ad Herenn. (10) INQUE in imperativo. Ter. (11) INQUITO, Plaut. (12).

III. *Ajo* Phocas (13) ait praesens tantum et imperfectum habere; Probus (14) addit etiam praeteritum *ai, aisti ait*, quod tamen non est in usu. Imperativi praes. *ai* Naev. apud Prisc. (15) *Vel* AI *vel nega*.

§. 78. INQUAM ET AJO

		INDICATIVI MODI TEMPUS	
Praesens.	*S.* Inquam, inquis, inquit.	Ajo, ais, ait.	
	Pl. Inquimus, inquitis, inquiunt.	Ajunt.	
Praet. imp.	*S.* Inquiebat vel inquibat.	Ajebam, - ebas, - ebat.	*Pl.* - ebamus, - ebatis, - ebant.
Fut. infect.	*S.* Inquies, inquiet.		
Praet. perf.	*S.* Inquisti, inquit.	Ait.	
		CONJUNCTIVI MODI	
Praesens.		Ajas, aiat.	
		IMPERATIVI MODI	
Praes. vel fut.	Inque, inquito.	Ai.	
		PARTCIPIALIS MODI	
Partic. praes.	Inquiens.	Ajens, - entis.	

§. 79. FOREM, FAXO ET ALIA DEFECTIVA

Forem, fores, foret: plur. *forent*, pro *essem, esses, esset, essent.* Futurum infiniti *fore*, hoc est *futurum esse*. Ejus composita sunt *abfore, adfore, confore, defore, profore.*

Faxo, futurum indicativi, pro *faciam*. Virg. (16) *Haud sibi cum Danais rem* FAXO *et pube Pelasga - Esse putent*. Sic et Livius (17).

Quaeso, quaesumus idest *rogo*, primas tantum personas praesentis habet.

Ave, avete, aveto, avere verbum est salutandi: AVETE apud Sueton. (18), AVETO apud Sallust. (19) *Aveo* autem, idest *concupisco*, plura habet tempora.

Salve, salveto, salvebis, salvere. SALVETO est apud Plautum (20), qui etiam dixit SALVEO, quod Probus (21) ridicule positum putat, ut rustici personae serviret. SALVEBIS est apud Ciceronem (22).

Cedo, da vel *dic*, secunda est imperativi. Ter. (23) *Tum mihi argentum* CEDO. Probus (24) ait *cedite* numero multitudinis apud priscos comicos inveniri.

(1) P. 1718, Putsch. (2) Lib. 1, 375, Putsch. (3) Carm. 10, 27. (4) Sat. 1, 3, 66. (5) Topic. 12. (6) Acad. 4, 47. (7) De Orat. 2, 64. (8) Carm. 10, 14. (9) Fam. 15, 18. (10) Lib. 2, 21; et 4, 3. (11) Heaut. 4, 7, 1; et Phorm. 5, 8, 26. (12) Aul. 5, 10, 58. (13) P. 1718. Putsch. (14) Lib. 2, 1482, Putsch. (15) Lib. 10, 906, Putsch. (16) Aen. 9. 154. (17) Hist. 6, 35. (18) Claud. 21. (19) Catil. 35. (20) Poen. 5, 2, 116. (21) L. 2, 1486, Putsch. (22) Att. 6, 2. (23) Phorm. 5, 8, 42. (24) Lib. 2, 1486. Putsch.

INFIT tertia persona praes. indic. pro *incipit* vel *inquit* apud Virg. (1); INFIO apud Varr. teste Prisciano (2).

Ovat tertia praesentis indicativi: *Ovans ovantis* participium: *ovatio*, minor triumphus.

DEFIT pro *deest* Virg. (3), DEFIUNT pro *desunt* Gell. (4) DEFIAT pro *desit* Plaut. (5), DEFIERI pro *deesse* Ter. (6).

Apage imperativo, idest *remove*. Plaut. (7) APAGE *te a dorso meo*. Id. (8) APAGE *istanc caniculam*. Hinc *apagesis* idest *apage si vis*.

§. 80. VERBA IMPERSONALIA

I. Verbum impersonale aliud est activae vocis, aliud passivae: utriusque paradigma exhibebimus.

§. 81. POENITET, POENITERE, *Pentirsi*

INDICATIVI MODI TEMPUS

Praesens.	Poenitet me, te, illum, nos, vos, illos, *mi pento, ec.*
Praet. imp.	Poenitebat me, te, illum, nos, vos, illos, *mi pentiva, ec.*
Fut. infect.	Poenitebit me, te, illum, nos, vos, illos, *mi pentirò, ec.*
Praet. perf.	Poenituit me, te, illum, nos, vos, illos, *mi pentii e mi sono pentito, ec.*
Praet. pl. q. perf.	Poenituerat, me, te, illum, nos, vos, illos, *mi era pentito, ec.*
Fut. perf.	Poenituerit me, te, illum, nos, vos, illos, *mi sarò pentito, ec.*

CONJUNCTIVI MODI

Praesens.	Poeniteat me, te, illum, nos, vos illos, *mi pento, ec.*
Praet. imp.	Poeniteret me, te, illum, nos, vos, illos, *mi pentissi, e mi pentirei, ec.*
Praet. perf.	Poenituerit me, te, illum, nos, vos, illos, *mi sia pentito, ec.*
Praet. pl. q. perf.	Poenituisset me, te, illum, nos, vos, illos, *mi fossi e sarei pentito, ec.*

PARTICIPIALIS MODI

Inf. infect.	Poenitere, me, te, illum, nos, vos, illos, *pentirsi, ec.*
Inf. perf.	Poenituisse, me, te, illum, nos, vos, illos, *essersi pentito, ec.*
Gerundia.	Poenitendi, – endo, – endum, *di pentirsi, ec.*
Partic. praes.	Poenitens, entis, *chi si pente, o si pentiva, ec.*
Partic. fut. pass.	Poenitendus, a, um, *da doversi pentire, ec.*

§. 82. PUGNATUR, *Si combatte*

INDICATIVI MODI

Praesens.	Pugnatur, *si combatte.*
Praet. imp.	Pugnabatur, *si combattevo.*
Fut. inf.	Pugnabitur, *si combatterà.*
Praet. perf.	Pugnatum est vel fuit, *si combattè e si è combattuto.*
Praet. pl. q. perf.	Pugnatum erat vel fuerat, *si era combattuto.*
Fut. perf.	Pugnatum erit vel fuerit, *si sarà combattuto.*

CONJUNCTIVI MODI

Praesens.	Pugnetur, *si combatta.*
Praet. imp.	Pugnaretur, *si combattesse, e si combatterebbe.*
Praet. perf.	Pugnatum sit vel fuerit, *si sia combattuto.*
Praet. pl. q. perf.	Pugnatum esset vel fuisset, *si fosse o sarebbe combattuto.*

PARTICIPIALIS MODI

Inf. infect.	Pugnari, *combattersi, ec.*
Inf. perf.	Pugnatum esse vel fuisse, *essersi combattuto.*
Participiale.	Pugnandum est, *si dee combattere.*

(1) Aen. 5, 708; et 10, 860 et alibi. (2) Lib. 8, 843. Putsch. (3) Ecl. 2, 22. (4) N. A. 20, 8. (5) Men. 1, 4, 3. (6) Hecyr. 5, 2, 1. (7) Cas. 2, 8, 23. (8) Curcul. 5, 1, 8.

I. *Verba composita*

Compositum simplexque modo variantur eodem:
Quod si praeteriti geminetur syllaba prima
Simplicium, prorsus perdunt composta priorem,
Ut cecidi, recidi. Retinent quae a curro creantur
Quaeque sibi gignunt sto, do cum poscere, disco.

II. *Verba praeterito et supino carentia*

Praeteritis quaecunque carent, spoliato supinis,
Ut glisco, vergo, ferio cum polleo, vado,
Flaveo cum paveo, conniveo, liveo, sido,
Ambigo cum satago, quaeso, quatio atque fatisco
Et furit et moeret, tum aveo, tum ringor et hisco
Et vescor, liquor, medeor, reminiscor et ajo:
Et sco orta a verbo vel nomine, ceu lapidesco,
Frigesco; aut capiunt a verbis, unde trahuntur;
Et rio, queis nomen vehemens meditatio fecit;
Esurio excipito, similis quaedam excipe formae.

III. *Verba supino carentia*

Nulla supina mico, strido seu strideo gignunt,
Lugeo, pedo: silet, fulget cum luceo, friget,
Urgeo cum sorbet, turget, tum fervet et alget,

EXPLANATIO

I. Simplex et ipsius compositum (quod modo natum, modo pignus appellamus) conjugantur eodem modo, *ut emo, sic redimo, perimo: undo, sic redundo, exundo*. Excipiuntur nonnulla, quae suis locis explicabuntur.

Quando praeteritum simplicis geminat syllabam primam, ut *cado cecidi*, composita secundam tantum retinent, ut *concido, concidi, comperio comperi, reperio reperi, respondeo respondi:* excipe composita a *curro*, quae et *cucurri* et *curri* habent praeter *succurro* et *intercurro*, quae primam non geminant, et a verbis *sto, do, posco, disco*, quae geminant sicut primigenia, ut *praecurri*, et *praecucurri, astiti, addidi, depoposci, edidici*.

Videndum est autem, ne nos fallant quaedam, quae composita a *do* falso videntur, *ut secundo, inundo, abundo, redundo* et alia composita ex *undo*.

Quotiescumque posito verbo aliquo in carmine non apponitur ejus praeteritum aut supinum, scito referri ad regulam generalem proxime positam; ut *neco necavi necatum, doceo docui, fingo finxi*, etc.

II. Quae verba carent praeterito, carent pariter et supino, ut *vergo*, et cetera; *versi* enim non est in usu. *Pollui* praeteritum a *polluo* est, non a *polleo*. *Quaesivi* est a *quaero ris, non a quaeso*, nisi apud vetustissimos. *Ringor* deponens caret praeterito: *ringo* neutrum grammaticis habet *rinxi rictum*, ex quo *rictus us*. Ab *ajo* praeteritum fuit *ai aisti*, teste Probo (1), sed non est in usu.

Verba *inchoativa*, si a nominibus deducantur, prorsus destituuntur praeterito, ut *mitesco, silvesco, ingravesco;* alia a verbis aut praeteritis carent, aut illa mutuantur ab iis, unde nascuntur; *refrigesco refrixi* a *frigeo, calesco calui* a *caleo, senesco senui* a *seneo: cognosco* vero, *cresco*, et alia, quae nec a nomine, nec a verbo nascuntur, ad hanc regulam non spectant.

Verba *meditativa* sive *desiderativa ut dicturio, coenaturio, micturio* fere carent praeterito; *parturio, nupturio* videntur *parturivi, nupturivi* vel potius *parturii, nupturii* habuisse, sed desiderantur veterum testimonia: Apulejus (2) NUPTURISSE dixit. *Esurio* habet *esurivi esuritum*. Verum *ligurio* et composita *abligurio, obligurio non* sunt meditativa, quamvis eorum formam imitentur, et praeteritum habent.

III. *Mico* et cetera verba quae hic recensentur carent supino, etsi non careant praeterito, quod tradetur suo loco.

(1) Lib. 2, 1482 Putsch. (2) Apolog. post medium.

Arceo, serpo, fremo, timeo cum pendeo, ningit,
Congruo cum sapio, lambo cum respuo, linquo,
Ingruo cum batuo, posco metuoque pluoque
Dispesco, compesco, luo, cum prodigo dego
Cumque scabo, disco, tremo et ango, incesso, refello,
Nolo, malo, volo, praeque, ante, excellere, sugo,
Sterto, rudo, psallo, cerno, sed pignora cretum.
Et quod poscit *ui*, modo sit neutrale secundae,
Ut studeo, emineo, exceptis quae suggeret usus.

IV. *Primae conjugationis bo, co, do*

Praeteritis avi dat prima atumque supinis,
Ut neco, quod pariter necui nectumque recepit.
A prima cubo dat cubui cubitumque supino:
Sic quoque compositum, quod in umbo tertia flectit.
Nulla supina creat micui mico: postulat avi,
Atum dimicat: atque plico cum praepositura
Poscit ui per itum vel in avi sumet et atum;
Supplico dematur genitumque ex nomine solum
Multiplico veluti, quod in avi mittit et atum.
Dat fricui frictum, secui sectumque secare.
Vult dedit atque datum do das et pignora primae;
Sed didit atque ditum trado et quae tertia donat.

V. *Ejusdem primae po, mo, no, to, vo*

Dant ui itumque crepo domo cum veto; ui tono tantum
Cum sono: fert lavi lotum lautum atque lavatum,
Cujus compositum, ceu proluo, tertia poscit:

IV. Verba primae conjugationis habent in praeterito *avi*, in supino *otum*, ut *neco necavi necatum*: quod habet etiam *necui nectum*; sic et *eneco*.

Cubo cum compositis tum primae, ut *incubo, recubo, accubo,* tum tertiae, ut *accumbo, occumbo* habet *cubui, cubitum*. *Cubo* habet etiam *cubavi* apud Quintil. (1); sic *incubo* habet *incubavi, atum* cum de avibus sermo est; Plin. (2) *Nam nisi* INCUBAVERE, *favos lividos faciunt*. *Supercubo* facit solum *avi atum*. *Decumbo decubui, incumbo incubui* sine supinis. *Procubo* autem et praeterito et supino caret.

Mico micos cum compositis *emico, intermico micui* habet sine supino; solum *dimico* habet *dimicavi dimicatum*: habet etiam *dimicui* apud Ovid. (3) *Ac tibi sit pugna* DIMICUISSE *satis*.

Plico apud Prisc. (4) habet *plicui plicitum* et *plicavi plicotum*, sed sine exemplis. Composita vero cum praepositione faciunt *plicui plicitum* vel *plicavi plicotum*, ut *implico implicui implicitum* et *implicavi implicatum*, sic *explico, applico* et alia: excipitur *supplico* et composita ex nomine, ut *duplico, triplico, multiplico*, quae solum habent *avi otum*.

Prico, cui, ctum, cum compositis *offrico, defrico*. Juvenal. (5) *Si prurit* FRICTUS *ocelli Angulus*. Plin. (6) PERFRICUI *faciem, nec tamen profeci*. Participia tamen eorum reperiuntur in *atus*. Cic. (7) *Quae res forsitan sit* REFRICATURA *vulnus meum*.

Do, das cum compositis primae *venundo, circundo, satisdo, pessundo dedi, datum*; quae vero pertinent ad tertiam *didi, ditum*, ut *vendo, reddo, indo, condo, prodo*; *abscondo* nunc *abscondi absconditum*, priscis *abscondidi absconsum*.

V. *Crepo, domo, veto* faciunt *ui itum*, *crepo crepui crepitum*: *tono tonui, sono sonui* tantum; juxta Priscianum (8) etiam *tonitum* et *sonitum*; quae supina tamen exemplis ab ipso non confirmantur ceterum *domo, veto* et *sono* raro habent etiam praeteritum in *avi*.

(1) Inst. Or. 8, 2. (2) H. N. 11, 16. (3) Amor. 2, 13, 28. (4) Lib. 9, 860, et 862, Putsch. (5) Sat. 6, 578. (6) H. N. Praef. (7) Att. 12, 18. (8) Lib 9, 863. Putsch.

A poto vel potatum vel flectito potum.
Sto verbum stetit atque statum; stitit inde profectum
Exigit atque stitum, sed multo saepius atum.
Dat juvo praeterito juvi jutumque supino.

VI. *Secunda conjugatio*

Praeteritum per ui dat itumque supina reponit
Rite secunda, velut moneo: vult torreo tostum:
A doceo doctum, a teneo deducito tentum;
Censeo amat censum; donabit misceo mixtum.
Sorbeo cum sociis tantum sibi sorbuit optat.
Neutrum quod dat ui timeoque carento supinis;
Praebet itum valeo, placeo careoque licetque
Pareoque et doleo, caleo jaceoque nocetque.
Di, sum prandeo habet, video; sedeo tamen effert
S gemino sessum, stridi dat strideo solum.
Mordeo praeteriti geminatur prima momordi,
Morsum: flectuntur sic spondeo, pendeo, tondet.
Praeteritum finita veo vi tumque supinum
Formant, ut moveo: a caveo deducito cautum.
A faveo fautum, sed ferveo ferbuit optat.
Flaveo nil, paveo, conniveo, liveo poscunt.
Si, sum dat maneo; minui eminet absque supino.
Haeret cum suadet mulcetque et mulget et ardet
Tergetque et ridet si, sum: sed torqueo tortum.
Vult jussi jussum jubeo; ast indulgeo si, tum:
Urgeo si tantum, sic fulgeo, turget et alget:
Lugeo xi solum cum luceo, frigeo poscit.
Augeo praeterito facit auxi auctumque supino.
A cieo civi atque citum venit, at cio quartae est.

Verum *lavo lavas* est etiam tertiae *lavo lavis*: quare omnia verba composita ad hanc pertinent *abluo, proluo*, etc. *Poto* habet etiam praeteritum POTUS SUM. Varr. (1).

Composita verbi *sto, adsto, consto, exsto, praesto*; *adstiti, constiti, exstiti, praestiti*. supino vero frequentius *atum*, saltem participiis in *rus*, ut *praestatum* et *proestaturus*; *constatum* et *constaturus*. Cic. (2) *Se* PRAESTATUROS. Plin. (3) *Fructus ... minimo impendio* CONSTATURUS. *Juvo* habet *juvi jutum*: sic *adjuvo* habet *adjuvi adjutum*.

VI. Verba secundae conjugationis faciunt praeterita *ui* supino *itum*, ut *taceo tacui tacitum*; hujus verbi composita *reticeo*, *conticeo* carent supino: *arceo* vero *arcui* deficit supino, at composita ejus habent, ut *exerceo, exercui, exercitum*: *coërceo*, etc. *Prandeo prandi pransum*, *video vidi visum*, *sedeo sedi sessum*.

Mordeo, spondeo, pendeo (sine sup.), *tondeo* geminant primam praeteriti *momordi, spopondi*, etc. *Sorpsi* a *sorbeo* negant grammatici dici posse: quod si sit a *sorbo is*, tertiae est. Lucanus (4) tamen usurpavit ABSORPSIT neque videtur imitandus.

Supina verborum *valeo, careo, pareo, doleo, caleo, taceo*, vix fortasse sunt in usu: formantur tamen a nonnullis participia, ut *valiturus, pariturus, cariturus, doliturus, caliturus*.

Verba *veo* terminata faciunt praeterito *vi* supino *tum*, ut *moveo movi motum*, *ferveo ferbui* potiusquam *fervi* sine supino Est etiam *fervo fervis* tertiae.

Flaveo cum reliquis raro habet praeteritum idque fere apud priscos; *conniveo connivi* et *connixi* olim habuit.

(1) Ap. Gell. N. A. 2, 25. (2) Fam. 6, 8. (3) H. N. 18, 5. (4) Phars. 4, 100.

Deleo et orta pleo, ut repleo, neo in evit et etum.
Desiuit ast oleo per ui, composta sequuntur,
Quae redolent patrem, tantum evi cetera praebent:
Fert abolevit itum; sed vult adolevit adultum.
Audeo vult ausus, gavisus gaudeo poscit.
Et solitus soleo soluique aliquando recepit.
Praeteritis aveo, moeret polletque carebunt.

VII. *Tertia conjugatio. Finita in io*

Compositum a specio ac lacio exi, ectum: excipe verbum
Elicio elicui elicitum: sapui sapiive
Dat sapio solum; a feci deducito factum;
A jeci jactum; dat fodi s duplice fossum:
Praeterito cupio facit ivi itumque supino.
A capio cepi captum; fugi absque supino
A fugio; rapio rapui, dein ducito raptum;
A pario peperi partum, sed dic pariturum;
Comperio quartam socia cum prole sequuntur.
Praeteritum quatio nescit, dant pignora cussi
Et cussum. Mejo a mingo xi ctumque recepit.

Pavi a *paveo* agnoscitur a Diom. (1), usurpatur autem a Petron. (2) *Regnum Neptuni* PAVIT *Ulyxes*.

Maneo et ejus composita, ut *remaneo, permaneo,* quae non mutant *a*, *mansi mansum*; at quae mutant *a* in *i*, ut *immineo, promineo,* etc. et supino carent et eorum praeterita neque exemplis neque auctoritate confirmantur: praeter *emineo*, quod habet *eminui*. *Haereo haesi haesum, suadeo suasi suasum, mulgeo* et *mulceo mulsi mulsum, ardeo arsi arsum, tergeo tersi tersum, rideo risi risum, torqueo torsi torsum* frequentius *tortum*; *jubeo* geminat *s* utrobique; *indulgeo indulsi indultum, urgeo ursi* absque supino; et sex quae sequuntur *fulgeo fulsi, turgeo tursi, algeo alsi, luceo* et *lugeo luxi, frigeo frixi.*

Libet, licet, piget, pudet, placet duplex praeteritum habent *libuit* et *libitum est, licuit* et *licitum est, piguit* et *pigitum est, puduit* et *puditum est, placuit* et *placitum est*: at *miseret miseritum est, taedet taesum est, pertaedet pertaesum est.*

Cieo quod significat *moveo* habet in praeterito *civi* in supino *citum* penultima brevi, sic *concieo concivi concitum, excieo, percieo*: nam *accio, excio* sunt a *cio* quartae conjugationis, quod significat *voco*.

Deleo, fleo, neo, evi, etum: oleo olui; eandem rationem sequuntur composita, quae redolent, idest quae retinent patris vel simplicis significationem, ut *oboleo obolui*, sic *redoleo, suboleo*; cetera quae recedunt a significatione simplicis *oleo*, ut *exoleo* vel potius *exolesco evi*, et *inoleo* vel *inolesco inolevi*, quorum supina vix invenies apud bonum auctorem; *aboleo abolevi abolitum, adoleo* vel *adolesco adolevi adultum.*

VII. *Specio* et *lacio* verba sunt obsoleta, quorum composita sunt in usu, ut *conspicio, aspicio,* etc. *allicio, illicio,* etc. quae habent in praeterito *exi* supino *ectum*, ut *conspexi conspectum, allexi* (quamvis Piso (3) et Hygin. (4) ALLICUI usurpaverint) *allectum: elicio elicui* et apud Arnob. (5) etiam *elexi, elicitum.*

Sapio sapui vel *sapivi* imminutum *sapii*, unde *sapisti*. Martial. (6) *Nubere vis Prisco: non miror, Paula,* SAPISTI. *Sapui* tamen praesertim in compositis videtur usitatius; unde *desipui, resipui,* pro quo etiam *resipivi.*

Facio feci factum: ejus autem composita, quae *a* mutant in *i*, ut *perficio, conficio, afficio,* etc. habent *perfeci perfectum, confeci confectum, affeci affectum,* etc.

Cupio cupivi cupitum, pario peperi partum in participio *pariturus* a supino *paritum*; *comperio* et *reperio, aperio, operio,* etc. ad quartam conjugationem pertinent deque iis ibi dicemus.

Quatio videtur aliquando habuisse *quassi quassum*: unde *quassae rates* et *quasso quossas* frequentativum: composita sunt *concutio, decutio, excutio,* etc. quae habent *cussi cussum.*

(1) Lib. 1, 369, Putsch. (2) Sat. v. 139. (3) Ap. Priscian. 10, 877, Putsch. (4) Astronom. 2, 7. (5) Cont. Gent. 5, post init. (6) Epigr. 9, 6.

VIII. *Ejusdem tertiae uo, bo finita*

Poscit ui, utum verbum uo, ut arguo, polluo: verum
A ruo fit ruitum, sed utum composita reposcunt.
Dat struo struxi ctum; fluxi gignit fluo, fluxum.
Nulla supina luo, batuo metuoque pluoque,
Congruo nata nuo (ut renuo), ingruo, respuo poscunt.
In bo finitis bi sume bitumque supino;
Quo scabo, lambo carent; dant scribo nuboque psi, ptum:
Ut cubo sic genitum, quod in umbo tertia flectit.

IX. *Ejusdem tertiae co finita*

A duxi ductum, a dixi deducito dictum;
Vinco vicit amat victum; dabit icit et ictum
Ico, pepercit habet parco aut parsi, adjice parsum.
Sco finita petunt vi, tum, ceu nosco, quiesco:
Agnitus agnosco, cognosco cognitus edit;
Pasco dabit pastum: conquexi haud suscipit usus;
Disco petit didici tantum, sic posco poposci;
Compesco per ui, dispescoque, tolle supinum.
Nil ea, quae vulgo verba incoeptiva vocantur,
Producunt, veluti mitesco, senesco, tepesco;
Jungitur his hisco tum glisco, dehisco, fatisco.

X. *Ejusdem tertiae do finita*

A do praeteritum sumet di sumque supinum,
Ut mando mandi: fundo cum scindere, findo
N perdunt, geminant s findo et scindo supino:
Fido tamen fisus, pandi vult pandere passum;
Tundo facit tutudi tunsum compostaque tusum,

VIII. Verba in *uo* habent in praeterita *ui*, in supino *utum*, ut *statuo, statui, statutum*: *ruo* facit *rui ruitum*, *rutum* praecipue in compositis, ut *obrutum*.

Nata *nuo*, idest composita a verbo *nuo* inusitato, ut *annuo, innuo, renuo*, etc. *luo, batuo, metuo, pluo* et reliqua supino carent: a quibusdam tamen tribuuntur supina verbis *annuo, innuo, renuo* sed sine exemplis.

Desinentia in *bo* habent *bi, bitum*, ut *bibo bibi bibitum, scabo scabi, lambo lambi; lambitum* invenies apud Prisc. (1) sine ullo tamen testimonio; *scribo scripsi scriptum, nubo nupsi* vel *nupta sum, nuptum.*

Ut facit simplex *cubo* primae sic ejus composita tertiae, ut *occumbo occubui occubitum*, de quo supra diximus in prima conjugatione.

IX. *Duco duxi ductum, dico dixi dictum, vinco vici victum*, etc. *Parco* habet etiam *parsi*; Plaut. (2) *Nil pretio* PARSIT, *filio dum parceret*. Ter. (3) *Hanccine ego vitam* PARSI *perdere?* Supino *parcitum* et *parsum*. Liv. (4) *Nedum eos Capuae* PARSUROS *credam*. Sever. (5) *Vel solis* PARSURA *pius.*

Finita *sco* faciunt *vi, tum*, ut *consuesco consuevi consuetum, agnosco agnovi agnitum, cognosco cognovi cognitum, pasco pavi pastum; conquinisco*, idest *caput inclino* jam nihil habet.

De inchoativis vide n. II. Infiniti praeteritum verbi *dehisco* reperitur apud Varr. (6); *In eo loco* DEHISSE *terram.*

X. *Do* syllaba terminata praeterito *di* supino *sum* faciunt, ut *cudo cudi cusum, scando, mando*, etc. Sed composita a *do*, ut *addo, condo, dedo, edo, prodo, reddo, trado*, etc. habent *didi, ditum*. *Fido* et composita *fidi* et *fisus sum, fundo, scindo, findo*, amittunt *n* utrobique. *Pando* in supino etiam *pansum* habet.

(1) Lib. 10, 884. Putsch. (2) Capt. Prol. 32. (3) Hecyr. 3, 1, 2. (4) Hist. 26. 13. (5) Aetnae 621. (6) De L. L. 4, 32.

Datque cado cecidi casum. sed caedo cecidi
Et caesum; tentum vel tensum tendo tetendi;
Pendo pependit amat pensum; dat pedo pepedi
Solum; di sido tantum stridoque rudoque.
Dant si, sum laedo, claudo cum divido, ludo,
Ac rodo, trudo necnon cum plaudere rado;
Vado nihil, vasi vasum composta reposcunt:
S gemino cessi cessum cum pignore cedo.

XI. *Ejusdem tertiae go, guo, ho finita*

Go vel guo faciet xi, ctum: tamen illa supinis
N tria deperdunt stringo cum fingere, pingo;
Tango cupit tetigi tactum, egi ago poscit et actum;
Pango petit pepigi aut panxi, sed pignora pegi,
Impingo velut, impegi pactumque supinum.
A lego fit legi lectum; dat frangere fregi
Et fractum; pungo pupugi punctumque reponit,
Compositisque dabis punxi, si legeris usquam:
Negligit exi, ectum cum intelligo, diligo poscit;
Spargo facit si, sum, pariter cum mergere tergo;
Sed figo fixi fixum: egi prodigo dego
Tantum; dat ninxi ningo: ango postulat anxi.
Nil tribues vergo et satago, quibus ambigo junges.
A veho dic vexi vectum; traxi a traho tractum.

XII. *Ejusdem tertiae lo finita*

Lo luit atque litum, sed alo deposcit et altum;
A colo dic cultum, consultum consulo gignit
Occuloque occultum; falsum dat fallo fefelli.
Nulla supina volo cum nolo, nulla refello,
Nulla petit malo cum psallo, cui dato psalli,
Ante et prae cello nihil; excello luit optat.
Perculit et culsum percello; velloque velli
Vulsum: pello capit pepuli pulsumque supino;
Sustulit et latum tollo, tetuli dedit olim.

Vado caret praeterito; composita habent *vasi vasum*, ut *evado evasi evasum*, sic *invado*: *tundo* habet *tunsum* et apud Plin. (1) TUSUM; sed composita *tudi tusum*, ut *contundo contudi contusum*. *Sido* sidi apud Colum. (2) frequentius *sedi sessum* a *sedeo*: in compositis *insedi insessum*; *assedi assessum*. *Rudo* facit etiam RUDIVI, Apulej. (3), *Claudo*, idest *obsero*, praebet *clausi clausum*.

XI. Verba *go* vel *guo* terminata faciunt praeterito *xi* supino *ctum*, ut *tego texi tectum*, *plango planxi planctum*, *rego rexi rectum*, *surgo surrexi surrectum*, *extinguo extinxi extinctum*.

Pango pepigi et *pegi* apud priscos, vel *panxi*, *pactum*, composita *pegi* solum, *pactum*, ut *impingo impegi impactum*, *compingo*, etc. *Pungo* facit *pupugi punctum*, *punxi* nusquam legi apud bonum auctorem. *Stringo* in supino *strictum*, *fingo fictum*, *pingo pictum*.

XII. Verba *lo* finita faciunt praeterito *lui* supino *litum*, ut *molo molui molitum*, *alo alui alitum* et *altum*; *ante* et *prae cello*, idest *antecello* et *praecello* carent praeterito, quod habet *excello* sine supino.

Percello fere habet *perculi perculsum*: et *vello velli vulsum*; nam *perculsi* et *vulsi* raro usurpantur; *tollo sustuli sublatum*, *extollo extuli elatum*, dempta syllaba a *tetuli* obsoleto.

(1) H. N. 36, 25. (2) De R. R. 12, 24. (3) Metam. 7, in med.

XIII. *Ejusdem tertiae mo, no, po, quo finita*

Mo per ui dat itum; tremo ponitur absque supino;
At promo, demo psi, ptum cum sumere, como;
Emi emptum dat emo, premo pressi s duplice pressum.
Pono facit posui positum; genui genitumque
Dat gigno, cerno crevi compostaque cretum;
At cano vult cecini cantum, cinui dat et entum
Concino cum sociis; stravi stratumque requirit
Sterno; petit sperno sprevi spretumque; beatum est
Prole lino lini, livi levique litumque;
Psi, ptum contemno; sino dat sivique situmque.
Po finita ferent psi, ptum, ceu repere, carpo:
Rumpo dat rupi ruptum; strepui strepo tantum
Et serpo serpsi; coxi coctumque supino
Vult coquo: linquo petit liqui, dant pignora lictum.

XIV. *Ejusdem tertiae ro, so finita*

Quaero quaesivi quaesitum, curro cucurri
Cursum; nil ferme verro; dic a gero gessi
Et gestum; trivi tero dat tritumque supino.
Ferre tuli latumque; uro dabit ussit et ustum;
A sero fit sevi atque satum; evi rustica proles
Atque situm, serui et sertum sed cetera turba.
Dant sivi situmque lacesso, capesso, facesso:
Pinso pinsui amat pistum pinsumque simulque
Pinsitum: at incesso cessi sivique reposcit.
Si, sum viso facit, quaeso spoliatur utroque.

XIII. *Mo* syllaba terminata faciunt praeterita *ui* supino *itum*, ut *gemo gemui gemitum; tremo tremui* caret supino; *promo prompsi promptum, demo dempsi demptum*, sic etiam *sumo* et *como*.

Cerno cum significat *videre*, nullum habet praeteritum, in alia significatione habet *crevi* raro *cretum* nisi in compositis, ut *decrevi decretum*; ita *secerno, discerno, excerno. Lino* triplex habet praeteritum *lini livi* et *levi*, supino *litum*, nam *linivi* a *linio* deducitur, unde *delinio delinivi delinitum*, etc. *Tempsi temptum* fortasse non invenies; *contempsi contemptum* usitatissimum est: *linquo liqui* solum, composita *lictum*, ut *relinquo reliqui relictum*, etc.

XIV. *Quaero* habet *quaesivi* vel *quaesii quaesitum: uro ussi ustum. Verro* particip. *versus* habet, praet. *verri* et *versi* ponunt grammatici. *Fero tuli latum*, olim *tetuli* a *tollo*. Ter. (1) *Incoepi, dum res* TETULIT, *nunc non fert.*

Sero simplex, idest *semino, sevi satum* et *sero*, idest *necto, serui sertum*; composita vero, si ad rem rusticam pertinent, *sevi situm*, sin ad res alias *serui sertum*, ut *consero*, idest *simul sero, consevi consitum* (rarum est illud Liv. (2) *Quam arborem* CONSERUISSET *sub ea legere altum fructum indignum esse*); *consero*, idest *congredior, conserui consertum. Insero*, idest *intus sero, insevi insitum* vel *inserui insertum*. Colum. (3) *Quidquid* INSERUERIS, *vimine vel ulmi libro diligenter ligato*. Id. (4) *Nocet nimius humor nec patitur surculos* INSERTOS *comprehendere. Insero*, idest *immitto, inserui insertum. Dissero*, hoc est *dissemino, dissevi dissitum; dissero*, idest *disputo, disserui, dissertum*. Sic *assero*, idest *juxta sero* et *assero*, idest *affirmo* et alia. *Desero* nempe *semino, desevi desitum*, in participio etiam DESERTUS Tibull. (5); *desero* (*derelinquo*) *deserui desertum: exsero* habet *exserui exsertum*, quia ad rem rusticam non pertinent. *Furo* supra numeravimus in his, quae praterito et supino carent. Haec tria *lacesso, capesso, facesso sivi, situm* faciunt, ut *capesso capessivi, capessitum. Facesso* etiam *facessi*. Cic. (6) *Ipse profecto metuere incipies, ne innocenti periculum* FACESSERIS.

Pinso pinsi, pinsui et supinum triplex *pinsitum, pinsum* et *pistum*; *viso visi visum, quaeso* tantum in plurali habet *quaesumus*, ceteris caret.

(1) Andr. 5, 1, 13. (2) Hist. 10, 24. (3) De arboribus 8. (4) Loc. cit. (5) Eleg. 1, 1, 11. (6) De Rep. 4, ap. S. Aug. De Civ. Dei 2, 11.

*

XV. *Ejusdem tertiae to, vo, xo finita*

Dat flecto xi, xum pariter cum nectere pecto,
Et xui amat necto: peto suscipit ivit et itum;
Verto facit verti versum; dat mittere misi
Ac missum; meto messui habet, s duplice messum;
Sisto stiti statum activum, neutrale sequetur
Sto verbum; sterto tantummodo stertuit optat.
Vivo feret vixi victum; solvique solutum
Solvo, sic volvi donabit volvo volutum;
Denique texui habet texo textumque supino.

XVI. *Quarta conjugatio*

Quarta dat ivi, itum; tribuit sepelire sepultum;
Sentio vult sensi sensum; dat amixit amictum;
Veneo fert venum, quod ferme venit optat.
Praesentis perio per ui variatur et ertum,
Comperioque peri, pertum, reperique repertum.
Dat venio veni ventum; psi sepio septum;
Nil sibi deposcit singultio: sancio sanxi
Sanctum et sancitum dat, vinxi vincio vinctum;
Vult salio salii saltum, sed pignora sultum;
Haurio fert hausi atque haustum, sed farcio farsi
Fartum, sic sarsi sartum dat sarcio; fulsi
Fulcio habet fultum. Nil dant meditantia verba,
Esurit excepto; ferio nihil ajoque poscunt.

XV. *Flecto flexi flexum, necto nexi* vel *nexui nexum, pecto pexi pexum, pexui* et *pectivi* apud grammaticos. *Plecto* idest *implico* habet particip. *plexus*, praet. *plexi* apud grammaticos, hioc *plectilis, implexus*, etc. *plecto* autem, ideat *percutio*, nihil habet.

Sisto active pro *retinere*, ot *sistere lacrymas*, *sistere gradum* (Plin. (1) *Songuinis profluvium* SISTIT *herbae paeoniae semen rubrum*), et pro *praesentare se*, sive *comparere*, ut quidam vulgo loquuotur (Cic. (2) *Illud obs te peto, des operam... ut ante cal. jan. ubicunque erimus*, SISTAS), habet *stiti*, ut ait Gell. (3) et supinum *statum*, ut docent Jorisperiti (4). *Sisto* vero neutrum quod est *stare* vel *consistere*, sequitur verbum *sto* et habet cum eo praeteritum commune *steti* juxta Charisium (5), Diomedem (6) et Priscianum (7). Composita etiam oeutra sunt, ut *resisto, obsisto, persisto, insisto* ac retinent literam *i* io praeterito ut *resisto restiti*; sic *insisto, obsisto, persisto, subsisto*, quorum supinis tutius uteria, cum apud probatos scriptores legeris.

XVI. Verba quartae coojogationis habent in praeterito *ivi*; eadem, ablata per syncopen *v* coosonante, per *ii* efferuntur, ut *audivi* vel *audii*, *munivi* vel *munii*, *petivi* vel *petii*: sic a *veneo venii* usitatius quam *venivi* supino *venum* et *venitum*.

Sepelio ivi, ii, sepultum, et participium SAPELITUS apud Cat. (8): *sentio sensi*, *amicio* supino *amictum*, onde participium *amictus a um* frequentissioum est. AMICUI, quo Brutus (9) est usus, minus placet quam AMIXI, qoo utitur Varro (10).

Praesenti in *perio* finita faciuot *ui* praeterito, *ertum* supino, ut *aperio aperui apertum* eodemque modo *operio*: *comperio* tameo habet *comperi compertum* et *reperio reperi repertum*.

De meditativis recole dicta §. 82, II. Non sunt meditativa *ligurio ligurivi, scaturio*; idcirco io his personae trisyllabae penultimam producunt. Horat. (11) *Puer unctis-Tractavit calicem manibus, dum furta* LIGURIT.

(1) H. N. 26, 12. (2) Att. 3, 25. (3) N. A. 2, 14. (4) Ulpiao. Dig. 2, 6, 3. (5) Lib. 3, 220. Pustsch. (6) Lib. 1, 369 et 376 Putsch. (7) Lib. 10, 903. Putsch. (8) Ap. Prisc. Lib. 10, 909. Putsch. (9) Ap. Diom. 1, 364. Putsch. (10) Ap. Diom. ibid. (11) Sat. 2, 4, 78.

XVII. *De verbis deponentibus et communibus*

Si dare praeteritum vis deponentibus aptum ,
Expedit activas illis affingere voces,
Ut vereor vereo, veritum fluet inde supinum
Indeque praeteritum veritus sum, ita cetera forma :
Respuit hanc legem proficiscor , namque profectus
Donat et ulciscor facit ultum , adipiscor adeptus;
Dat fateor fassus, questus queror atque locutus
Fert loquor et nitor nisus vel nixus amabit ;
Metior et mensus , patior passus , reor autem
Dat ratus, oblitum vult obliviscor ; at utor
Usum, expergiscor vult experrectus habere;
A fruor est fruitus , verum a sequor ede sequutus;
Dat gradior gressus , misereri redde misertus,
Nanciscor nactus faciet pactusque paciscor ,
Comque miniscor habet commentus et ordior orsus;
Mortuus at morior capiet , feret ortus oriri ,
Nascor amat natus : per iturus flecte futurum
In tribus extremis. Recte spoliabis utroque
Haec vescor, liquor , ringor , medeor , reminiscor.

Ferio et *ajo* nec praeteritum nec supinum habent, mutuari tamen possunt, *ferio percussi* a *percutio, ajo dixi* a *dico* aut ab aliis. *Sancio* fortasse olim habuit etiam *soncivi,* ut supinum *sancitum* videtur ostendere.

Salio pro *salto saltas* habet *salivi* et *salui:* Ovid. (1) *Per flammas* SALUISSE *pecus :* quod est in usu praesertim in compositis *insilui, desilui , resilui.* Sed *salio* pro *sale condio is* ad regulam generalem quartae conjugationis spectat. De *ajo* tamen vide §. 77. et 78.

XVII. Praeteritum in deponentibus et communibus facile formabis, si fingas illorum activum, ut si *vereor* a *vereo* deducas , inde *verui veritum* atque inde formes *veritus sum. Blandior,* quasi a *blandio blandivi blanditum , blanditus sum* atque in ceteris eodem modo.

Quaedam tamen hoc modo formari non possunt , ut *proficiscor profectus sum , fateor fassus sum , confiteor confessus sum, diffiteor* caret praeterito.

Fruor et *misereor* habent etiam *miseritus* et *fructus sum.* Lucr. (2) *Ea quae* FRUCTUS *cunque es.* Phaedr. (3) *Alii contra* MISERITI *misere panem. Nanctus* pro *nactus* agnoscitur ab eruditis in pluribus auctorum locis. *Metior mensus* raro *metitus sum:* Ulpian. (4) *Quae quis ingenio suo* METITUS est.

Tria haec *morior, orior, nascor* in praeterito *mortuus, ortus, natus sum;* in participio futuri habent *moriturus , oriturus , nasciturus.*

Quinque postrema *vescor eris, liquor eris , ringor eris , medeor, reminiscor* carent praeterito et supino , ut diximus n. I.

§. 83. DE PARTICIPIO

I. Participium est pars orationis, quae tum casus tum tempora habet. Participium differt, auctore Varrone (5), a nominibus verbalibus, ut *amator, lector,* quod haec nullum tempus praesens , praeteritum futurumve adsignificant, quod tamen adsignificant participia *amans, amatus, amandus, amaturus.*

II. Participia praesentis temporis in *ans* vel *ens* exeunt et ab omni verborum genere nascuntur exceptis passivis, ut *amans, serviens, complectens, utens.*

III. Praeteriti temporis in *tus, sus, xus* desinunt ac fiunt a verbis passivis,

(1) Fast. 4, 805. ap. Prisc. 10, 906. Putsch. (2) De N. R. 3 , 954. (3) Fab. 4, 2, 4. (4) Dig. 32, 1, 50. (5) De L. L. 7, 32.

communibus et deponentibus, ut *amatus*, *complexus*, *usus*. Unum in *uus* reperitur *mortuus* videlicet a *morior*.

IV. Participia futuri tum in *rus* tum in *dus* exeunt.

V. In *rus* oriuntur ab omni genere verborum exceptis passivis, ut *amaturus*, *serviturus*, *amplexurus*, *usurus*.

VI. In *dus* fiunt a passivis et communibus, ut *amandus*, *complectendus*: saepe etiam a deponentibus, quae accusandi casum habent, praesertim si aliquando fuerunt communia, ut *sequendus* a *sequor*, *ulciscendus* ab *ulciscor*, *exsecrandus* ab *exsecror*, *utendus* ab *utor*, etc.

VII. Participia praesentis in *ans* vel *ens* et futuri in *rus* retinent significationem verborum a quibus oriuntur, nisi verbum ipsum passive significet, ut *vapulans vapulaturus*: praeteriti vero participia passive tantum, ut *amatus*, nisi verbum ipsum vel commune sit ut *complexus*, vel active significet, ut *sequutus*.

VIII. Participia futuri in *dus* semper passive significant, etiamsi a communibus vel deponentibus fiant, ut *complectendus*, *sequendus*; quamvis ea non raro necessitatem, officium, debitum aut simile quid significent potius quam tempus futurum, ut fusius exponemus suo loco. Cic. (1) *Quam* (meam domum) *senatus unam... ex aerario* AEDIFICANDAM, *a pontificibus* LIBERANDAM, *a magistratibus* DEFENDENDAM, *a judicibus* PUNIENDAM *putaret*; idest putaret aedificari debere aut oportere aut dignam esse, quae aedificaretur, etc. Sic interdum participia in *rus* officium aut quandam animi deliberationem significant, ut non sum *deserturus* rempublicam; idest deserere non debeo, statui non deserere.

IX. In iis primae conjugationis verbis, quorum supina juxta grammaticos in *itum* vel *ctum* exeunt, participia in *rus* per *a* fieri solent; ut *sonaturus*, *domaturus*, *plicaturus*, *explicaturus*, *implicaturus*, *fricaturus*, *refricaturus*, *defricaturus*, *secaturus*, *necaturus*, *enecaturus*. Horat. (2) *Os magna* SONATURUM. Caes. (3) *Ibi se reliquum consilium* EXPLICATUROS *confidebant*. Cic. (4) *Quae res forsitan sit* REFRICATURA *vulnus meum*. Colum. (5) *Supra quam ramum* SECATURUS *es*. Ovid. (6) *Ore* NECATURAS *accipiemus aquas*. Aliorum tamen verborum participiis in *aturus* uteris, si apud scriptores repereris. Verum *domo*, *implico*, habent etiam *domiturus*, *impliciturus*, et *explico*, *expliciturus*. Virg. (7) *Durum Bacchi* DOMITURA *saporem*. Ovid. (8) *Sertaque caelestes* IMPLICITURA *comas*. Stat. (9) *Atria congestos satis* EXPLICITURA *clientes*. In reliquis autem *sono*, *neco*, etc. participia in *iturus* vel *cturus* a probatis auctoribus usurpata non legi.

X. Participiis praesentis et futuri in *dus* carent *fio*, *reor*, *malo*, *sum* cum compositis praeter *absens* et *praesens*. Carent etiam impersonalia praeter *poenitens*, *poenitendus*, *pigendus*, *pudendus*: nam *libens*, *pudens*, *potens* nomina potius sunt. FRUENS participium legitur apud Valer. Flacc. (10), FRUITURUS dixit Cic. (11); *fruendus* non raro invenies.

XI. Participia futuri in *rus* a compositis verbi *ruo* et a *solitum*, *saltum*, *mansum* (a *mando*) non invenio; a *pastum*, *satum* raro inveniuntur. Varr.

(1) De Har. Resp. 8. (2) Sat. 1, 4, 44. (3) B. C. 1, 78. (4) Att. 12, 18. (5) R. R. 5, 9. (6) Trist. 1, 2, 36. (7) Georg. 4, 102. (8) Fast. 5 220. (9) Theb. 1, 146. (10) Arg. 4, 38; et 5, 380. (11) Tusc. 3, 17.

(1) *Quot greges et quantos sit* PASTURUS. Plin. (2) *Autumno aliquid* SATURUS. Carent iisdem *reor, faris* vel *fare* et impersonalia praeter LICITURUM a *licet* Cic. (3), et PUDITURUM Plin. (4), et POENITURUM Sallust. (5). Carent et verba meditativa et inchoativa, quamvis Ter. (6) ESURITURUS dixerit.

XII. *Morior, orior, pario, nascor* habent participia *moriturus, oriturus, pariturus, nasciturus* non autem *morturus, orturus, parturus, naturus*. A supinis vero *statum, restitutum* et *fluxum* rite formantur STATUTURUS Cic. (7), RESTITUTURUS Id. (8) FLUXURUS Colum. (9).

XIII. Quamvis a *lugeo, sorbeo* vel *sorbo, sapio, arceo* nonnulli putent esse supina *luctum, sorptum* vel *sorbitum, sapitum, arcitum,* non tamen habent participia praeteriti *luctus, sorptus* vel *sorbitus, sapitus, arcitus:* rite tamen dicimus *coërcitus, percitus.*

§. 84. DE PRAEPOSITIONE

I. Praepositio est pars orationis, quae ceteris partibus aut separata aut conjuncta fere praeponitur : separata , ut non sum apud me *prae* iracundia; conjuncta, ut *praestat* millies mori, quam Deum vel levissime offendere.

II. Praeceptum de praepositionibus quae ablativo serviunt.

Trans, apud, adversus quarto jungantur et ante,
Pone, per, adversum, juxta, prope, versus et infra,
Ad, post et circum, circa, cis, circiter, extra,
Praeter, ob, intra, erga, citra, secus, usque, secundum,
Et propter, contra, supra, penes, inter et ultra.

III. Praeceptum de praepositionibus quae ablativo serviunt.

Abs, ab et a poscunt, cum, clam sibi sumere sextum
Et tenus atque palam, procul, absque fruuntur eodem,
Ex, e, de, coram, pro, prae, sine; ponitur apte
Post patrium ferme numero tenus una secundo.

IV. *Tenus* praepositio fere genitivum amat, cum vocabulo multitudinis adhaeret, ut *Cumarum tenus, lumborum tenus;* alioquin ablativum, ut *pectore tenus, ore tenus.*

V. Accusativum vel ablativum pro varia significatione postulant *in, su' super: subter* autem in eadem significatione apud oratores accusativum habet apud poëtas etiam ablativum.

VI. Praepositiones, quae tantum conjunctae praeponuntur, sunt *am, con, di, dis, re, se;* ut *ambigo, confero, dinumero, disputo, refero, sejungo.*

VII. *Am* praepositio in compositione *circum* significat, et per *m* scribitur, ut *amputo;* sed per *n*, sequente *f, c, q,* ut *anfractus, ancisus, anquiro;* vocali sequente, intercipit *b*, ut *ambesus, ambitus, ambustus.*

§. 85. DE ADVERBIO

Adverbium est pars orationis, quae vocibus addita earum significationem explanat ac definit, ut *raro loquitur, bene peritus, vehementer iratus, parum diligenter.*

(1) R. R. 2, 1. (2) H. N. 18, 23. (3). Att. 2, 1. (4) Hist. 36, 15. (5) Ap. Quintil. 9, 3. (6) Heaut. 5, 2, 28. (7) Att. 4, 2. (8) Divin. Verr. 15. (9) R. R. 3, 2.

Adverbiorum varia sunt genera et significationes.

Optandi, ut *utinam, o, si, sic.*

Vocandi, ut *o, heus, eho.*

Interrogandi, ut *cur? quare? quid ita? quamobrem?*

Respondendi affirmative, ut *etiam, ita, maxime, quidni?*

Confirmandi, ut *profecto, sane, certe, scilicet.*

Negandi, ut *non, nequaquam, minime, haud, haudquaquam.*

Dubitandi, ut *forsan, forsitan, fortassis, fortasse.*

Hortandi, ut *eja, age, agedum, agite.*

Prohibendi, ut *ne.*

Demonstrandi, ut *en, ecce.*

Eligendi, ut *potius, imo.*

Comparandi, ut *magis, minus, fortius.*

Congregandi, ut *simul, una, pariter.*

Separandi, nt *seorsum, separatim.*

Intendendi, ut *acriter, studiose, vehementer.*

Remittendi, nt *segniter, remisse, oscitanter.*

Temporis, ut *hodie, cras, pridie, perendie, heri, nudiustertius, nudiusquartus.*

Loci, ut *hic, huc, hinc, horsum.*

Numeri, ut *semel, bis, ter, saepe, centies, millies*, quae agentes de nomine supra latius posuimus.

Ordinis, ut *primum, deinde, tum, postremo.*

Eventus, ut *forte, fortuito.*

Similitudinis, ut *sicuti, ut, uti, quemadmodum.*

Diversitatis, ut *aliter, secus.*

Qualitatis, ut *prudenter, perite, eleganter.*

Quantitatis, ut *parum, multum, nimium, satis.*

Jurandi, nt *hercule, hercle, mehercule, medius fidius, ecastor, pol, edepol* et alia, hoc est *per Herculem*, etc. quibus tamen adverbiis uti christiano non licet.

Exclndendi, ut *solum, tantum, tantummodo, vix.*

Explanandi, ut *nimirum, nempe, videlicet.*

Rei nondum plane peractae, ut *fere, ferme, propemodum.*

§. 86. DE INTERJECTIONE

Interjectio est pars orationis, quae varios animi affectus indicat.

Interjectionum variae snnt formae et significationes.

Laudantis et nonnunquam exultantis, ut *euge.*

Exultantis et interdum insultantis, ut *vah.*

Laetantis, ut *evax, vah.*

Indignantis aut se corripientis, ut *hem.* Sulpic. (1) HEM *nos homunculi indignamur, si* etc. Eadem demonstrantis est. Ter. (2) *Pamph. Obsecro te, quam primum, hoc me libera miserum metu. Dav.* HEM *libero.*

Dolentis et ingemiscentis, ut *ah, heu, hei.*

(1) Ap. Cic. Fam. 4, 5. (2) Andr. 2, 2, 14.

Suspirantis, ut *ah ah.*
Lugentis, ut *hoi, hei.*
Ejulantis, ut *oh oh oh.*
Admirantis, ut *papae, oh, vah.*
Admirantis et interdum ironiae, ut *hui.*
Irridentis, ut *o*. Cic. (1) o *praeclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum.*
Exclamantis, ut *proh, o.*
Silentium indicentis, ut *st.*
Timentis, ut *hei.*
Deprehendentis aliquid ex improviso, ut *at at.*
Praesagientis malum aut miserantis vel minantis, ut *vae.*
Rejicientis cum fastidio, ut *apage, apage sis.*
Stomachantis sive indignantis, ut *malum.*
Exsecrantis, ut *nefas, infandum.*

§. 87. DE CONJUNCTIONE

I. Conjunctio est pars orationis annectens ordinansque sententiam. Conjunctionum species sive significationes variae sunt.

II. Copulativae seu connexivae sunt *ac, atque, et, que.*

III. Disjunctivae *vel, ve, sive, seu, aut, nec, neque, ne.*

IV. Adversativae *etsi, tametsi, quanquam, quamvis, attamen, veruntamen,* etc.

V. Collectivae sive illativae sive rationales *ergo, igitur, quare, quamobrem, quocirca, quapropter, itaque,* etc.

VI. Causales *nam, namque, siquidem, quandoquidem, quia, quoniam, enim, etenim, quod, propterea quod,* etc.

VII. Conditionales *si, nisi, si quidem, modo, dummodo.*

VIII: Expletivae *quidem, equidem,* etc.

IX. Conjunctiones autem partim sunt praepositivae partim subjunctivae partim mediae.

X. Praepositivae sive principes sunt, quae in oratione praeeunt, ut *aut, ac, atque, at, ast, vel, nec, neque, nisi, seu, sive,* etc.

XI. Subjunctivae sive subditae, quae subeunt, ut *que, ve, ne, quidem, quoque, autem, vero, enim.*

XII. Communes sive mediae, quae praeeunt et subeunt, ut *ergo, igitur, itaque, equidem,* etc.

§. 88. PRAECEPTA GENERALIA

DE CONSTRUCTIONE TIRONIBUS EDISCENDA

I. Adjectivum nomen concordat cum substantivo in genere, numero et casu, ut *puer ingeniosus, memoria infirma, ingenium tardum.*

II. Relativum *qui quae quod* cohaeret cum antecedente in genere et numero, ut: non est dicendus *puer* ingenuus, *qui* verecundiam non amat: accepi tuas *literas, quae* mihi jucundissimae fuerunt: legi tuum *epigramma, quod* mihi mirandum in modum placuit.

(1) Phil. 3, 11.

III. Quotiescunque duo nomina substantiva ad res diversas pertinentia in oratione ponuntur sine conjunctione, alterum erit genitivi casus, ut *libertus Pompeii*, *epistola Ciceronis*, *carmen Virgilii*.

IV. Verbum personale finiti modi postulat ante se nominativum ejusdem numeri et personae, ut *ego lugeo*, *tu rides*, *praeceptor docet*, *nos legimus*, *vos scribitis*, *aleatores vapulant*.

V. Verbum infiniti modi ante se accusativum habet, ut gaudeo *te* bene valere: doleo *parentes tuos* aegrotare: laetor *fratrem tuum* salvum et incolumem venisse.

VI. Verbum substantivum non solum ante, sed etiam post se nominativum poscit, ut parsimonia est *magnum vectigal*: avus tuus fuit *vir doctus*: verecundia est *maximum ornamentum* pueritiae.

VII. Omne verbum personale finiti modi potest utrinque habere nominativum pertinentem ad eandem rem, ut *hic* vocatur *Paulus*: *ille* vivit *miserrimus*: *boni* moriuntur *laeti*.

VIII. Verbum activum post se accusandi casum postulat, ut pueri ingenui amant *literas*: frater tuus legit *Ciceronem* diligenter.

IX. Verbum passivum post se ablativum desiderat cum praepositione *a* vel *ab*, ut literae amantur *a pueris ingenuis*: Cicero legitur *a fratre tuo* diligenter.

X. Quodvis verbum admittit praepositionem cum suo casu, ut fui *in templo*: eo *in gymnasium*: sedeo *in scamno*.

XI. Omne verbum et multa nomina dativum habere possunt ejus rei, cui damnum aliquod vel commodum datur, ut laboras *aliis*, *mihi soli* es otiosus: Catilina fuit perniciosus *reipublicae*: senes non *sibi*, sed *filiis*, aut *nepotibus* arbores serunt.

XII. Temporis continuatio in accusativo vel ablativo ponitur, frequentius tamen in accusativo; ut pater tuus vixit *quinquaginta annos* vel *quinquaginta annis*: dedi operam Diomedi *tres annos* vel *tribus annis*: scripsi *duas horas* vel *duabus horis*.

XIII. Cuilibet verbo potest addi ablativus significans pretium, ut emi librum *decem denariis*: vendidisti atramentarium *tribus sestertiis*: vel instrumentum, ut scribo *calamo*: percutior *ferula*: vel causam, ut servus tuus interiit *fame*: tabesco *dolore*.

XIV. Gerundia, supina et participia postulant post se casus verborum, a quibus oriuntur, ut scribo *literas*: tempus est scribendi *literas*: eo scriptum *literas*: sum scripturus *literas*.

LIBER SECUNDUS

SYNTAXIS



DE CONCORDANTIIS

§. 89. *De nomine cum verbo*

I. Verbum personale finiti modi antecedit nominativus aperte vel occulte ejusdem numeri et personae. Cic. (1) *Si vales, bene est:* EGO *valeo.*

II. Nam verbum infiniti modi ante se accusativum habet. Cic. (2) *Sed* HUNC *quidem* NIMBUM *cito transiisse laetor.*

III. Verbum infinitum interdum partes nominativi agit. Cic. (3) OPORTERE *perfectionem declarat officii.* Ter. (4) *Non est* MENTIRI *meum.*

IV. Interdum verbum cum suo casu. Cic. (5) VACARE CULPA *magnum est solatium.*

* V. Voces copulatae fere verbum plurale desiderant. Cic. (6) *Hic nobiscum* SUNT *Nicias et Valerius.* Nonnunquam omittitur conjunctio. Id. (7) *Frons, oculi, vultus persaepe* MENTIUNTUR; *oratio vero saepissime.*

* VI. Verbum plurale nobiliorem personam sequitur. Prima nobilior est, quam secunda et tertia: secunda tertiae anteponitur. Cic. (8) *Si tu et Tullia lux nostra* VALETIS, *ego et suavissimus Cicero* VALEMUS.

* VII. Prima et secunda persona fere non explicantur, nisi cum altera alteri quodam modo opponitur, aut cum earum diversa studia significamus. Cic. (9) EGO *conservari coloniam populi Romani cupio,* TU *expugnari studes.* Auct. ad Herenn. (10) EGO *capitis mei periculo patriam liberavi,* VOS *liberi sine periculo esse non curatis.* Aut cum plus significamus, quam dicimus. Cic. (11) TU *innocentior quam Metellus? tu* plus significat, quam verbum ipsum per se declarat.

**VIII. Utuntur interdum oratores in copulatis vocibus verbo singulari, sed rarius. Cic. (12) *Vos, vos, inquam, ipsi et senatus frequens* BESTITIT. Id. (13) *Mens et ratio et consilium in senibus* EST.

**IX. Poëtae et historici verbo plurali interdum utuntur intercedente praepositione *cum*. Ovid. (14) *Litora* CUM *plausu clamor superasque Deorum* IMPLEVERE *domos.* Liv. (15) *Ipse dux* CUM *aliquot principibus* CAPIUNTUR. Sallust. (16) *Bocchus* CUM *peditibus... postremam Romanorum aciem* INVADUNT. Nep. (17) *Demosthenes* CUM *ceteris... in exilium* ERANT EXPULSI. Oratores singulari. Cic. (18) *Domitius* CUM *Messala certus esse* VIDEBATUR.

**X. Poëtae intercedente etiam praepositione *cum* verbum multitudinis praestantiori personae reddunt. Virg. (19) DIVELLIMUR *inde-Iphitus et Pelias* MECUM. Oratores vero verbum nominativo reddunt nulla habita ratione ablativi.

(1) Fam. 14, 8. (2) Att. 15, 9. (3) Orat. 22. (4) Heaut. 3, 2, 38. (5) Fam. 7, 3. (6) Att. 12, 53. (7) Ad Q. Fr. 1, 1, 5. (8) Ad Herenn. 4, 53. (9) Phil. 8. c. 5. (10) L. 4, c. 53. (11) Verr. act. 2, 3, 17. (12) Pro Rab. 6. (13) De senect. 19. (14) Met. 4, 734. (15) Hist. 21, 60; sic 22, 21; et alibi. (16) Jugurth. 101. (17) Phocion. 2. (18) Ad Q. Fr. 3, 2. (19) Aen. 2, 431.

Cic. (1) *Neque totum animum tuum moerori* MECUM *simul* DEDISSES. Quod idem et poëtae faciunt. Horat. (2) *Tu quid ego et populus mecum* DESIDERET, *audi.*

§. 90. *De adjectivo cum substantivo*

I. Nomina adjectiva, pronomina et participia cohaerent cum suis substantivis genere, numero et casu. Cic. (3) *Erat hiems* SUMMA, *tempestas* . . . PERFRIGIDA, *imber* MAXIMUS. Curt. (4) PARVA *saepe scintilla* CONTEMPTA MAGNUM *excitavit incendium.*

II. Substantiva conjuncta fere adjectivum multitudinis requirunt. Liv. (5) *Hippocrates et Epicydes* NATI *Carthagine, sed* ORIUNDI *ab Syracusis.* Quod si adjectivum singularis sit numeri, cum viciniore substantivo genere, numero et casu consentiet. Q. Cic. (6) *Multorum arrogantia, multorum contumacia, multorum malevolentia, multorum superbia, multorum odium ac molestia* PERFERENDA *est.*

* III. Adjectivum plurale praestantius genus sibi vindicat. Virile praestantius est muliebri et neutro. Ter. (7) *Quam pridem pater mihi et mater* MORTUI *essent.* Id. (8) *Domus, uxor, liberi* INVENTI *invito patre.* Cic. (9) *Urbes vero sine hominum coetu non potuissent nec aedificari nec frequentari: ex quo leges moresque* CONSTITUTI. Neutrum muliebri praefertur, praecipue cum de rebus inanimatis sermo est. Sallust. (10) *Divitiae, decus, gloria in oculis* SITA *sunt!* Id. (11) *His genus, aetas, eloquentia prope* AEQUALIA *fuere.* Si enim de rebus animatis agatur, satius fuerit circuitione uti hoc modo: Lucretia *castissima* fuit, qua virtute etiam ejus mancipium floruit, aut ornatum fuit aut quid simile. Id tutius, quam si dicas: Lucretia et ejus mancipium fuerunt *castae.*

* IV. Cum substantivis rerum inanimatarum plerumque jungitur neutrum multitudinis. Liv. (12) *Ira et avaritia imperio* POTENTIORA *erant.* Cic. (13) *Moderati aequabilesque habitus, affectiones ususque corporis* APTA *esse ad naturam videntur.*

* V. Saepius tamen adjectivum cum viciniore substantivo tum singularis, tum pluralis numeri genere, numero et casu consentit. Cic. (14) *Video, patres conscripti, in me omnium vestrum ora atque oculos esse* CONVERSOS. Id. (15) *Toti denique sit provinciae cognitum, tibi omnium, quibus praesis, salutem, liberos, famam, fortunas esse* CARISSIMAS. Liv. (16) *Hoc senatusconsultum literaeque a Sp. Postumio praetore in Hetruriam* MISSAE *sunt.* Ter. (17) *Viden' otium et cibus quid faciat* ALIENUS!

** VI. Participia *factus, creditus, dictus, dicendus, visus, appellatus* et cetera ejusdem generis, si post duo substantiva diversorum generum ponantur, cohaerent cum eo, quod est basis et fundamentum orationis. Plin. (18) *Puteoli colonia Dicaearchia* DICTI.

(1) Att. 3, 8. (2) Art. Poët. 153. (3) Verr. act. 4, 40. (4) L. 6, 3. (5) Hist. 24, 6. (6) De Petit. Consul. 15. (7) Eun. 3, 8, 11. (8) Andr. 5, 3, 20. (9) De Offic. 2, 4. (10) Catil. 20. (11) Catil. 54. (12) Hist. 37, 32. (13) De fin. 5, 12. (14) Catil. 4, 1. (15) Ad Q. Fr. 1, 1, c. 4. (16) Hist. 37, 57. (17) Eun. 2, 2, 34. (18) H. N. 3, 6.

** VII. Poëtae substantivis praepositione *cum* copulatis plurale adjungunt suo jure: Ovid. (1) *Fors eadem* ISMARIOS *Hebrum* CUM *Strymone siccat. Ismarios* adjectivum est duorum fluviorum. Sequuntur etiam generis praestantiam. Ovid. (2) *Ilia cum Lauso de Numitore* SATI.

§. 91. *De relativo cum antecedente*

I. Relativum *qui quae quod* concordat cum antecedente in genere et numero. Cic. (3) *Nemo nos amat,* QUI *te non diligat.* Id. (4) *O te ferreum,* QUI *illius periculis non moveris!*

II. Item pronomina *hic, iste, ille, ipse, is, idem,* cum fiunt relativa. Cic. (5) *Eunti mihi . . . venit obviam tuus puer:* IS *mihi literas abs te . . . reddidit.*

III. *Quantus, qualis* et cetera id genus nomina, cum relativa fiunt, non cum antecedente, sed cum consequente substantivo genere, numero et casu consentiunt. Cic. (6) *Dixi de te, quae potui, tanta contentione,* QUANTUM *forum est.* Id. (7) *Utinam in Tib. Graccho Cajoque Carbone talis mens ad rempublicam bene gerendam fuisset,* QUALE *ingenium ad bene dicendum fuit!*

* IV. Relativum *qui quae quod,* quando antecedenti praeponitur, cum eodem genere, numero et casu perquam venuste cohaeret. Cic. (8) QUAE *prima innocentis mihi* DEFENSIO *est oblata, suscepi.* Ter. (9) *Posthac* QUAS *faciet de integro* COMOEDIAS, *spectandae an exigendae sint vobis prius.* Quanquam saepius alterum relativum subjicitur ex pronominibus *hic, iste, ille,* etc. Cic. (10) QUAM *quisque norit* ARTEM, *in* HAC *se exerceat.* Id. (11) *Si hoc statueris:* QUARUM LAUDUM *gloriam adamaris,* QUIBUS ARTIBUS HAE LAUDES *comparantur, in* IIS *esse laborandum.*

* V. Orationis membrum interdum loco antecedentis ponitur idque in neutro genere. Cic. (12) *Serapionis librum ad me misisti, ex quo quidem ego,* QUOD *inter nos liceat dicere, millesimam partem vix intelligo.* Id. (13) *Unum objicitur,* (Cornelium) *NATUM ESSE GADIBUS,* QUOD *negat nemo.*

* VI. Si plura antecedunt substantiva, idem subsequente relativo observandum, quod de adjectivis dictum est §. 93, III. Nam si diversa genera antecedunt, relativum quoque generi praestantiori consentit. Cic. (14) *Propter summam et doctoris auctoritatem et urbis;* QUORUM ALTER *te scientia augere potest,* ALTERA *exemplis.*

* VII. Et muliebria substantiva rerum inanimatarum relativo quoque plurali neutro junguntur. Cic. (15) *Tibi venire in mentem certe scio, quae vita esset nostra, quae suavitas, quae dignitas; ad* QUAE RECUPERANDA *per fortunas incumbe.*

* VIII. Et frequenter relativum redditur viciniori substantivo. Cic. (16) *Mihi non venerat in mentem furorem et insaniam optare vobis, in* QUAM *incidistis.*

** IX. Si relativum inter duo substantiva ponatur, cum alterutro consentire poterit, etiamsi alterutrum proprium sit. Sallust. (17) *Est locus in carcere,* QUOD *Tullianum appellatur.* Curt. (18) *Darius ad eum locum,* QUEM *Amanicas pylas vocant, pervenit.*

(1) Metam. 2, 257. (2) Fast. 4, 54. (3) Fam. 16, 7. (4) Att. 13, 30. (5) Att. 2, 1. (6) Fam. 12, 7. (7) De cl. Orat. 27. (8) Pro Syll. 32. (9) Andr. prol. 26. (10) Tuscul. 1, 18. (11) Fam. 2, 4. (12) Att. 2, 4. (13) Pro Balb. 2. (14) De Offic. 1, 1. (15) Att. 3, 20. (16) In Pison. 20. (17) Catil. 55. (18) Hist. 3, 8.

I. Substantiva continuata, quae ad eandem rem spectant, casu concordant, quamvis genere et numero interdum dissentiant. Cic. (1) TULLIOLA DELICIOLAE *nostrae tuum munusculum flagitat.* Plin. (2) *Quid agit* COMUM *tuae meaeque* DELICIAE ?

* II. Quaerunt hoc loco grammatici, utri potius substantivo reddendum sit verbum, adjectivum et relativum magis ne, an minus communi? Ego, quantum memini me observasse, existimo, si alterum proprium sit hominis, cum eo verbum ceteraque consentire. Cic. (3) *Deliciae vero tuae noster* AESOPUS *ejusmodi* FUIT, *ut ei desinere per omnes homines liceret.* Si vero de aliis rebus agatur, saepissime video verbum, adjectivum relativumque magis communi respondere. Liv. (4) *Pro his quum gratias egissent Rhodii, de Solis* URBE, QUAE *in Cilicia* EST, *egerunt. Soli Solorum* nomen est urbis. Plin. (5) *Tungri* CIVITAS *Galliae fontem* HABET *insignem.* Liv. (6) *Ita fusi Volsci Antiates, Corioli* OPPIDUM CAPTUM.

§. 93. *De interrogatione et responsione*

I. Interrogatio et responsio fere casu consentiunt. *Cui* praeceptori dedisti operam? *Platoni. Cujus* est haec oratio? *Ciceronis. Quem* existimas fuisse principem oratorum? *Demosthenem. Quo morbo* fuisti impeditus? *Assidua febricula.* Verum interdum responsio ab interrogatione dissentit; ut *quanti* emisti librum? *Tribus denariis.*

DE CONSTRUCTIONE NOMINIS

§. 94. *De substantivis*

I. Quotiescumque duo nomina substantiva rerum diversarum in oratione continuantur, alterum erit genitivi casus. Cic. (7) *Supplicium est poena* PECCATI. Id. (8) *Mirum me desiderium tenet* URBIS. Id. (9) *Maximum ornamentum* AMICITIAE *tollit, qui ex ea tollit verecundiam.*

II. Substantiva, cum ad laudem vel vituperationem referuntur, genitivo vel ablativo gaudent. Cic. (10) *Neque monere te audeo* PRAESTANTI PRUDENTIA *virum nec confirmare* MAXIMI ANIMI *hominem unumque fortissimum.*

** III. *Opus* saepe nomen est substantivum quod accedente verbo substantivo ablativum postulat. Ter. (11) *Nihil* ISTHAC *opus est* ARTE *ad hanc rem, quam paro.* Cic. (12) *Apud Terentiam* GRATIA *opus est nobis* TUA TUAQUE AUCTORITATE.

**IV. Saepe etiam cum substantivis more adjectivorum consentit, neque tamen in casus declinatur. Cic. (13) DUX *nobis et* AUCTOR *opus est.* Id. (14) *Is omnia pollicitus est,* QUAE *tibi essent opus.* Id. (15) *Dices,* NUMMOS *mihi opus esse ad apparatum triumphi.* Liv. (16) *Cetera expedientibus,* QUAE *ad bellum opus erant, consulibus.*

** V. [*Opus* cum genitivo non videtur usurpandum; certa enim non suppetunt auctorum exempla. Liv. (17) *In stipendium,* QUANTI ARGENTI *opus fuit, accepit.* Sed alii legunt *quantum argenti.*] .

(1) Att. 1, 8. (2) Ep. 1, 3. (3) Fam. 7, 1. (4) Hist. 37, 56. (5) H. N. 32, 2. (6) Hist. 2, 33. (7) In Pis. 19. (8) Fam. 2, 11. (9) De Amic. 22. (10) Fam. 4, 8. (11) Andr. 1, 1, 5. (12) Att. 12, 36. (13) Fam. 2, 6. (14) Fam. 16, 5. (15) Att. 6, 9. (16) Hist. 27, 10. (17) Hist. 23, 21.

** VI. *Usus* cum *opus* significat, eodem modo fere construitur. Virg. (1) *Nunc* VIRIBUS *usus*. Liv. (2) *Alii accipiunt imperia... alii offerunt se, si quo usus* OPERAE *sit*. Id. (3) addit genitivum pronominis. *Si quis usus* MEI *est*. Cic. (4) utitur sine casu. *De ceteris studiis alio loco dicemus*, si USUS *fuerit*.

§. 95. *De genitivo post nomen adjectivum*

I. Adjectiva cum substantive ponuntur, more substantivorum construuntur. Cic. (5) *Tantum* CIBI *et* POTIONIS *adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur*. Id. (6) *Quod* AURI, *quod* ARGENTI, *quod* ORNAMENTORUM *in meis urbibus, sedibus, delubris fuit, id mihi tu, C. Verres, eripuisti atque abstulisti*. Liv. (7) *Albano non plus* ANIMI *erat quam* FIDEI.

II. Adjectiva, quae *scientiam*, *communionem*, *copiam* et his contraria significant, genitivo junguntur, ut *peritus*, *imperitus*, *particeps*, *expers*, *plenus*, *inanis*. Cic. (8) *Fabius pictor et* JURIS *et* LITERARUM *et* ANTIQUITATIS *bene peritus*. Ter. (9) *Tune hic homines adolescentulos imperitos* RERUM *eductos libere in fraudem illicis?* Cic. (10) *Magna nobis pueris... opinio fuit... M. Antonium omnino* OMNIS ERUDITIONIS *expertem atque ignarum fuisse*. Id. (11) *Ita copulatae* (virtutes) *connexaeque sunt, ut omnes* OMNIUM *participes sint*. Liv. (12) *Consederant utrinque pro castris duo exercitus*, PERICULI *magis* PRAESENTIS *quam* CURAE *expertes*. Cic. (13) STULTORUM *plena sunt omnia*. Id. (14) *Deinceps omnia nonne plena* CONSILIORUM, *inania* VERBORUM *videmus?*

* III. Item quaedam in *ax*, *ius*, *idus* et *osus*, ut philosophus *tenax recti*, *nullius culpae conscius*, *avidus virtutis*, *studiosus literarum*. Quibus adde *memor*, vel *immemor injuriae*, *securus*, *reus* et alia. Quintil. (15) *Natura tenacissimi sumus* EORUM, *quae rudibus annis percepimus*. Cic. (16) *Cum T. Pomponius homo* OMNIUM MEORUM *in te* STUDIORUM *et* OFFICIORUM *maxime conscius*, TUI *cupidus, nostri amantissimus ad te proficisceretur, aliquid mihi scribendum putavi*. Id. (17) *Semper studiosus* NOBILITATIS *fui*. Id. (18) *Admiratus sum ob eam causam quod immemor* BENEFICIORUM, *memor* PATRIAE *fuisset*. Curt. (19) *Ad commeatus petendos discurrunt securi* CASUS EJUS, *qui supervenit ignaris*. Cic. (20) *Reus ambitus*. Jungitur etiam ablativo cum *de*. Id. (21) *Reus* DE VI.

** IV. [Ad scientiam vel contra revocantur; Cic. (22) GNARUS *reipublicae*. Sallust. (23) IGNARUS *populi romani*. Colum. (24) CALLIDISSIMUS *rerum rusticarum*. Cic. (25) RUDIS *rerum omnium*. Liv. (26) PRUDENS *locorum*. Id. (27) IMPRUDENS *maris*. Varr. (28) SCIENS *rerum*. Horat. (29) SCIENS *pugnae*. Cic. (30) SCIENTISSIMUS *reipublicae gerendae*. Ovid. (31) SCITUS *vadorum*. Virg. (32) NESCIUS *fati*. Senec. (33) *Judicii* RECTUS. Tacit. (34) CERTUS *spei*. Liv. (35) INCERTUS *veri*. *Certior* autem et cum genitivo; Cic. (36) *Faciam te* CONSILII NOSTRI *certiorem*; et cum ablativo ac praepositione *de*: Cic. (37) *Me fac* DE TOTA CAUSA NOSTRA *certiorem*.]

(1) Aen. 8, 441. (2) Hist. 26, 9. (3) Hist. 7, 40. (4) Tusc. 4, 2. (5) De Sen. 11. (6) Divin. Verr. 5. (7) Hist. 1, 37. (8) De Cl. Orat. 21. (9) Andr. 3, 4, 7. (10) De Orat. 2, 1. (11) De Fin. 5, 23. (12) Hist. 1, 25. (13) Fam. 9, 22. (14) De Or. 1, 9. (15) Inst. Or. 1, 1. (16) Fam. 5, 5. (17) Acad. 2, 40. (18) Phil. 2, 11. (19) Hist. 9, 9. (20) Att. 4, 16. (21) Ib. 2, 24. (22) De Cl. Orat. 64. (23) Jug. 19. (24) R. R. 8, 2. (25) Tusc. 1, 24. (26) Hist. 34, 28. (27) Ib. 34, 9. (28) R. R. 3, 3. (29) Od. 1, 15, 24. (30) Orat. 1, 49. (31) Met. 9, 108. (32) Aen. 1, 299; et 10, 501. (33) De Vit. sap. 6. (34) Hist. 4, 3. (35) Hist. 4, 23. (36) Att. 3, 10. (37) Att. 3, 18.

** V. [Ad communionem vel contra spectant. Cic. (1) CONCORS *mendicitatis.* Liv. (2) EXSORS *culpae.* Cic. (3) COMPOS *mentis.* Plaut. (4) IMPOS *animi.* Curt. (5) POTENS *mentis.* Id. (6) IMPOTENS *animi.* Liv. (7) IMPOTENS *irae.* Id. (8) INSONS *consilii publici.* Cic. (9) INSOLENS *infamiae.* Id. (10) INSUETUS *contumeliae.* ***Compos*** autem interdum cum ablativo, ut Sallust. (11) ANIMO *et* LINGUA *compos.* Liv. (12) PRAEDA INGENTI *compos.* ***Insons*** etiam cum ablativo *crimine,* ut Liv. (13) *Regni* CRIMINE *insons.*]

** VI. [Ad copiam vel contra referuntur: Cic. (14) *Gallia* REFERTA *negotiatorum.* Virg. (15) DIVES *pecoris.* Tacit. (16) OPULENTUS *pecuniae.* Horat. (17) PAUPER *argenti et auri.* Cic. (18) INOPS *amicorum.* Liv. (19) INOPS *consilii.* Id. (20) EGENUS *omnium.* Plin. (21) INDIGUS *stipendiorum.* Ter. (22) VACUUS *laboris.* Tacit. (23) VACUUS *rerum.* Sallust. (24) *Loca* NUDA *gignentium.* Quintil. (25) NUDA *quaestionum.* Virg. (26) LARGUS *opum.* Sallust. (27) *Pecuniae* LIBERALIS. Horat. (28) *Vini somnique* BENIGNUS. Id. (29) *Animae* PRODIGUS. Plin. (30) *Honorum* PARCISSIMUS. Horat. (31) AVARUS *laudis.* Cic. (32) FERTILIS *fructuum.* Tacit. (33) *Pecorum* FECUNDA *terra.* Id. (34) *Saeculum* STERILE *virtutum.* Virg. (35) PRAESTANS *animi.* Id. (36) TRUNCUS *pedum.* ***Vacuus*** autem et ***nudus*** crebrius cum ablativo.]

§. 96. *De partitivis et superlativis*

I. Quaecumque adjectiva partitionem significant, genitivum pluralem admittunt ut ***multi, pauci, praecipui.*** Cic. (37) ***Elephanto*** BELLUARUM ***nulla prudentior.*** Id. (38) ***Minus habeo*** VIRIUM, ***quam*** VESTRUM ***utervis.*** Id. (39) ***Domus utriusque*** NOSTRUM ***aedificatur strenue.*** Liv. (40) ***Attalus... et*** MACEDONUM ***fere omnibus et quibusdam*** ANDRIORUM, ***ut manerent, persuasit.*** Plin. (41) PISCIUM ***omnibus*** (dentes) ***serrati praeter scarum.*** Curt (42) ***Octoginta*** MACEDONUM ***interfecerunt.*** Id. (43) ***Nolo singulos*** VESTRUM ***excitare.*** Liv. (44) ***Imperium summum Romae habebit, qui*** VESTRUM ***primus, o juvenes, osculum matri tulerit.*** Sallust. (45) QUIS ***est*** OMNIUM ***his moribus, quin divitiis et sumptibus, non probitate neque industria, cum majoribus suis contendat?*** Cic. (46) UTER NOSTRUM ***tandem, Labiene, popularis est? Tune... an ego?*** Ex partitivis ***quis*** de pluribus, ***uter*** de duobus quaerit. etc. Cic. (47) ***Multae etiam*** ISTARUM ARBORUM ***mea manu sunt satae.*** Curt. (48) ***Cum paucis*** AMICORUM ***ad Leonnatum pervenit.*** Plin. (49) LANARUM ***nigrae nullum colorem bibunt.*** Vide §. 5, XII et seqq.

(1) Pro Flacc. 15. (2) Hist. 22, 44. (3) Phil. 2, 38. (4) Casin. 3, 5, 7. (5) Hist. 7, 4. (6) Ibid. 8, 1. (7) Hist. 29, 9. (8) Ib. 34, 32. (9) Att. 2, 21. (10) Loc. cit. (11) In fragm. ap. Donat. ad Ter. Adelph. 3, 2, 12. (12) Hist. 3, 70. (13) Hist. 4, 15. (14) Pro Fontej. 1. (15) Ecl. 2, 20. (16) Hist. 2, 6. (17) Sat. 2, 3, 142. (18) De amicit. 15. (19) Hist. 26, 18. (20) Hist. 9, 6. (21) H. N. 8, 40. (22) Heaut. 1, 1, 38. (23) Annal. 15, 8. (24) Iug. 79. (25) Instit. 4, 1. (26) Aen. 11, 338. (27) Catil. 7. (28) Sat. 2, 3, 3. (29) Od. 1, 12, 37. (30) Ep. 10, 25. (31) Epist. 2, 1, 179. (32) De N. D. 2, 52. (33) Germ. 5. (34) Hist. 4, 3. (35) Aen. 12, 19. (36) Georg. 4, 310. (37) De N. D. 1, 35. (38) De Sen. 10. (39) Ad Q. Fr. 2, 4. (40) Hist. 31, 45. (41) H. N. 11, 37. (42) Hist. 8, 2. (43) Hist. 8, 8. (44) Hist. 1, 56. (45) Iug. 4. (46) Pro Rab. 4. (47) Tusc. 5, 9. (48) Hist. 10, 8. (49) H. N. 8, 48.

II. Si multa ejusdem generis comparentur, utendum est superlativo cum genitivo plurali. Cic. (1) *Hic* (Theophrastus) ELEGANTISSIMUS OMNIUM PHILOSOPHORUM *et* ERUDITISSIMUS *non magnopere reprehenditur, cum tria genera dicit bonorum.* Id. (2) *Inde Demochares... tum Phalereus ille Demetrius,* OMNIUM ISTORUM, *mea sententia,* POLITISSIMUS, *aliique eorum similes exstiterunt.*

*III. Superlativa ac partitiva genitivo etiam singulari collectivi nominis, quod multitudinem significat, conjunguntur. Caes. (3) *Legatos ad eos mittunt nobilissimos* CIVITATIS. Cic. (4) *Habet adversarium P. Quintius verbo Sextum Naevium, revera* HUJUSCE AETATIS *homines disertissimos, fortissimos, ornatissimos* NOSTRAE CIVITATIS. Id. (5) *Virum unum* TOTIUS GRAECIAE *facile doctissimum, Platonem iniquitate Dionysii ... in maximis periculis insidiisque esse versatum accepimus.* Sic dicimus plerique *latini generis*, nullus *clodiae gentis.*

*IV. Tum superlativa nomina, tum partitiva, quando cum suis substantivis casu cohaerent, genere quoque ac numero consentiunt. Cic. (6) INDUS *est ... omnium fluminum* MAXIMUS. Plin. (7) HORDEUM *frugum omnium* MOLLISSIMUM *est.* Id. (8) SOLUS *animalium* (Chamaeleon) *nec cibo nec potu alitur.* Interdum tamen genus petitur a genitivo, si adjectiva transeant in substantiva. Cic. (9) *Servitus* (est) MALORUM *omnium* POSTREMUM.

* V. Quod si nullum sit substantivum, cum genitivo, quod attinet ad genus, consentient. Liv. (10) SUMMI INFIMIQUE *Gabinorum.* Quintil. (11) *Is* (Cicero) EMINENTISSIMOS *Graecorum est sequutus.* Plin. (12) SAPIENTISSIMA *animalium esse constat, quae fruge vescantur.* Id. (13) *Ovorum* ALIA *sunt* CANDIDA, *ut columbis, perdicibus:* ALIA PALLIDA *ut aquaticis,* etc.

** VI. Genitivus cum superlativi, tum partitivi ac numeralis nominis in ablativum cum praepositione *e* vel *ex* vel *de* mutari potest. Cic. (14) *Atque* EX OMNIBUS *natu minimus ... P. Saturius in eadem sententia fuit.* Id. (15) DE TUIS INNUMERABILIBUS *in me* OFFICIIS *erit hoc gratissimum.* Id. (16) *Id quidam* E PHILOSOPHIS *... faciendum omnino non putabant.* Quintil. (17) *Timui, ne quem* EX MEIS *viderem.* Cic. (18) *Permitto, ut* DE TRIBUS ANTONIIS *eligas, quem velis.* Id. (19) *Unus fuit* DE MAGISTRATIBUS *defensor salutis meae.*

** VII. Mutatur interdum genitivus superlativi in accusativum cum praepositione *inter* vel *ante.* Cic. (20) *Ipse honestissimus* INTER SUOS *numerabatur.* Liv. (21) *Longe* ANTE ALIOS *acceptissimus militum animis.*

**VIII. [Itaque harum praepositionum adminiculo licebit nobis has et harum similes locutiones, quae parum latinae putantur *(Franciscus est optimus suorum fratrum: Antonius est doctissimus aliorum)* sine ulla grammaticorum reprehensione efferre hoc modo: *Franciscus inter suos fratres optimus numeratur* vel *habetur: Antonius longe ante alios* vel *inter ceteros doctissimus est.*]

(1) Tusc. 5, 9. (2) De Orat. 2, 23. (3) B. G. 1, 7. (4) Pro Quint. 2. (5) Pro Rab. 9. (6) De N. D. 2, 52. (7) H. N. 18, 7. (8) H. N. 8, 33. (9) Phil. 2, 44. (10) Hist. 1, 54. (11) Inst. 9, 4. (12) H. N. 22, 25. (13) H. N. 10, 52. (14) Pro Cluent. 38. (15) Fam. 16, 1. (16) Acad. 2, 6. (17) Declam. 6, 18. (18) Phil. 10, 2. (19) Pro Planc. 32. (20) Pro Rosc. Amer. 6. (21) Hist. 1, 15.

**IX. [Neque tamen damnandi videntur, qui sic loquuntur: *Antonius est doctissimus suorum fratrum* vel *ceterorum adolescentium*, etc. Certe M. Tullius (1) fere eodem modo locutus est: *Sextus Roscius.... fuit genere et nobilitate et pecunia non modo* SUI MUNICIPII, *verum etiam* EJUS VICINITATIS *facile primus. Primus sui municipii*, quid aliud est, nisi *suorum municipum primus?* Caes. (2) *Ad eum legatos Iccium et Antebrogium primos* CIVITATIS *miserunt*. Ovid. (3) *Si quae te genuit, talis, pulcherrime* RERUM. Tacit. (4) *Ii sunt...* CETERORUM BRITANNORUM *fugacissimi.*]

**X. [Licet etiam uti verbo pro superlativo ad hunc modum: *Antonius eruditione ceteris condiscipulis antecellit*, vel *suos inter aequales longe doctrina praestat*. Cic. (5) *Uterque aequalibus suis plurimum* PRAESTITIT. Id. (6) *Homini, qui ceteris animantibus plurimum* PRAESTAT, *praecipui a natura nihil datum esse dicemus?*]

**XI. Superlativa praeter proprium casum, admittunt etiam casum suae positionis. Cic. (7) *Numero eodem fuit Sextus Aelius* JURIS *quidem* CIVILIS OMNIUM *peritissimus. Omnium* superlativi, *juris civilis* positivi casus est.

**IX. Admittunt et genitivum partitionis more nominum, unde formantur. Plin. (8) *Plurimi* PISCIUM (pariunt) *tribus mensibus aprili, majo, junio.*

§. 97. *De genitivo vel dativo post adjectivum*

*I. Nomina, quae *similitudinem* aut *dissimilitudinem* significant, interrogandi vel dandi casum exigunt. Ter. (9) DOMINI *similis es*. Cic. (10) *Non video, cur non potuerit* PATRI *similis esse filius*. Id. (11) *Saturavit se* (Antonius) *sanguine dissimillimorum* SUI *civium*. Id. (12) *Nihil tam dissimile, quam Cotta* SULPICIO.

*II. Item *communis, proprius*. Cic. (13) *Id quidem non proprium* SENECTUTIS *est vitium, sed commune* VALETUDINIS. Id. (14) *Quid tam est commune quam spiritus* VIVIS, *terra* MORTUIS, *mare* FLUCTUANTIBUS, *litus* EJECTIS? Plin. (15) CAESARI *proprium et peculiare sit, praeter supra dicta, clementiae insigne. Proprius* tamen tutius et elegantius genitivo jungi videtur.

§. 98. *De dativo post adjectivum*

I. Nomina, quibus *commodum, voluptas, gratia, favor, fidelitas, aequalitas* et his contraria significantur, dativum poscunt: ut consul *salutaris, perniciosus reipublicae; jucundus, molestus patriae; gratus, invisus propinquis; propitius, infestus civibus; fidus, infidus imperio; par, impar tanto oneri*. Cic. (16) *Utebar familiarissime Caesare, Pompejum faciebam plurimi: sed erat meum consilium cum fidele* POMPEJO, *tum salutare* UTRIQUE. Id. (17) *O gratas tuas* MIHI *jucundasque literas!*

*II. Item verbalia in *bilis* ut *amabilis, formidabilis, optabilis*. Cic. (18) CUI *pax, praesertim civilis... fuit optabilis.*

*III. Praeterea nonnulla, quae ex praepositione *con* componuntur: ut *conscius, consentaneus, consonus, concors, concolor, confinis, conterminus*. Cic.

(1) Pro Rosc. Amer. 6. (2) B. G. 2, 3. (3) Metam. 8, 49. (4) Agric. 36. (5) De Cl. Orat. 56. (6) De Fin 2, 33. (7) De Cl. Orat. 20. (8) H. N. 9, 51. (9) Eun. 3, 2, 43. (10) De Fin. 5, 5. (11) Phil. 2, 26. (12) De Cl. Orat. 56. (13) De Sen. 11. (14) Pro Rosc. Am. 26. (15) H. N. 7, 25. (16) Fam. 6, 6. (17) Att. 12, 4. (18) Phil. 7, 3.

(1) MIHI *sum conscius, nunquam me nimis cupidum fuisse vitae.* Id. (2) *Cum... ejus* (Sulpicii) *mors consentanea* VITAE *fuerit, sanctissime honestissimeque* ACTAE. Senec. (3) *Concors* SIBI. Colum. (4) *Palatum atque lingua concolor* LANAE *est.* Plin. (5) *In extremis Africae, qua confinis* AETHIOPIAE *est.* Id. (6) *Contermina* INDIS *gens ariana appellatur.*

* IV. Huc etiam spectant *supplex, obvius, pervius, obnoxius, absonus.* Cic. (7) *Nec* JUDICIBUS *supplex* (Socrates) *fuit.* Id. (8) *Tu fac, ut* MIHI *tuae literae volent obviae.* Ter. (9) FRATRI *aedes fient perviae.* Plin. (10) *Vides* QUOT PERICULIS, QUOT CONTUMELIIS, QUOT LUDIBRIIS *simus obnoxii?* Liv. (11) *Nihil absonum* FIDEI *divinae originis.* Hoc etiam cum praepositione *a* vel *ab*, de quo infra §. 102.

** V. Quae in *bilis* exeunt passionem fere significant. Cic. (12) *Filiolam tuam...* AMABILEM *esse certo scio.* Horat. (13) *Omnes* ILLACRYMABILES *urgentur.* Ovid. (14) *Corpus nullo* PENETRABILE *telo.* Virg. (15) *Sui corpus*, MISERABILE *nati.* Non raro tamen actionem praesertim apud poëtas. Horat. (16) ILLACRYMABILEM *Plutona*, idest *immitem* ac *durum.* Virg. (17) *Aspice, num mage sit nostrum* PENETRABILE *telum.* Id. (18) *Boreae* PENETRABILE *frigus.* Sic Horat. (19) appellat MISERABILES *elegos.* Id. (20) FLEBILES *modos:* quos Cic. (21) interpretatur esse eos, qui moestitiam inferunt. Sic Ovid. (22) *Telum* EXITIABILE, idest *exitium inferens.*

** VI. *Conscius* cum ad personas refertur, dativum habet. Ter. (23) *Conscia* MIHI *sum, a me culpam esse hanc procul.* Cum vero ad rem, genitivum, ut diximus n. III. Cic. (24) MULTARUM RERUM *consciis servis cum causa praemium persolutum.* Utrumque etiam habet casum. Cic. (25) SIBI... NULLIUS *conscii* CULPAE. Interdum dativum rei. Cic. (26) HUIC FACINORI TANTO *tua mens liberalis conscia.* Id. (27) *Conscium* ILLI FACINORI *fuisse arbitrabantur.*

§. 99. *De dativo vel accusativo cum praepositione* ad *post adjectivum*

* I. *Accommodatus, appositus, aptus, idoneus, habilis, utilis, inutilis, pronus, natus* huic rei vel ad hanc rem et alia hujusmodi. Cic. (28) *Ille gurges atque helluo, natus* ABDOMINI SUO, *non* LAUDI *atque* GLORIAE. Id. (29) *Cn. Pompejus vir* AD OMNIA SUMMA *natus.*

** II. *Accommodatus, utilis, inutilis*, quia referuntur ad commodum, dativo tum personae tum rei jungi possunt; accusativo autem rei cum *ad*, et plenius utrique casui. *Ad multas res* perutiles nobis libri sunt.

** III. Accusativum quoque cum *ad* requirunt *propensus, alacer, factus, expeditus* et alia. Eundem fere semper *promptus, paratus, proclivis, appositus.* Cic. (30) *Homo bene appositus* AD *istius* AUDACIAM.

(1) Tusc. 2, 3. (2) Phil. 9, 7. (3) De Vit. Beat. 8. (4) R. R. 7, 3. (5) H. N. 8, 10. (6) Ib. 12, 8. (7) Tusc. 1, 29. (8) Att. 6, 4. (9) Adelph. 5, 7, 14. (10) Ep. 3, 14. (11) Hist. 1, 15. (12) Att. 5, 19. (13) Od. 4, 9, 26. (14) Met. 12, 166. (15) Ecl. 5, 22. (16) Od. 2, 14, 6. (17) Aen. 10, 481. (18) Georg. 1, 93. (19) Od. 1, 33, 3. (20) Od. 2, 9, 9. (21) Tusc. 1, 44. (22) Met. 6, 257. (23) Adelph. 3, 2, 50. (24) Pro Coel. 29. (25) De Off. 3, 18. (26) Pro Coel. 21. (27) Pro Cluent. 20. (28) In Pis. 17. (29) De Cl. Or. 68. (30) Verr. act. 2, 5, 41.

*I. Adjectiva *altus, profundus, longus, latus, crassus,* quibus generalis dimensio significatur, accusativum vel ablativum casum postulant, qui certam mensuram significet. Liv. (1) *Antiochus... fossam* SEX CUBITA *altam,* DUODECIM *latam quum duxisset, extra duplex vallum fossae circumdedit.* Colum. (2) *Esto ager longus* PEDES MILLE DUCENTOS, *latus* PEDES CENTUM VIGINTI. Plin. (3) *Lydion, quo utimur, longum* SESQUIPEDE, *latum* PEDE.

*II. Interdum adhibetur genitivus. Colum. (4) *Medicae singulos cyathos serere oportet in areolis longis* PEDUM DENUM.

§. 101. *De ablativo post adjectivum*

Extorris, nudus, dignus, contentus, inanis
Atque refertus, inops, locuples, alienus, onustus,
Immunis, plenus, cassus divesque potensque,
Tum fretus, vacuus, tum captus, praeditus, orbus,
Indignus, liber, viduus sibi jure latinum
Assumunt casum: ut summo vir dignus honore.

*I. Haec adjectiva *extorris* et reliqua, quae in carminibus numerantur, junguntur ablativo. Liv. (5) *Hoc* (sacramentum) PATRIA *extorrem in tuam regiam adduxit.* Cic. (6) *Huic tradita urbs est nuda* PRAESIDIO, *referta* COPIIS. Id. (7) *Tu mihi obviam mitte epistolas* TE *dignas.* Id. (8) *Si decem soli... te indignum* AEDILITATE *judicassent, gravius de te judicatum putarem.* Id. (9) MEDIOCRI QUAESTU *contentus esse non poterat.* Id. (10) *Cn. Lentulus... non inops* VERBIS. Id. (11) *Lyco* ORATIONE *locuples.* Id. (12) *Neque hoc alienum ducunt* MAJESTATE *sua.*

§. 102. *De ablativo cum praepositione* a *vel* ab *post nomen adjectivum*

Ordinis accipiunt sextum numeralia junctis
A, vel ab: extorris, nudus, diversus easdem,
Incautus, fugitivus amant, innoxius, exul,
Adversus, securus, inops, alienus et orbus,
Integer atque alius cum degener, adjice purus,
Cassus et immunis, vacuus cum sospite, liber,
Absonus ac tutus, profugus: velut exul ab urbe.

*I. Adjectiva *diversitatis,* numeralia *ordinis* et alia, quae carminibus recensentur, ablativum cum praepositione *a* vel *ab* admittunt. Cic. (13) *Certa cum illo, qui* A TE *totus diversus est.* Id. (14) *Movet* (me) *navigationis labor, alienus non* AB AETATE *solum* NOSTRA, *verum etiam* A DIGNITATE. Id. (15) *Qui* (Carneades) *est quartus* AB ARCESILA. Hirt. (16) *Imperio et potentia secundus* A REGE. Cic. (17) *Non aliena esse ducerem* A DIGNITATE. Id. (18) *Si...* AB OMNI *animi* PERTURBATIONE *liber sis.* Id. (19) *Quae tandem est in hac urbe tanta domus* AB ISTA *religionis* SUSPICIONE *tam vacua atque pura?* Plin. (20) *Pelles ejusdem animalis* (cervi) *substratae securos praestant* AB EO METU *somnos.*

(1) Hist. 37, 37. (2) R. R. 5, 3. (3) H. N. 35, 14. (4) R. R. 11, 2. (5) Hist. 35, 19. (6) Att. 7, 13. (7) Fam. 2, 12. (8) Pro Planc. 4. (9) Pro Quint. 3. (10) De Cl. Orat. 70. (11) De Fin. 5, 5. (12) De Divin. 1, 38. (13) Acad. 2, 32. (14) Att. 16, 3. (15) Acad. 2. 6. (16) De B. Alex. 66. (17) Fam. 4, 7. (18) De Offic. 1, 20. (19) De Har. Resp. 6. (20) H. N. 28, 9.

Cic. (1) *Vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt* AB OMNI SUMPTU, MOLESTIA, MUNERE. Id. (2) *Tam inops ego eram* AB AMICIS, *aut tam nuda respublica* A MAGISTRATIBUS?

§. 103. *De nominibus comparativis*

I. Comparativo utimur cum ablativo, quando vel plura diversi generis comparantur. Cic. (3) LUCE *sunt* CLARIORA *nobis tua consilia omnia*. Curt. (4) MAJORA *sunt* PERICULIS *praemia*. Vel cum duo ejusdem aut diversi generis conferuntur. Cic. (5) *Si est boni consulis... suam salutem* POSTERIOREM SALUTE COMMUNI *ducere*. Hor. (6) VILIUS *argentum est* AURO, VIRTUTIBUS *aurum*.

* II. Ablativus comparativi intercedente conjunctione *quam* mutari potest in casum verbo congruentem. Cic. (7) *Tu innocentior*, QUAM METELLUS? Id. (8) *Nemo unquam neque poëta neque orator fuit, qui quemquam meliorem* QUAM SE *arbitraretur*. Liv. (9) *Melior tutiorque est certa pax* QUAM SPERATA VICTORIA. Ter. (10) *Ego hominem callidiorem vidi neminem* QUAM PHORMIONEM.

* III. Comparativa quemadmodum et cetera adjectiva, cum partitionem adsignificant, genitivum desiderant. Liv. (11) *In hanc sententiam ut discederetur juniores* PATRUM *evincebant*. Horat. (12) *O major* JUVENUM.

* IV. Scriptores tamen saepius ablativo cum praepositione *e* vel *ex* utuntur: qui casus partitioni, praesertim ubi nomen est comparativum, aptissimus est. Cic. (13) *Ante scripta epistola* EX DUABUS TUIS *prior mihi legi coepta est*. Plin. (14) *Minorem* EX LIBERIS DUOBUS *amisit*.

* V. Comparativa pro adverbiis *multum, paulum, tantum, quantum, aliquantum, nimium, nihil* admittunt *multo, paulo, tanto, quanto, aliquanto, nimio, nihilo*. His accedunt *hoc* vel *eo, quo* pro *tanto, quanto*. Cic. (15) *Nec vero corpori solum subveniendum est, sed menti atque animo* MULTO *magis*. Id. (16) *Est finitimus oratori poëta, numeris adstrictior* PAULO. Luccej. (17) *Valeo, sicut soleo*, PAULULO *tamen etiam deterius, quam soleo*. Cic. (18) QUANTO *superiores sumus*, TANTO *nos geramus submissius*. Id. (19) *Segestanis praeter ceteros imponebat* ALIQUANTO *amplius, quam ferre possent*. Plaut. (20) *Vixisse* NIMIO *satius est jam quam vivere*. Cic. (21) *Dempta aeternitate* NIHILO *beatior Jupiter quam Epicurus*. Planc. (22) *Certe* HOC *majus habes testimonium amoris mei*, QUO *maturius tibi quam ceteris consilia mea volui esse nota*.

** VI. Praeter suum casum admittunt comparativa ablativum, qui significet excessum. Curt. (23) *Turres* DENIS PEDIBUS *quam murus altiores sunt*.

** VII. Item casum suae positionis. Cic. (24) MIHI *nemo est amicior nec jucundior nec carior Attico*.

** VIII. Denique hos ablativos *opinione, spe, aequo, justo, solito, dicto*. Cic. (25) OPINIONE *omnium majorem animo cepi dolorem*. Ovid. (26) SPEQUE

(1) Verr. act. 2, 4, 10. (2) Pro Dom. 22. (3) Catil. 1, 3. (4) Hist. 9, 2. (5) Pro C. Rab. 1. (6) Epist. 1, 1, 52. (7) Verr. act. 2, 3, 17. (8) Att. 14, 20. (9) Hist. 30, 30. (10) Phorm. 4, 2, 1. (11) Hist. 3, 41. (12) Art. poët. 366. (13) Att. 16, 13. (14) Ep. 3, 7. (15) De Sen. 11. (16) De Orat. 1, 16. (17) Ap. Cic. Fam. 5, 14. (18) De Offic. 1, 26. (19) Verr. act. 2, 4, 34. (20) Bacch. 1, 2, 43. (21) De Fin. 2, 27. (22) Ap. Cic. Fam. 10, 9. (23) Hist. 5. 1. (24) Att. 16. 1, post. 16. (25) De Cl. Orat. 1. (26) Fast. 4, 606.

redit citius. Cic. (1) *Neque verendum est, . . . ne plus* AEQUO *quid in amicitiam congeratur*. Quintil. (2) *Membrum longius* JUSTO, *tardum; brevius, instabile est*. Liv. (3) *Reate saxum ingens visum volitare; sol rubere* SOLITO *magis sanguineoque similis*. Id. (4) DICTO *prope citius equum in viam Claudius egit*.

** IX. Poëtae nonnunquam more Graecorum ad comparativum addunt adverbium *magis*. Virg. (5) *Quis queat optato* MAGIS *esse beatior aevo*? Plaut. (6) *Immo enim hic* MAGIS *est dulcius*. Id. (7) *Nam* MAGIS *multo patior facilius verba*.

** X. Oratores interdum et historici alterum comparativum apponunt. Cic. (8) *Non timeo, ne . . .* LIBENTIUS *haec in illum evomere videar, quam* VERIUS. Liv. (9) *Pestilentia coorta*, MINACIOR *tamen quam* PERNICIOSIOR, *cogitationes hominum a foro . . . avertit*.

§. 104. *De ablativo laudem, vituperationem vel partem significante post nomen adjectivum*

I. Pleraque adjectiva ablativum postulant significantem *laudem, vituperationem* vel *partem*. Q. Cic. (10) *Qui nequaquam sunt tam* GENERE *insignes, quam* VITIIS *nobiles*. Cic. (11) *Sunt quidam aut ita* LINGUA *haesitantes, aut ita* VOCE *absoni, aut ita* VULTU MOTUQUE *corporis vasti, atque agrestes, ut...in oratorum numerum venire non possint*. Sallust. (12) *C. Antonius* PEDIBUS *aeger . . . M. Petrejo legato exercitum permittit*. Cic. (13) *Quisquis est, qui moderatione et constantia quietus* ANIMO *est . . . . is est sapiens*. Et Martial. (14) CRINE *ruber, niger* ORE, *brevis* PEDE, LUMINE *laesus*.

* II. Etiamsi oratores libentius substantiva cum adjectivis copulent: ut vir *summa eloquentia, eximia virtute, excellenti ingenio*, (ut dictum §. 94, VI) tamen non raro ipsis adjectivis ablativum laudis aut vituperationis attribuunt ac dicunt: vir *eloquentia* summus, *virtute* eximius, etc. Cic. (15) *Ut* VITA *sic* ORATIONE *durus, incultus, horridus*. Id. (16) *Horridiores evadunt, asperiores, duriores et* ORATIONE *et* MORIBUS.

DE CONSTRUCTIONE PRONOMINIS

§. 105. *De genitivo post pronomina demonstrativa*

* I. Pronomina demonstrativa, cum substantive ponuntur, patrium casum admittunt. Cic. (17) *Hoc ad te* LITERARUM *dedi*. Id. (18) *Nunc quidem, quoniam id* TEMPORIS *est, surgendum censeo*. Id. (19) *Res est eodem* LOCI, *quo reliquisti*.

* II. Huc spectant *hoc commodi, novi, noctis, temporis, libertatis; id aetatis, virium, solitudinis*, etc. Cic. (20) *Vide, ne hoc* TEMPORIS *tibi obesse aliquid possit*. Id. (21) *Id* AETATIS *jam sumus, ut omnia...fortiter ferre debeamus*. Tacit. (22) *Nec id nobis* VIRIUM *erat*.

** III. Pronomen *idem* more graeco cum dativo apud poëtas reperitur. Horat. (23) *Invitum qui servat, idem facit* OCCIDENTI. Oratores vero sic loquuntur: *idem*

(1) De Amic. 16. (2) Instit. 9, 4. (3) Hist. 25, 7. (4) Hist. 23, 47. (5) Culic. 78. (6) Stich. 5, 4, 22. (7). Men. 5, 6, 13. (8) Pro Mil. 29. (9) Hist. 4, 52. (10) De Petit. Consul. 3. (11) De Orat. 1, 25. (12) Catil. 59. (13) Tuscul. 4, 17. (14) Epig. 12, 54. (15) De Cl. Orat. 31. (16) De Fin. 4, 28. (17) Fam. 2, 8. (18) De Orat. 2, 90. (19) Att. 1, 13. (20) Att. 11, 7. (21) Fam. 6, 20. (22) Annal. 13, 41. (23) Art. poët. 467.

qui, idem et, idem ac, idem atque, idem ut. Cic. (1) *Num propterea* IDEM *voluptas est,* QUOD, *ut ita dicam, indolentia?* Id. (2) *Dianam* ET *Lunam* EANDEM *esse putant.* Id. (3) IDEM *valere debet,* AC *si pater indicaret.* Id. (4) *Unum et* IDEM *videtur esse* ATQUE *id, quod de me ipso nominatim tulisti?* Id. (5) *In* EADEM *sunt injustitia,* UT *si in suam rem aliena convertant..*

** IV. [Video multos ita loqui, Peripatetici quondam *iidem* fuerunt *cum* Academicis: velim potius, dum veterum exempla desidero, ita cum Cicerone (6) loqui: *Qui* (Peripatetici) *quondam* IIDEM *erant,* QUI *Academici.*]

§. 106. *De genitivo post possessiva*

* I. Possessiva pronomina *meus, tuus, suus, noster, vester* loco primitivorum *mei, tui, sui, nostrum, vestrum* posita genitivum postulant. Cic. (7) *Moleste fero me consulem studium tuum* ADOLESCENTIS *perspexisse, te meum, cum id aetatis sim, perspicere non posse.* Id. (8) *Tuum* HOMINIS SIMPLICIS *pectus vidimus.* Id. (9) *Quem non admiror, quod meam legem contemnat* HOMINIS INIMICI. Id. (10) SOLIUS *meum peccatum corrigi non potest.* Id. (11) *Juravi rempublicam atque hanc urbem mea* UNIUS *opera esse salvam.* Id. (12) *Atque hujusce rei conjecturam de tuo* IPSIUS *studio, Servi, facillime ceperis.* Liv. (13) *Quod meum factum dictumve* CONSULIS *gravius, quam* TRIBUNI *audistis?* Id. (14) *Nec iis noxae futurum sit, quod... vim tuam* PRAESENTIS *exercitusque tui experiri noluerint?* Horat. (15) *Cum mea nemo Scripta legat vulgo recitare* TIMENTIS.

** II. Genitivus *omnium* cum primitivis frequenter invenitur. Cic. (16) *Ad illa venio, quae... ad* OMNIUM NOSTRUM *vitam salutemque pertinent.* Id. (17) *Voluntati* VESTRUM OMNIUM *parui.* Et alibi apud eundem (18). Cum possessivis usurpatur a Ter. (19) *Cui credas? nostrum ne Aeschinum,* NOSTRAM *vitam* OMNIUM... *ita obsecraturum ut,* etc. Cic. (20) *Si in* NOSTRO OMNIUM... *fletu nullam lacrymam adspexistis Milonis.* Liv. (21) *Cogor* VESTRAM OMNIUM *vicem... consulere.*

§. 107. *De genitivis* mei, tui, sui, nostri, vestri

* I. Verba, participia, gerundia et nomina adjectiva, quae patrium casum postulant, genitivis *mei, tui, sui, nostri, vestri* gaudent. Cic. (22) *Te oro, ut, quibus in rebus mei* TUI *indigebunt, nostris miseriis ne desis.* Hoc loco *mei* nominativus est pluralis, *tui* genitivus singularis. Id. (23) *Habetis ducem memorem* VESTRI, *oblitum* SUI. Caes. (24) *Nihil enim malo, quam et* MEI *similem esse et illos* SUI. Cic. (25) *Hoc, quidquid attigi, non feci* INFLAMMANDI *tui causa, sed testificandi amoris mei.* Cum iisdem genitivis *mei, tui, sui, nostri, vestri,* copulari possunt participia vel adjectiva. Planc. (26) *Neque, si facultas... tui* PRAESENTIS *esset, nunquam a tuis consiliis discreparem.* Cic. (27) *Nostram fidem omnes, amorem tui* ABSENTIS, *praesentes tui cognoscent.* Ter. (28) INOPIS *nunc te miserescat* MEI.

(1) De Fin. 2, 4. (2) De N. D. 2, 27. (3) Pro Syll. 18. (4) Pro Dom. 20. (5) De Offic. 1, 14. (6) De Offic. 3, 4. (7) Fam. 15, 13. (8) Phil. 2, 43. (9) Pro Sext. 64. (10) Att. 11, 15. (11) In Pison. 3. (12) Pro Mur. 4. (13) Hist. 7, 40. (14) Hist. 36, 7. (15) Sat. 1, 4, 23. (16) Catil. 1, 6. (17) De Or. 3, 55. (18) Catil. 1, 7; Agr. 2, 32, et alibi. (19) Adelph. 3, 2, 32. (20) Pro Mil. 34. (21) Hist. 25, 38. (22) Att. 3, 27. (23) Catil. 4, 9. (24) Ap. Cic. ad Att. 9, post. ep. 16. (25) Fam. 2, 4. (26) Ap. Cic. Fam. 10, 4. (27) Fam. 1. 1. (28) Heaut. 5, 4, 3.

*II. *Interest* tamen et *refert mea, tua, sua, nostra, vestra* sibi vindicarunt. Quibus addi possunt genitivi *unius, solius, ipsius, omnium* ceterique, qui possessivis adduntur: ut *mea unius* interest: *tua solius* refert: *nostra ipsorum* interest vitia exstirpare: *tua* rempublicam *administrantis* interest semper vigilare; *nostra omnium* interest: *vestra omnium* refert. Videtur etiam dici posse, *nostrum omnium* interest: *vestrum omnium* refert, etc.

*III. Nomina numeralia, partitiva, comparativa et superlativa genitivos *nostrum, vestrum* exigunt. Curt. (1) *Nolo singulos* VESTRUM *excitare.* Cic. (2) *Domus utriusque* NOSTRUM *aedificatur strenue.* Id. (3) *Si est* (locus) *omnibus vobis aut majori* VESTRUM *parti.* Sic dices maximus, minimus *nostrum* etc.

§. 108. *Pronomina post substantiva*

*I. Possessiva *meus, tuus, suus, noster, vester* cohaerent cum substantivis genere, numero et casu, cum possessio vel actio significatur: ut liber *meus*, ager *tuus*, studium *nostrum*, labor *vester*.

*II. At si substantiva significent partem aliquam generalem corporis sive animi, cujusmodi sunt *pars, dimidium, aliquid*, genitivis primitivorum utemur: ut nullam partem *mei* amisi: hoc est non amisi manum, pedem, memoriam. Cic. (4) *Cui proposita sit conservatio* SUI, *necesse est huic partes quoque* SUI *caras esse carioresque, quo perfectiores sint.* Ter. (5) *Tetigi ne* TUI *quicquam?* Quintil. (6) *Minimam partem* MEI *habent.*

**III. Substantiva, quibus ambigua est significatio, activeque ac passive sumi possunt: ut *caritas, amor, memoria, oblivio, desiderium, cura, miseratio, fiducia* itemque cetera ejusdem generis, si possessionem actionemve significent, possessivis adhaerescunt: ut amor *meus*, desiderium *meum*, quo amo ac desidero.

**IV. Sin passionem significent, genitivos *mei, tui, sui, nostri, vestri* flagitant: ut amor *mei*, desiderium *mei*, quo amor ac desideror. Cic. (7) *Aviam tuam scito desiderio* TUI *mortuam esse.* Id. (8) *Amore* TUI *fratrem tuum odisse desinam.* Id. (9) *Me impulit* TUI *caritas.* Id. (10) *Nunc tamen decedens... relinque, quaeso, quam jucundissimam memoriam* TUI. Id. (11) *Peto a te, ne me putes oblivione* TUI *rarius ad te scribere, quam solebam.* Quintil. (12) *Postquam* MEI *cura discesserat.*

**V. Nonnunquam utrumque conjungitur. Cic. (13) *Nicias...* TUA SUI *memoria delectatur.* Id. (14) *Grata mihi vehementer est memoria* NOSTRI TUA.

**VI. Non in omnibus tamen ,quibus anceps est significatio, hoc observatur. Nam *crimen meum, vulnus meum, injuria mea* dicitur etiam mihi illata. Item *imago mea, tua, sua, nostra, vestra*, non solum quae possidetur; sed etiam quae refert et repraesentat. Plaut. (15) TUA *est* IMAGO, *tam consimilis est, quam potest.*

(1) Hist. 8, 8. (2) Ad Q. Fr. 2, 4. (3) Agrar. 2, 28. (4) De Fin. 5, 13. (4) Adelph. 2, 1, 24. (6) Inst. 7, 2. (7) Att. 1, 3. (8) Fam. 5, 2. (9) Fam. 10, 6. (10) Ad Q. Fr. 1. 2, 3. (11) Fam. 6, 2. (12) Declam. 7, 6. (13) Att. 13, 1. (14) Fam. 12, 17. (15) Men. 5, 9, 4.

**VII. Praeterea *causa mea, tua, sua, nostra, vestra*. Cic. (1) *Te abesse* MEA CAUSA, *moleste fero*, TUA *gaudeo*. Id. (2) *Non tam* MEA *quam* TUA CAUSA *doleo te non valere*. Sic apud Ciceronem frequenter. Ulpianus (3) CAUSA MEI dixit; ego malim cum Cicerone loqui.

§. 109. *Reciproca* sui, sibi, se

*I. Reciproco *sui*, *sibi*, *se* utimur, cum tertia persona sive in recto sive in obliquo posita transit in se ipsam. In recto: ut *Caesar* recordatur *sui*, indulget *sibi*, amat *se*, loquitur *secum*. Cic. (4) *Eorum est haec quaerela*, QUI SIBI *cari sunt*, SESEQUE *diligunt*. In obliquo: Id. (5) *Quam bellum erat*... IPSUM SIBI *displicere*. Id. (6) *Habetis* DUCEM *memorem vestri*, *oblitum* SUI.

*II. Etiam accedente altero verbo, reciprocum vim suam obtinere solet, sive referatur ad tertiam personam in recto positam; ut *Marcellus* te, Caesar, precatur, ut miserearis *sui*, ignoscas *sibi*, *se* in fidem tuam suscipias. Cic. (7) *Ne* IPSE *quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset*, *ut* SE *dimitterem*. Id. (8) *Hunc* SIBI *ex animo scrupulum*, *qui* SE *dies noctesque stimulat ac pungit*, *ut evellatis* (Chrysogonus) *postulat*. Sive referatur ad tertiam personam in obliquo positam: ut Cic. (9) ANNALI *literae tuae pergratae fuerunt*, *quod curares de* SE *diligenter*. Id. (10) *Cum ad* ILLUM *scribas*, *nihil te recordari de* SE.

**III. Utuntur aliquando scriptores, accedente altero verbo, demonstrativis pro reciproco. Cic. (11) *Milesios navem poposcit* (Verres), *quae* EUM *praesidii causa Myndum prosequeretur*. Id. (12) *Ita se gessit* (Ligarius), *ut* EI *pacem esse expediret*. Caes. (13) *Quod penes* EUM *est pecuniae*, (Varro) *tradit*. Id. (14) ARIOVISTUS *respondit*: *si quid* IPSI *a Caesare opus esset*, *sese ad eum venturum fuisse*.

**IV. Contra reperitur interdum reciprocum pronomen positum pro demonstrativis *is*, *ipse*. Cic. (15) *Vos ex* M. FAVONIO *audistis*, *Clodium* SIBI *dixisse*, ... *periturum Milonem triduo*. Horat. (16) *Grande malum* FURIUS, *si quis* SE *judice certet*. Senec. (17) *Ad tuum* (Novatilla) *formetur arbitrium*; *multum* SIBI *dederis*, *etiam si nihil dederis praeter exemplum*. Quem locum alii aliter legunt.

**V. Quod si duae tertiae personae interponantur, reciprocum ad priorem referri solet. Cic. (18) *Alterum* (Dionysius jussit interfici), *quia viam demonstravisset interimendi* SUI. Caes. (19) *Petit* (Caesar) *ab his omnibus*, *ut* SE *frumento juvent*. Id. (20) *Orat atque obsecrat* (Lentulus), SIBI *ut Caesar pareat*.

§. 110. *Reciprocum* suus

*I. Reciproco *suus* utimur, cum tertia persona in recto posita transit in rem a se possessam: ut *Cicero* recordatur Tironis liberti *sui*, indulget liberis *suis*, defendit *suos* clientes, scripsit hanc epistolam manu *sua*. Cic. (21) SUUM QUISQUE *noscat ingenium*. Id. (22) FERAE *partus* SUOS *diligunt*,

(1) Fam. 15, 18. (2) Fam. 16, 11. (3) Dig. 19, 5, 19. (4) De Fin. 5, 10. (5) De N. D. 1, 36. (6) Catil. 4, 9. (7) Orat. 28. (8) Pro Rosc. Am. 2. (9) Ad Q. Fr. 3, 1, 9. (10) Ad Q. Fr. 3, 1. (11) Verr. Act. 2, 1, 34. (12) Pro Ligar. 2. (13) B. C. 2, 20. (14) B. G. 1, 34. (15) Pro Mil. 16. (16) Sat. 2, 1, 49. (17) Ad Helv. de Cons. 16. (18) Tusc. 5. 20. (19) B. C. 1, 60. (20) B. C. 1, 22. (21) De Off. 1, 31. (22) De Orat. 2, 40.

qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus? Reciprocum *suus* refertur etiam ad tertiam personam in obliquo positam: ut percussisti *illum* gladio *suo*; vidi *Pompejum* spoliatum ornamentis *suis*. Cic. (1) *Ego* ILLUM *de* SUO *regno, ille me de nostra republica percontatus est*. Id. (2) *Non destiti rogare et petere mea causa; suadere et hortari* SUA. Hic *illum* vel *eum*, subauditur. Liv. (3) SUIS *flammis delete* FIDENAS. Terent. (4) SUO *sibi* HUNC *gladio jugulo*.

* II. Si duae sint tertiae personae, et possessio ad personam in obliquo positam referatur, utemur genitivis *ejus*, *ipsius*, *illius*: ut Vulpes cepit *gallinam* cum pullis *ejus*. Si vero possessio referatur ad personam in recto vel primo loco positam, reciproco *suus* utendum erit: ut *Deus* tuetur hominem propter clementiam *suam*. Nep. (5) *Micytum adolescentulum quinque talentis ad* SUAM *perduxit* (Diomedon) *voluntatem*. Caes. (6) HELVETII . . . SUIS *finibus eos* (Germanos) *prohibent*. Id. (7) *Afranii* FILIUS *adolescens de* SUA *ac parentis* SUI *salute cum Caesare . . . agebat*. Cic. (8) *Esse contra naturam*, HOMINEM *homini detrahere* SUI *commodi causa*. *Sui commodi* ad hominem detrahentem refertur.

* III. Accedente altero verbo, reciprocum *suus* saepe usurpatur, si unica sit tertia persona in recto posita, ad quam reciprocum referatur. Cic. (9) IS *a vobis, judices, hoc postulat, ut . . . deleatis ex animo* SUO *suspicionem omnem*. Id. (10) *Ajebat* (Verres) . . . *multa sibi opus esse, multa canibus* SUIS. Caes. (11) *Quid* SUI *consilii sit*, (Caesar) *ostendit*. Raro si tertia persona sit in obliquo. Ovid. (12) *Respice* LAERTEN, *ut jam* SUA *lumina condas*.

* IV. Utimur praeterea reciproco *suus*, cum res possessa in possessorem transit. Cic. (13) ILLUM *ulciscentur mores* SUI. Id. (14) SUA *concio risit* HOMINEM. Id. (15) HUNC (Hannibalem) SUI *cives e civitate ejecerunt*. Id. (16) *Indulsit* ILLI *quidem* SUUS *pater semper*.

** V. Interdum accedente altero verbo, pronomen *is* aut *ipse* pro reciproco *suus* ponitur. Cic. (17) *Qui* (Solon) *quo et tutior vita* EJUS *esset, et plus aliquanto reipublicae prodesset, furere se simulavit: ejus* pro *sua*. Id. (18) *Illa tamen praestare* (filius) *debebit, quae erunt in* IPSIUS *potestate: ipsius* pro *sua*. Id. (19) *Ea molestissime ferre* HOMINES *debent, quae* IPSORUM *culpa contracta sunt: ipsorum* pro *sua*.

** VI. Contra *suus* nonnunquam usurpatur pro *is*. Cic. (20) *Si* C. CAESARIS, *fortissimorumque* SUI *patris militum exercitus non fuisset*. Id. (21) *C. Memmius candidatus pactionem in senatu recitavit, quam* IPSE *et* SUUS *competitor Domitius cum Consulibus fecissent*. Virg. (22) *Tum breviter Barcen nutricem adfata Sychaei* (Dido); *Namque* SUAM *patria antiqua cinis ater habebat*. Quae non temere imitanda sunt, cum intercedat conjunctio. Neque enim licet dicere: Conveni *Franciscum* et patrem *suum*, sed *ejus*: Monebo *Antonium*, ut veniat, et ego veniam *secum*, sed cum *eo*: Id *Petrus* optat,

(1) Somn. Scip. 1. (2) Att. 6, 2. (3) Hist. 4, 83. (4) Adelph. 5, 8, 35. (5) Epamin. 4. (6) B. G. 1, 1. (7) B. C. 1, 74. (8) De Off. 3, 6. (9) Pro Rosc. Am. 2. (10) Verr. Act. 2, 1, 48. (11) B. G. 1, 21. (12) Heroid. 1, 113. (13) Att. 9, 12. (14) De Har. Resp. 5. (15) Pro Sext. 68. (16) Att. 10, 11. (17) De Off. 1, 30. 18) De Off. 1, 33. (19) Ad Q. Fr. 1, 1, 1. (20) Phil. 4, 2. (21) Att. 4, 18, 2. (22) Aen. 4, 632.

quare *sua* causa ut facias, te rogo, sed *ejus* causa. Quoties enim reciprocum interruptum non redit aut recte aut oblique ad eum, unde proficiscitur, reciproco fere locus non est.

** VII. Quod si duae tertiae personae interponantur reciprocum ad priorem referri solet. Cic. (1) *Ab his petivit* (Pythius), *ut ante* SUOS *hortulos postridie piscarentur.* Id. (2) *Debere eum* (Ligurem) *ajebat* (Verres) SUAM *quoque rationem ducere.* Caes. (3) *Petit* (Caesar) *ab utroque quoniam Pompeii mandata ad se detulerint, ne graventur* SUA *quoque ad eum postulata deferre.* Id. (4) *Si* SUAM *gratiam Romani velint*, (Germanos) *posse eis utiles esse amicos.*

** VIII. *Suus* refertur ad rem tamquam ad personam, praesertim cum ponitur pro *proprius:* ut de hac *re* dixi *suo* loco: referam *haec* omnia *suis* locis. Virg. (5) *En Priamus, sunt hic etiam* SUA *praemia* LAUDI. Col. (6) *Singula* (rapa) SUO *sibi jure eluito.*

** IX. *Sui* ponitur interdum pro *suus.* Cic. (7) *Imitantes genitorem et effectorem* SUI. Id. (8) *Ita se ipse consumptione et senio alebat* SUI. Contra *suus* videtur positum pro *sui.* Nep. (9) *Ita ille imprudens ipse* SUUS *fuit accusator. Suus* accusator pro *sui* accusator.

§. 111. *De numeri distributivi constructione*

* I. Distributivis ferme utimur cum idem pariter in plura dividimus. Cic. (10) *Gladiatores Caesaris .... sane commode Pompejus distribuit* BINOS SINGULIS *patribus familiarum.* Id. (11) *Iste pro tritici modiis* SINGULIS TERNOS *ab aratoribus denarios exegit;* hoc est denarios *tres* pro quolibet tritici modio.

* II. Cum duo adhibentur numeri, uterque debet esse distributivus. Cic. (12) *Nonne cernimus, vix* SINGULIS *aetatibus* BINOS *oratores laudabiles constitisse?* Id. (13) *Queritur Sicilia tota, C. Verrem ab aratoribus ... pro frumento in modios* SINGULOS, DUODENOS *sestertios exegisse;* idest sestertios *duodecim* pro quolibet frumenti modio. Varr. (14) *Quum ... sibi in dies* SINGULOS *denarios* SINGULOS *dare audisset.* Alioquin unus tantum numerus distributivus adhibeatur. Liv. (15) *Data ex praeda militibus aeris* OCTOGENI BINI *sagaque et tunicae;* hoc est *octoginta duo* nummi unicuique militum dati.

** III. Res vel mensura, in quam cadit distributio, saepe accusativo gaudet cum praepositione *in.* Cic. (16) *Describebat censores binos* IN SINGULAS CIVITATES *Timarchides.* Liv. (17) *Quae* (viduae) *bina millia aeris* IN ANNOS SINGULOS *penderent.* Id. (18) *Tum trium mensium frumento imperato et annuo stipendio ac singulis* IN MILITEM *tunicis, ad senatum pacis oratores missi.*

** IV. Saepe distributivus omittitur, cum res, in quas aliquid distribuitur, accusativo efferuntur cum praepositione *in.* Ita dicitur: *in militem, in navem, in capita;* idest in singulos milites, in singulas naves etc. Liv. (19) *Frumentum maelianum assibus* IN MODIOS *aestimatum plebi divisit;* hoc est, cum *singuli* modii *singulis* assibus aestimarentur.

(1) De Off. 3, 14. (2) Verr. act. 2, 1, 48. (3) B. C. 1, 9. (4) B. G. 4, 7. (5) Aen. 1, 465. (6) R. R. 12, 56. (7) De Univers. 13. (8) De Univers. 6. (9) Lysandr. in fine. (10) Attic. 7, 14. (11) Verr. act. 2, 3, 81. (12) De Cl. Orat. 97. (13) Verr. Divin. 10. (14) R. R. 2, 3. (15) Hist. 10, 30. (16) Verr. act. 2, 2, 53. (17) Hist. 1, 43. (18) Hist. 9, 43. (19) Hist. 4, 16.

** V. Distributivi numeri loco primitivorum seu cardinalium substantivis junguntur, quae numero singulari carent, ut *binae* literae, *bina* castra, *terna* arma. Non autem duae literae, duo castra, tria arma. Cic. (1) *Inter* BINA *castra collocutus est.*

** VI. In his ipsis tamen *uni, unae, una* dicemus potius quam *singuli* nisi distributive sumantur, ut *unae* nuptiae, scalae, literae, etc. Cic. (2) *Adductus sum tuis* UNIS *et alteris literis.* Id. (3) *Cum ... sese non* UNIS *circumdatum moenibus ... agnoverit.* Sallust. (4) *Ubi* UNAE *atque alterae scalae comminutae, qui supersteterant, afflicti sunt.*

** VII. Quamvis distributiva nomina numerum multitudinis tantum sibi vindicent, non raro tamen singulari numero usurpantur, tum a poëtis, ut Virg. (5) TERNO *ordine.* Id. (6) CENTENA *arbore.* Sic Claudian. (7) *Gurgite* SEPTENO, etc. Tum etiam ab historicis, ut Plin. (8) QUADRAGENO *aut* VICENO *spatio.* Brut. (9) SEPTENUM *numerum legionum.* Quibus locis distributivi numeri pro cardinalibus ponuntur.

** VIII. Quod fit etiam in numero multitudinis, non solum cum junguntur nominibus, quae singulari carent, ut binae *literae*, bina *castra*, sed etiam cum junguntur nominibus, quae singularem quoque numerum habent: quod frequens est tam apud eosdem sive poëtas sive historicos, tum etiam apud oratores. Virg. (10) *Bis* QUINOS *silet ille dies.* Ovid. (11) *Perque* QUATER DENOS *itur in illa gradus:* pro *bis quinque, quadraginta.* Plin. (12) *Mares* (ursi) QUADRAGENIS *diebus latent, foeminae* QUATERNIS *mensibus:* pro *quadraginta* diebus, *quatuor* mensibus. Id. (13) *Vivunt laconici* (canes) *annis* DENIS: pro *decem.* Cic. (14) *Cum in Sicilia sestertiis* BINIS *tritici modius esset ... summum sestertiis ternis:* pro *duobus, tribus.* Id. (15) *Ab isto pueri annorum* SENUM SEPTENUMQUE DENUM *senatorium nomen nundinati sunt:* hoc est pueri annorum *sexdecim* et *septemdecim.* Sic alii saepe. At Cic. (16) *Cum aetas tua* SEPTENOS *octies solis anfractus reditusque converterit*, etc. prope poëtice loquitur: hoc est, ubi *sex et quinquaginta* annos expleveris.

§. 112. MILLE

* I. *Mille*, cum adjectivum est, pluralis tantum est numeri nec declinatur in casus. Planc. (17) *Equites* MILLE *via breviore praemisi.* Horat. (18) *Positis intus Chii veterisque Falerni*-MILLE *cadis.* Cic. (19) *Qui tandem convenit ...* MILLE *talentum accessionem esse factam.* Varr. (20) *Ad Romuli initium plus* MILLE *et centum annorum est.*

* II. *Mille* substantivum genitivo jungitur, et singulari numero non declinatur in casus: at numero multitudinis *millia*, *millium*, *millibus* dicimus. Cic. (21) *Quis unquam in illo Jano inventus est, qui L. Antonio* MILLE NUMMUM *ferret expensum.* Horat. (22) MILLE OVIUM *insanus morti dedit.* Cic. (23) *Quo in fundo, ... facile* MILLE HOMINUM *versabatur* VALENTIUM.

(1) Phil. 12, 11. (2) Attic. 14, 18. (3) De Legib. 1, 23. (4) Jug. 60. (5) Aen. 5, 120, 6) Aen. 1, 207. (7) Lib. 1, in Rufin. 185. (8) H. N. 17, 23. (9) Apud. Cic. Fam. 11, 10. (10) Aen. 2, 126. (11) Pont. 3, 2, 50. (12) H. N. 8, 36. (13) H. N. 10, 63. (14) Verr. act. 2, 3, 81. (15) Verr. act. 2, 2, 49. (16) Somn. Scip. 2. (17) Apud Cic. Fam. 10, 9. (18) Sat. 2, 3, 115. (19) Pro Rab. 11. (20) Apud Gell. 1, 16. (21) Phil. 6, 5. (22) Sat. 2, 3, 197 (23) Pro Mil. 20. Sic legunt Gell. 1, 16; et Macrob. Saturn. 1, 15, qui et alia similia afferunt.

Id. (1) *Septingenta* MILLIA PASSUUM. Id. (2) *Quid vociferabare, decem* MILLIA TALENTUM *Gabinio esse promissa*? Vide lib. I, §. 5. XX. de numeris cardinalibus.

**III. Si quando *millia* cum alio substantivo eodem casu junctnm reperitur, erit substantivum per appositionem continuatnm. Liv. (3) PHILIPPEI *nummi aurei quatuordecim* MILLIA *quingenti quatuordecim*. Id. (4) *Caesa ad sex millia hominum, duo* MILLIA *et quingenti* CAPTI.

DE CONSTRUCTIONE VERBI ACTIVI

§. 113. *Primus ordo activorum. Accusativus post verbum.*

I. Omnia verba, quae activa vocantur, post se accusandi casum postulant. Cic. (5) *Pompejus amat* NOS CAROSQUE *habet*. Id. (6) *Quae si* VOS *cepit oblivio*, etc. Id. (7) TOT DOMUS LOCUPLETISSIMAS *domus istius una capiet?* Vetus epigr. (8) *Fastidit* VINUM. Horat. (9) *Num esuriens fastidis* OMNIA *praeter-Pavonem rhombumque?*

Amare *amare*	Diligere *amare*	Oblectare *dilettare*
Appellare *chiamare*	Fallere *ingannare*	Occidere *uccidere*
Caedere *tagliare*	Fastidire *aver a noia*	Praeterire *trapassare*
Capere *pigliare*	Ferre *portare*	Scribere *scrivere*
Celebrare *celebrare*	Jacere *gittare*	Spernere *spregiare*
Comere *ornare*	Juvare *piacere*	Timere *temere*
Commendare *raccomandare*	Laudare *lodare*	Vehere *trasportare**
Cupere *bramare*	Legere *leggere*	Verberare *battere*
Delectare *dilettare*	Metuere *temere*	Vituperare *biasimare*

*II. Verbum activae significationis interdum absolute usurpatur. Plaut. (10) *Mane vero, quanquam* FASTIDIS. Interdum pro accusativo infinitum habet, vel membrum orationis. Quintil. (11) *Idque interim fieri, quia fastidiant* PRAESTARE *hanc inferioribus curam*. Cic. (12) *Et sic existimes*, ME *vehementius tua miseria, quam mea* COMMOVERI. Id. (13) *Neque* SUM ADMIRATUS HANC EPISTOLAM, *quam Acastus attulit, brevem* FUISSE. Hujusmodi exempla passim occurrunt.

§. 114. *Secundus ordo activorum. Genitivus praeter accusativum.*

I. Verba *admoneo, commoneo, commonefacio* genitivum habent cum accusativo. Liv. (14) *Legatos miserunt, qui admonerent* FOEDERIS *eum* ROMANI. Quintil. (15) *Grammaticos* OFFICII SUI *commonemus*.

II. Eadem tamen pro genitivo possunt ablativum cum praepositione *de* admittere. Cic. (16) DE QUO *vos paulo ante invitus admonui*. Id. (17) *Te neque praesens filius* DE *liberorum* CARITATE, *neque absens pater* DE INDULGENTIA PATRIA *commonebat?*

III. Verba *accusandi, absolvendi, damnandi* praeter accusativum genitivum admittunt, qui poenam crimenve certum aut incertum significet. Cic. (18) *Nunquam enim tam Coelius amens fuisset, ut* ... AMBITUS *alterum accusaret*. Ter. (19) *Hic* FURTI *se alligat*. Cic. (20) *An non intelligis primum, quos homines et quales viros mortuos* SUMMI SCELERIS *arguas?* Id.

(1) Pro Quint. 25. (2) Pro Rab. 8. (3) Hist. 34, 52. (4) Hist. 10, 20. (5) Att. 2, 20. (6) Pro Mil. 36. (7) Verr. act. 2, 4, 4. (8) Ap. Suet. Tib. 59. (9) Sat. 1, 2, 115. (10) Cas. 3, 6, 7. (11) Inst. 2, 3. (12) Fam. 14, 4. (13) Fam. 14, 5. (14) Hist. 35, 13. (15) Inst. 1, 5. (16) Pro Leg. Man. 15. (17) Verr. act. 2, 5, 42. (18) Pro Coel. 7. (19) Eun. 4, 7, 39. (20) Pro Rab. 9.

(1) *Civem romanum* CAPITIS *condemnari coëgit.* Auctor ad Herenn. (2) *C. Coelius judex absolvit* INJURIARUM *eum, qui Lucilium poëtam in scena nominatim laeserat.* Cic. (3) *Video Neronis judicio non te absolutum esse* IMPROBITATIS, *sed illos damnatos esse* CAEDIS. Plaut. (4) *Homo* FURTI *sese adstringet.* Subauditur his genitivis ablativus *crimine*, *poena*, *nomine*. Cic. (5) *Ne . . . ipse alterum iterum ambitus* CRIMINE *arcesseret.* Ideo illa ipsa *crimen*, *poena*, *nomen* fere ablativo sine praepositione efferuntur. Cic. (6) *Si iniquus es in me judex, condemnabo* EODEM *ego te* CRIMINE. Id. (7) *Nunc non modo te* HOC CRIMINE *non arguo, sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo.*

Absolvere *assolvere*	Arguere *riprendere*	Incusare *accusare*
Accersere *chiamare in giudizia*	Coarguere *incolpare*	Infamare *infamare*
Accusare *accusare*	Condemnare *candannare*	Liberare *prasciogliere*
Adstringere *farsi colpevole*	Convincere *convincere*	Postulare *dare accusa*
Alligare *farsi rea*	Deferre *denunziare in giudizio*	Redarguere *rinfacciare*
Appellare *chiamare in giudizio*	Damnare *condannare*	
Arcessere *chiamare in giudizia*	Insimulare *imputare.*	

* IV. Genitivus criminis cum his praesertim verbis *accuso, arguo, appello, defero, postulo, absolvo, damno, condemno* in ablativum cum praepositione *de* mutari potest. Cic. (8) *Non committam posthac, ut me accusare* DE *epistolarum* NEGLIGENTIA *possis.* Verum nomen *crimen* ablativo sine praepositione effertur.

* V. Dicimus etiam *capite*, *verberibus*, *exilio* aliquem damnare, punire, plectere. Auct. ad Herenn. (9) *Eum vos jurati* CAPITE *damnastis.* Sueton. (10) *Ausus est* (L. Otho) *milites quosdam . . .* CAPITE *punire.* Callistrat. (11) EXILIO *puniendi sunt: nonnunquam* CAPITE *plectendi.*

* VI. *Absolvo, libero, alligo, adstringo, mulcto, obligo, obstringo,* quemadmodum suapte natura ablativum petunt, ita et ablativum significantem poenam crimenve sine praepositione admittunt. Liv. (12) *Ego me, etsi* PECCATO *absolvo,* SUPPLICIO *non libero.* Cic. (13) *Vitia hominum, atque fraudes* DAMNIS, IGNOMINIIS, VINCULIS, VERBERIBUS, EXILIIS, MORTE *mulctantur.*

** VII. Non semper verba accusandi et damnandi *accuso, corripio, reprehendo, vitupero, culpo, castigo, increpo, objurgo, punio, plecto, mulcto, traduco, noto, suggillo, taxo* cum genitivo criminis poenaeve junguntur: ut cum verba judicialia non sunt, sed solum peccasse aliquem aut errasse significant. Vituperare, reprehendere, accusare *alicujus parsimoniam, ambitionem* etc. dicam potius, quam *aliquem parsimoniae, ambitionis.* Cic. (14) *Venit ad me etiam C. Fufius . . .* SCELUS *accusans* POMPEJI, LEVITATEM *et* STULTITIAM SENATUS. Id. (15) *Cum* MEAM MOESTITIAM *et* DESPERATIONEM *accusares.* Id. (16) *Castigemus etiam* SEGNITIEM HOMINUM *atque* INERTIAM. Id. (17) *Quanquam ea villa, quae nunc est, tanquam philosophia videtur esse, quae objurget* CETERARUM VILLARUM INSANIAM. *Excusandi* etiam verba hujus loci videntur. Non enim dicitur: excuso *me* tibi *tarditatis*, sed cum Cic. (18) excuso tibi *tarditatem meam.*

(1) Pro Rab 4. (2) Rhet. 2, 13. (3) Verr. act. 2, 1, 28. (4) Poen. 3, 4, 47. (5) Pro Coel. 7. (6) Fam. 2, 1. (7) Verr. act. 2, 5, 18. (8) Att. 1, 6. (9) Rhet. 4, 24. (10) Oth. 1. (11) Dig. 48, 19, 28. (12) Hist. 1, 58. (13) De Orat. 1, 43. (14) Att. 9, 5. (15) Fam. 7, 28. (16) De Orat. 1, 41. (17) Ad Q. Fr. 3, 1, 2. (18) Att. 15, 26.

** VIII. Verba eadem accusandi etc. interdum praepositionem *in* admittunt. Cic. (1) *Vitam ejus, quem arguit ex ante factis accusator improbare debebit et ostendere, si* QUO IN PARI *ante* PECCATO *convictus sit*. Id. (2) *Primum me tibi excuso in eo ipso*, IN QUO *te accuso*.

§. 115. *Tertius ordo activorum. Dativus praeter accusativum*

I. Quaedam verba activa praeter accusativum dativum exigunt: ea fere sunt *dandi, reddendi, committendi, promittendi, declarandi, anteponendi, postponendi*. Cic. (3) *Salutem* TIBI *iidem dare possunt, qui* MIHI *reddiderunt*. Plin. (4) *Hic* (Sol) *suum lumen ceteris quoque* SIDERIBUS *fenerat*. Virg. (5) *Ipsa* SATIS (idest *segetibus*) *tellus, cum dente recluditur unco,-Sufficit humorem*. Liv. (6) *Otium urbanum militiae* LABORIBUS *praeoptat*.

DANDI
Commodare *prestare*
Concedere *concedere*
Dare *dare*
Debere *dovere*
Dedere *consegnare*
Exhibere *presentare*
Fenerare *dare ad usura*
Porrigere *porgere*
Praebere *dare*
Sufficere *sostituire*
Suggerere *suggerire*
Suppeditare *somministrare*
Tribuere *attribuire*

REDDENDI
Deferre *apportare*
Reddere *rendere*
Referre *riferire*
Rependere *compensare*
Reponere *riporre*
Restituere *restituire*

COMMITTENDI
Commendare *raccomandare*
Committere *commettere*
Concredere *confidare*
Credere *affidare*
Mandare *commettere*
Tradere *consegnare*

PROMITTENDI
Promittere *promettere*
Spondere *promettere*

DECLARANDI
Aperire *aprire*
Declarare *dichiarare*
Demonstrare *dimostrare*
Dicere *dire*
Edisserere *sporre*
Explanare *spianare*
Explicare *spiegare*
Exponere *esporre*
Indicare *indicare*
Narrare *narrare*
Ostendere *dimostrare*
Prodere *manifestare*
Significare *significare*

ANTEPONENDI ET POSTPONENDI
Anteferre *antiporre*
Posthabere *posporre*
Praeferre *preferire*
Praehabere *mettere innanzi*
Praeoptare *antiporre*
Praeponere *mettere innanzi*

II. [Alia verba sunt hujus tertii ordinis, ut *facio* tibi injuriam, *facio* tibi fidem, *ago* vobis maximas gratias; *interdixisti* nobis usum purpurae; *scribo, mitto* tibi et ad te literas. Vatin. (7) *Omnia mehercule cupio, quae tu mihi* IMPERAS. Cic. (8) *Tu, quod ipse tibi* SUASERIS, *idem mihi* PERSUASUM *putato*.]

III. [Multa denique composita ex activis et praepositione *ad, in, ob, prae, sub*, praeter dativum etiam accusandi casum postulant. Cic. (9) *Inimici mei mea mihi, non me ipsum* ADEMERUNT. Sulpic. (10) *Quae aliis tute* PRAECIPERE *soles, ea tute tibi* SUBJICE, *atque apud animum propone*. Ejusmodi sunt *adjicio, adhibeo, adimo, adjudico, adjungo, admisceo, admoveo, affero, applico, appono, impendo, importo, incutio, indo, infero, infigo, ingero, injicio, injungo, insero, inuro, objicio, offero, offundo, oppono, praecludo, praecipio, praeficio, praefinio, praeparo, praescribo, subduco, subjicio, subjungo, subscribo, subtraho, suggero, suppono*.]

*IV. Sunt, quibus geminus dativus praeter accusativum apponitur: do *tibi* hoc *laudi, vitio, culpae, crimini, pignori, fenori:* vertis id *mihi vitio, stultitiae:* id *tibi* ducis *honori, gloriae, laudi, vitio, damno*. Cic. (11) *Profecto*

(1) De Invent. 2, 10. (2) Ad Q. Fr. 1, 2. (3) Pro Planc. 43. (4) H. N. 2, 6. (5) Georg. 2, 423. (6) Hist. 44, 22. (7) Ap. Cic. Fam. 5, 10. (8) Att. 13, 38. (9) Att. 3, 5. (10) Ap. Cic. Fam. 4, 5. (11) Pro Rosc. Amer. 16.

te intelliges, inopia criminum summam laudem SEXTO ROSCIO VITIO *et* CULPAE *dedisse.* Ter. (1) *Tu nunc* TIBI *id* LAUDI *ducis, quod tum fecisti inopia.*

* V. *Habeo tibi fidem,* idest credo, usitatissimum est: *adhibeo tibi fidem* in eadem significatione vix apud probatos scriptores invenies: *praesto tibi fidem* tum dicimus, cum servare fidem intelligimus. Liv. (2) *Gens fallax promissi* FIDEM PRAESTITIT.

** VI. *Mutuo tibi* non dicimus, sed *commodo* si agitur de rebus, quae restituuntur eaedem; *mutuum do,* si agitur de rebus quae non restituuntur eaedem, sed ejusdem generis, ut puta de frumento, pecunia aliisque. Cic. (3) *Cui* (Egnatio) *magnam* DEDIMUS *pecuniam* MUTUAM. Ter. (4) *Huic drachmarum haec argenti mille* DEDERAT MUTUUM. Plaut. (5) *Si quis* MUTUUM *quid* DEDERIT, *fit pro proprio perditum.* Male hic aliqui legunt, *si quis quid mutuaverit. Commodo* de iis etiam rebus dicitur, quae non eaedem redduntur. Plaut. (6) *Cur tu aquam gravare, amabo quam hostis hosti* COMMODAT? Non ita passim usurpandum.

** VII. *Jubeo* cum *imperare* significat, accusativum personae non habet, sed rei; cum autem *decernere, statuere, creare,* non solum accusativum rei, sed etiam personae admittit. Cic. (7) *Lex est ratio summa, insita in natura, quae jubet* EA, *quae facienda sunt, prohibetque contraria.* Cic. (8) *Illis ... responderem,* LEGEM *populum romanum jussisse de civitate tribuenda.* Id (9) *Primum cum Caesar ostendisset, se ...* DOLABELLAM CONSULEM *esse jussurum,* idest creaturum. Liv. (10) *Inde* TULLUM HOSTILIUM ... REGEM *populus jussit.* Cum dativo personae non passim usurpandum.

§. 116. *Quartus ordo activorum. Geminus accusativus post verbum*

I. Quaedam verba activa post se duos accusandi casus admittunt. Cic. (11) *Silii* CAUSAM TE *docui.* Id. (12) *Quid? puerorum illa concursatio nocturna? num a te ipso instituta?* ME FRUMENTUM *flagitabant?* Cic. (13) QUAE *tu* ME *mones.* Id. (14) *Postea Racilius de privatis* ME *primum* SENTENTIAM *rogavit.* Anton. (15) TE HOC BENEFICIUM *rogo.* Cic. (16) PUSIONEM QUENDAM *Socrates interrogat* QUAEDAM GEOMETRICA.

Celare *nascondere*	Flagitare *dimandare istantemente*	Poscere *chiedere*
Docere *insegnare*	Interrogare *interrogare*	Rogare *dimandare*
Edocere *ammaestrare*	Monere *ammonire*	Reposcere *ridomandarè*

II. Eadem verba accusativum rei vertunt in ablativum cum praepositione *de.* Cic. (17) *Equidem soleo dare operam ut* DE SUA *quisque* RE *me ipse doceat.* Id. (18) *Extremum est, quod te orem.. cum Camillo communices, ut Terentiam moneatis* DE TESTAMENTO. Id. (19) *Bassus noster me* DE HOC LIBRO *celavit.* Id. (20) *Visne igitur ... ego te vicissim* EISDEM DE REBUS *latine interrogem?*

* III. *Instituo, instruo, imbuo, informo* quamvis sint verba docendi, non tamen geminum accusativum habent, sed ablativum cum accusa-

(1) Adelph. 1, 2, 24. (2) Hist. 25, 41. (3) Att. 11, 3. (4) Heaut. 3, 3, 40. (5) Trin. 4, 3, 44. (6) Rud. 2, 4, 21. (7) De Leg. 1, 6. (8) Pro Balb. 17. (9) Phil. 2, 32. (10) Hist. 1, 22. (11) Fam. 7, 21. (12) Pro Dom. 6. (13) Fam. 2, 16. (14) Ad Q. Fr. 2, 1. (15) Ap. Cic. ad Att. 14, ep. 1, post, ep. 13. (16) Tusc. 1, 24. (17) De Orat. 2, 24. (18) Att. 11. 16. (19) Fam. 7 20. (20) Partit. Or. 1.

tivo. Cic. (1) QUIBUS *ille* STUDIIS *ab ineunte aetate se imbuerat, non saltandi, sed bene ut armis, optime ut equis uteretur.*

** IV. *Erudio* apud poëtas duos accusativos admittit. Stat. (2) *Et quae* TE LEGES *praeceptaque fortia belli- Erudiit genitrix, nimium didicisse queretur.* Sic Ovidius (3) aliquoties. Apud oratores plerumque jungitur ablativo vel cum praepositione *de*, vel sine ulla praepositione. Cic. (4) *Obviae mihi velim sint literae tuae quae me erudiant* DE OMNI REPUBLICA. Id. (5) *Lentulum nostrum ... cum* CETERIS ARTIBUS, *quibus studuisti semper ipse, tum in primis* IMITATIONE *tui fac erudias.*

§. 117. *Quintus ordo activorum. Ablativus praeter accusativum*

I. Quaedam verba activa ablativum praeter accusativum sibi adsciscunt: ea fere sunt *vestiendi*, *implendi*, *onerandi*, *liberandi* et his contraria; multa praeterea *privandi*. Cic. (6) *Quae* (natura) *primum oculos* MEMBRANIS TENUISSIMIS *vestivit et sepsit.* Id. (7) *Diligentius urbem* RELIGIONE *quam* IPSIS MOENIBUS *cingitis.* Cic. (8) *Is* FRUSTIS ESCULENTIS ... *totum tribunal implevit.* Id. (9) *Metuit homo doctus et sapiens ne L. Flaccus nunc* SCELERE *se alliget.* Id. (10) *Num igitur se obstrinxit* SCELERE? Id. (11) MAGISTRATU *se abdicaverunt.* Id. (12) *Petit ab eo* (M. Marcellus a Verre) ... *ne per summam injuriam pupillum Junium* FORTUNIS PATRIIS *conetur evertere.* Ter. (13) EMUNXI ARGENTO *senes.* Id. (14) CURA *sese expedivit.*

VESTIENDI ET CONTRARIA
Amicire *coprire*
Calceare *calzare*
Cingere *cingere*
Consternere *distendere*
Convestire *rivestire*
Exuere *svestire*
Induere *vestire*
Insternere *stender sopra*
Munire *munire*
Nudare *nudare*
Ornare *ornare*
Sepire *assiepare*
Spoliare *spogliare*
Sternere *stendere*
Succingere *succingere*
Tegere *coprire*
Vestire *vestire*

IMPLENDI ET CONTRARIA
Augere *aumentare*
Complere *riempire*
Cumulare *colmare*
Exhaurire *vuotare*
Explere *empire*
Farcire *imbottare*
Implere *empire*
Locupletare *arricchire*
Refercire *rinfarcire*
Replere *riempire*
Satiare *saziare*
Saturare *satollare*

ONERANDI ET CONTRARIA
Deonerare *scaricare*
Exonerare *scaricare*
Levare *alleggerire*
Obruere *coprire*
Onerare *aggravare*
Opprimere *opprimere*
Premere *premere*

LIBERANDI ET CONTRARIA
Absolvere *assolvere*
Alligare *farsi reo*
Astringere *farsi reo*
Damnare *condannare*
Expedire *prosciogliere*
Illaqueare *allacciare*
Impedire *impedire*
Implicare *intrigare*
Irretire *arreticare*
Liberare *liberare*
Multare *multare*
Obligare *obbligare*
Obstringere *legare*
Solvere *sciogliere*

PRIVANDI ET ALIA
Abdicare *rinunziare*
Abstinere *astenersi*
Afficere *commuovere*
Commutare *commutare*
Emungere *smungere*
Evertere *rovesciare*
Fraudare *fraudare*
Mutare *mutare*
Orbare *privare*
Pellere *cacciare*
Permutare *permutare*
Privare *privare*
Prohibere *allontanare*
Viduare *vedovare*

*II. *Solvo*, cum de pecunia sermo est, praeter accusativum significantem pretium, ablativum rei postulat cum praepositione *pro* et ad tertium ordinem spectat. Cic. (15) *Permultis civitatibus* PRO FRUMENTO NIHIL *solvit omnino.* Liv. (16) *C. Sulpicius praetor ... legatis Epirotarum* PECUNIAM PRO FRUMENTO

(1) Pro Dejot. 10. (2) Theb. 10, 500. (3) Met. 8, 215. (4) Fam. 2, 12. (5) Fam. 1, 7. (6) De N. D. 2, 57. (7) De N. D. 3, 40. (8) Phil. 2, 25. (9) Pro Flacc. 17. (10) De Off. 3, 4. (11) De Divin. 2, 35. (12) Verr. act. 2, 1, 51. (13) Phorm. 4, 4, 1. (14) Phorm. 5, 4, 4. (15) Verr. act. 2, 3, 72. (16) Hist. 44, 16.

solvit. Saepe alter casus desideratur. Cic. (1) *Invita* (tralliana civitas) *solverat Castricio* PECUNIAM *jamdiu* DEBITAM. Id. (2) *Misimus qui* PRO VECTURA *solveret.*

* III. *Afficio* cum significat *commovere* accusativum personae postulat, ablativum rei. Cic. (3) *Nunc quis est,... qui non unum post hominum memoriam T. Annium . . .* MAXIMA LAETITIA *populum romanum . . . affecisse et dicat et sentiat?* Sic dicimus *afficere aliquem cura, dolore, ignominia*, etc.

** IV. *Dono, aspergo, impertio* vel *impertior; augeo* et *levo; induo* et *exuo* vel cum dativo personae et accusativo rei, vel cum accusativo personae et ablativo rei construuntur. Cic. (4) *Non pauca* SUIS ADJUTORIBUS *large effuseque donabat.* Id. (5) *Eum Pompejus* CIVITATE *donavit.* Id. (6) *Atque etiam ipse conditor totius negotii guttam aspergit* HUIC BULBO. Id. (7) *Hunc tu vitae splendorem* MACULIS *aspergis* ISTIS? Id. (8) *Dolorem suum* NEMINI *impertiebat.* Ter. (9) PLURIMA SALUTE *Parmenonem summum suum impertit Gnato.* Cic. (10) *Auxerunt* (literae tuae) MIHI *dolorem.* Id. (11) *Quem laborem* NOBIS *Attici nostri levavit labor.* Id. (12) HIS (Deciis) *levabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis.* Id. (13) *Et vos non dubitatis, quin vectigalia vestra vendatis . . . ut syllanos possessores* DIVITIIS *augeatis.* Id. (14) *Leva me* HOC ONERE. Caes. (15) *Quo qui intraverant, se ipsi* ACUTISSIMIS VALLIS *induebant.* Cic. (16) SIBI *et torquem et cognomen induit.* Liv. (17) *Et tunc Mamertinorum sociorum periculum et nunc Sagunti excidium* NOBIS *pia ac justa induerunt arma.* Senec. (18) *Vanitatem* (sapientia) *exuit* MENTIBUS. Ovid. (19) *Jamdudum vincula pugnat-Exuere ipse* SIBI. Cic. (20) *Cui* (Herculi) *cum Dejanira sanguine centauri* TINCTAM TUNICAM *induisset . . . ait ille*, etc. Id. (21) *Nonne* OMNEM HUMANITATEM *exuisses?* Ceterum *exuo* cum dativo perquam rarum est.

§. 118. *Sextus ordo activorum. Ablativus cum praepositione* a *vel* ab *praeter accusativum*

I. Quaedam verba activa praeter accusativum ablativum cum praepositione *a* vel *ab* postulant: ea fere sunt *petendi, auferendi, removendi, abstinendi, accipiendi.* Cic. (22) A TE *opem petimus.* Id. (23) *Unicum miser* ABS TE *filium optimum atque innocentissimum flagitat.* Id. (24) *Quo facilius* A TE *id exigam, quod peto, nihil tibi* A ME *postulanti recusabo.* Id. (25) A QUO PERICULO *defendite, judices, civem fortem atque innocentem.*

PETENDI	Reposcere *ridomandare*	Pellere *scacciare*
Contendere *dimandar con istanza*	REMOVENDI	Repellere *ributtare*
Efflagitare *dimandar con istanza*	Abigere *discacciare*	Prohibere *allontanare*
Exigere *esigere*	Amovere *allontanare*	ABSTINENDI
Flagitare *dimandar con istanza*	Avertere *rimuovere*	Abstinere *tener lontano*
Petere *chiedere*	Arcere *tener lontano*	Continere *contenere*
Poscere *dimandare*	Absterrere *distogliere spaventando*	Cohibere *trattenere*
Quaerere *dimandar per sapere*	Deterrere *tener lontano*	Refrenare *raffrenare*
Repetere *ripetere*	Defendere *allontanare, difendere*	

(1) Pro Flacc. 23. (2) Att. 1, 3. (3) Pro Mil. 28. (4) Pro Rosc. Am. 8. (5) Pro Balb. 3. (6) Pro Cluent. 26. (7) Pro Planc. 12. (8) Verr. act. 3, 2, 34. (9) Eun. 2, 2, 39. (10) Att. 11, 22. (11) Orat. 34. (12) Tuscul. 2, 24. (13) Agrar. 2, 26. (14) Fam. 3, 12. (15) B. G. 7, 73. (16) De Fin. 2, 22. (17) Hist. 30, 31. (18) Ep. 90. (19) Metam. 7, 772. (20) Tuscul. 2, 8. (21) Pro Lig. 5. (22) Tuscul. 5, 2. (23) Verr. act. 2, 5, 49. (24) De Orat. 2, 29. (25 Pro Font. 17.

AUFERENDI	ACCIPIENDI	Discere *imparare*
Abducere *menar via*	Agnoscere *conoscere*	Emere *comperare*
Abstrahere *staccare*	Accipere *pigliare*	Haurire *attingere*
Abripere *rapire*	Audire *udire*	Intelligere *intendere*
Abradere *toglier via*	Capere *prendere*	Redimere *riscattare*
Abalienare *alienare*	Colligere *raccogliere*	Mutuare *prendere in prestito*
Avellere *svellere*	Conjicere *congetturare*	Reportare *riportare*
Avocare *distogliere*	Conducere *prendere ad affitto*	Sumere *prendere*
Subripere *toglier di nascosto*	Cognoscere *conoscere*	

II. Pleraque verba sexti ordinis, praesertim vero verba *cognoscendi* et composita cum praepositione *ex*, hanc loco praepositionis *a* vel *ab* admittunt. Cic. (1) *Ea certissima putabo, quae* EX TE *cognovero.* Id. (2) *Saepe* EX SOCERO MEO *audivi.* Id. (3) *Id me jampridem agere intelliges* EX LITERIS *Balbi et Oppii.* Id. (4) *Quaero illud etiam* EX TE. Id. (5) *Poma* EX ARBORIBUS, *si cruda sunt, vi avelluntur, si matura et coeta, decidunt.* Id. (6) EX EODEM FONTE *se hausturum intelligit laudes suas, e quo sit leviter adspersus.* Id. (7) *Haec tanta virtus* EX HAC URBE *expelletur? exterminabitur?* Id. (8) *Cum omnem pecuniam* EX AERARIO *exhausissetis.*

III. Quaedam praepositionem *de* etiam admittunt. Cic. (9) *Audivi hoc* DE PARENTE MEO *puer.* Id. (10) *Quae* (bona) DE L. SYLLA. . . *se dicit emisse . . . L. Cornelius Chrysogonus.* Ter. (11) *Ibi homo coepit me obseerare, ut sibi liceret diseere id* DE ME. Cic. (12) *Quaesivit de* ZENONE *fortasse, quid futurum esset.* Id. (13) *Tu quidem* DE FAECE *hauris.*

* IV. Quaedam hujus ordinis modo dativum modo ablativum cum praepositione habent praeter accusativum, ut *subripio, eripio, aufero.* Cic. (14) *Quas* (provincias consulares) *C. Gracchus . . . non abstulit* AB SENATU. Id. (15) *Id* MIHI *tu, C. Verres, eripuisti atque abstulisti.*

* V. *Pello, libero, prohibeo, abstineo* et alia praepositionem *a* vel *ab* assumunt vel omittunt, si ablativo jungantur rei, non vero personae. Cic. (16) *Hunc . . . pellere* POSSESSIONIBUS, ARMIS CASTRISQUE *conatus est.* Ter. (17) *Istum aemulum* AB EA *pellito.* Cic. (18) MAGNO *me* METU *liberabis.* Id. (19) *Itaque eum* AB OMNI ERRATIONE *liberavit.* Id. (20) *Qui erant mecum, facile operas* ADITU *prohibuerunt.* Caes. (21) *Hos omnes productos* A CONTUMELIIS *militum* CONVICIISQUE *prohibet.* Cic. (22) *Nam nec vir bonus nec justus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se* AB INJURIA. Id. (23) A QUIBUS *ne tu quidem jam te abstinebis.* Id. (24) *Qui me* OSTREIS *et* MURAENIS *facile abstinebam.* Liv. (25) ROMANO BELLO *fortuna eum* (Alexandrum) *abstinuit.*

** VI. *Abstineo* eamdem constructionem servat sive cum passive usurpatur, sive cum ponitur absolute. Cic. (26) *Nihil aegrius factum est multo labore meo, quam ut manus* AB ILLO APPELLATORE *abstinerentur.* Liv. (27) *Dictator praecones edicere jubet, ut* AB INERMI *abstineatur.* Id. (28) URBE VALIDA *mu-*

(1) Fam. 2, 11. (2) De Orat. 2, 6. (3) Att. 9, 7. (4) In Vatin. 8. (5) De Sen. 19. (6) Fam. 6, 6. (7) Pro Mil. 37. (8) Agrar. 2, 36. (9) Pro Balb. 5. (10) Pro Rosc. Am. 2. (11) Eun. 2, 2, 30. (12) Acad. 2, 24. (13) De Cl. Orat. 69. (14) Pro Dom. 9. (15) Verr. Divin. (16) Pro Mil. 27. (17) Eun. 2, 1, 9. (18) Catil. 1, 5. (19) De Univers. 6. (20) Att. 4, 3. (21) B. C. 1, 23. (22) De Fin. 2, 22. (23) Acad. 2, 17. (24) Fam. 7, 26. (25) Hist. 8, 24. (26) Verr. act. 2, 4, 65. (27) Hist. 5, 21. (28) Hist. 1, 15.

ris ac situ ipso MUNITA *abstinuit.* Ceterum passive in tertiis personis potissimum adhibetur.

§. 119. DE CONSTRUCTIONE VERBI PASSIVI

I. Verbum passivum ablativum cum praepositione *a* vel *ab* postulat post se, qui ex nominativo verbi activi fit, ante se nominativum, qui fit ex accusativo. Cic. (1) LIBER TUUS *et lectus est et legitur* A ME *diligenter et custoditur diligentissime.* Id. (2) ERATOSTHENES ... A SERAPIONE *et* AB HIPPARCHO *reprehenditur.*

II. Quare cum activa passivis permutantur, accusativus in nominativum migrat, nominativus in ablativum cum praepositione *a* vel *ab*: ut *ego* legi *librum tuum: liber tuus* lectus est *a me.*

III. Cum ablativus est rei inanimatae, fere praepositio supprimitur. Cic. (3) *Saepe enim videmus fractos* PUDORE *qui* RATIONE NULLA *vincerentur.*

IV. Ceteri casus integri manent. Cic. (4) MAJESTATIS *absoluti sunt permulti.* Id. (5) *Quasi vero* FORTI VIRO *vis possit adhiberi.* Id. (6) *Obsurdescimus, nescio quomodo, nec ea,* QUAE *ab ea* (natura) *monemur, audimus.* Id. (7) *Accepimus ... Demetrium ... aspide ad corpus admota,* VITA *esse privatum.*

V. Quum verba activa quarti ordinis passivis permutantur, ex geminis accusativis mutatur in nominativum ille, qui praestantior est, hoc est, qui personam significat, altero permanente; ut doceo *Antonium* literas: *Antonius* docetur a me literas.

VI. *Celo* cum passive usurpatur, res celata etiam in nominativo ponitur. Ter. (8) *Ubi est, diu* CELARI *non potest.* Id. (9) *Quin, si* HOC *celetur, in metu; sin patefit, in probro sim.* Cui perraro dativus additur. Nep. (10) *Id* ALCIBIADI *diutius celari non potuit.*

*VII. Quum verba activa sexti ordinis post accusativum admittunt ablativum personae, si activa passivis permutantur, perturbatur sensus, ut aufero a te vestem, vestis aufertur a me a te. Accipio a te literas, literae accipiuntur a me a te. Ideo sic efferendum est, ut ambiguitas vitetur: vestis aufertur *a me tibi;* literae *tuae* accipiuntur *a me.* Quod tamen in his ferme verbis potissimum observandum videtur, *accipio, aufero, eripio, subripio* et hujusmodi.

PRIMI ORDINIS	TERTII ORDINIS	QUINTI ORDINIS
Amari *essere amato*	Adhiberi *essere adoperato*	Exui *essere spogliato*
Diligi *essere amato*	Concedi *essere conceduto*	Indui *essere vestito*
Legi *esser letto*	Tribui *esser dato*	Privari *essere privato*
SECUNDI ORDINIS	QUARTI ORDINIS	SEXTI ORDINIS
Accusari *essere accusato*	Doceri *essere insegnato a me, ecc.*	Audiri *essere udito*
Absolvi *essere assoluto*	Flagitari *essere chiesto con istanza*	Emi *essere comperato*
Damnari *essere condannato*	Moneri *essere ammonito*	Quaeri *essere dimandato*

DE CONSTRUCTIONE VERBI NEUTRI

§. 120. *Primus ordo neutrorum. Utrinque rectus*

I. Omne verbum neutrum, praesertim vero substantivum et absolutum, utrinque nominativum habere potest, cum utrumque nomen ad eandem rem

(1) Fam. 6, 5. (2) Att. 2, 6. (3) Tuscul. 2, 21. (4) Pro Cluent. 41. (5) De Off. 3, 30. (6) De Amic. 24. (7) Pro Rab. Post. 9. (8) Eun. 2, 3, 4. (9) Phorm. 6, 4, 6. (10) Alcib. 5.

pertinet. Ter. (1) SENECTUS IPSA *est* MORBUS. Cic. (2) EGO *vivo* MISERRIMUS. Liv. (3) *Juste pieque* LEGATUS *venio*. Ter. (4) *Redeo inde* IRATUS *atque aegre* FERENS.

Ambulare *passeggiare*	Ire *andare*	Stare *stare*
Currere *correre*	Jacere *giacere*	Vadere *andare*
Esse *essere*	Occidere *perire*	Venire *venire*
Incedere *camminare*	Redire *ritornare*	Vivere *vivere*

II. Si duo illa nomina non sunt ejusdem numeri, verbum concordat cum eo nomine, quod est basis et quasi fundamentum orationis. Lucan. (5) *Sanguis* ERANT LACRYMAE. Plin. (6) *Nota argenti* FUERE BIGAE *atque* QUADRIGAE *et inde bigati quadrigatique dicti*.

III. Non solum verba neutra, sed omne verbum personale finiti modi utrinque nominativum habere potest, cum utrumque nomen ad eandem rem pertinet. Cic. (7) *Sed de amicitia alio libro dictum est*, QUI *inscribitur* LAELIUS. Id. (8) *Defendi rempublicam* ADOLESCENS, *non deseram* SENEX.

IV. Huc spectant in primis verba quae *vocativa* dicuntur: *appellor, vocor, nuncupor, nominor, dicor*. Praeterea haec *habeor, putor, aestimor, existimor, judicor, trador, perhibeor, feror, credor*. Item verbum *videor*, cum opinationem significat. Cic. (9) TU ... *Varro, bene etiam meriturus mihi videris de tuis civibus*. Id. (10) TUA ILLA HORRIDULA *mihi atque* INCOMPTA *visa sunt*. Id. (11) QUI (Dejotarus) REX *ab senatu appellatus est*. Id. (12) *De iis, qui nunc petunt*, CAESAR CERTUS *putatur*. Id. (13) *Semper* (Dalmatae) *habiti sunt* BELLICOSI. Sueton. (14) *Plures aliquanto* NECATURUS *ac ne reliquis quidem nepotibus* PARSURUS *creditur*.

§. 121. *Secundus ordo neutrorum. Genitivus post verbum*

I. Quaedam verba neutra post se genitivum postulant. Cic. (15) *Egeo* CONSILII. Id. (16) *Hoc bellum indiget* CELERITATIS. Ter. (17) *Clinia* ... SUARUM RERUM *satagit*. Plaut. (18) *Faciam, ut* EJUS DIEI LOCIQUE MEIQUE *semper meminerit*, id est *recordetur*. Quintil. (19) *Neque omnino* HUJUS REI *meminit usquam poeta ipse*, id est *mentionem fecit*.

Egere *aver bisogno*	Meminisse *ricordarsi e far menzione*
Indigere *aver bisogno*	Satagere *aver che fare, fare con diligenza*

II. Loco genitivi *egeo* et *indigeo* admittunt etiam ablativum; *memini* vero tum pro *recordor* tum pro *mentionem facio* admittit accusativum, vel ablativum cum *de*. Cic. (20) *Incredibile est, mi frater, quam egeam* TEMPORE. Id. (21) OMNIA, *quae curant* (senes), *meminerunt;* id est *recordantur*. Gellius (22) *Decretum tribunorum visum est gravitatis antiquae plenum; propterea* ID *meminimus;* id est *mentionem facimus*. Cic. (23) DE HERODE ET METTIO *meminero;* id est *recordabor*. Id. (24) *Meministi ipse* DE EXULIBUS, id est *mentionem fecisti*.

*III. *Sum* genitivo adjungitur cum ad possessionem, interdum etiam cum ad laudem aut vituperationem refertur. Cic. (25) *Jam me* POMPEJI *totum*

(1) Phorm. 4, 1, 9. (2) Att. 3, 5. (3) Hist. 1, 32. (4) Andr. 1, 1, 110. (5) Phars. 9, 814. (6) H. N. 33, 3. (7) De Off. 2, 9. (8) Phil. 2, 46. (9) Acad. 1, 7. (10) Att. 2, 1. (11) Att. 5, 17. (12) Att. 1, 1. (13) Fam. 5, 11. (14) Tiber. 62. (15) Att. 7. 22. (16) Phil. 6, 3. (17) Heaut. 2, 1, 13. (18) Capt. 4, 2, 20. (19) Inst. 11, 2. (20) Ad Q. F. 3, 5. (21) De Sen. 7. (22) N. A. 4, 14. (23) Att. 15, 27. (24) Phil. 2, 36. (25) Fam. 2, 13.

esse scis. Id. (1) *Nimium me timidum,* NULLIUS ANIMI, NULLIUS CONSILII *fuisse confiteor.* Verumtamen cum ad laudem aut vituperationem pertinet, fere jungitur ablativo. Cic. (2) *Fac* ANIMO MAGNO FORTIQUE *sis.* Sunt etiam quae genitivo efferri non possunt; cujusmodi sunt haec, *animo bono, virili, praesenti, vacuo esse.* Item illa: Cic. (3) *Qui idcirco* CAPITE *et* SUPERCILIIS *semper est* RASIS, *ne ullum pilum viri boni habere dicatur.* Id. (4) MIRA *sum* ALACRITATE *ad litigandum.* Alia contra genitivo potius quam ablativo efferuntur. Ter. (5) *Tam* NULLI CONSILI *sum.* Sueton. (6) CIBI . . . MINIMI *erat atque* VULGARIS *fere.*

§. 122. *Tertius ordo neutrorum. Dativus post verbum*

I. Quaedam verba neutra post se dandi casum postulant: ea fere sunt, quae *auxilium, commodum, incommodum, favorem, studium, obsequium, obedientiam, submissionem, repugnantiam* significant. Cic. (7) *Non parebo* DOLORI MEO *nec* IRACUNDIAE *serviam.* Id. (8) PECCATIS *indulgens praecipitem amicum ferri sinit.* Multa praeterea composita ex verbis neutris absolutis et praepositionibus *ad, con, in, inter, ob, prae, sub.* Cic. (9) HOMINI *jam* PERDITO *et collum in laqueum* INSERENTI *subvenisti.* Id. (10) *An vero ... quisquam* TIBI *paruit? quisquam in curiam* VENIENTI *assurrexit?*

Abesse *esser lontana*
Accedere *aggiugnersi*
Acclamare *acclamare*
Accrescere *accrescersi*
Accubare *star presso*
Accumbere *giacere appresso*
Acquiescere *acquetarsi*
Adequitare *cavalcar presso*
Adesse *esser presente, favorire*
Adhaerere *stare attaccata*
Adhaerescere *stare attaccato*
Adjacere *giacer vicino*
Adlaborare *affaticarsi*
Adnare *nuotar vicino*
Adnatare *nuotar vicino*
Affulgere *splendere*
Antecedere *andare innanzi*
Antecellere *avanzare*
Anteire *ire innanzi*
Antestare *esser superiore*
Apparere *apparire*
Applaudere *applaudire*
Appropinquare *appressarsi*
Arridere *sorridere*
Assentire *assentire*
Asservire *servire*
Assidere *seder presso*
Assistere *assistere*
Assuescere *avvezzarsi*
Assurgere *levarsi in piedi*
Attendere *attendere*
Auscultare *obbedire*
Benecupere *desiderar bene*
Benedicere *lodare*
Benefacere *beneficare*
Benevelle *voler bene*
Benignefacere *largheggiare*
Cavere *guardarsi*
Cedere *cedere*
Commodare *far servigio*
Concedere *cedere*
Confidere *confidare*
Congruere *convenire*
Consentire *consentire*
Consonare *consonare*
Consuescere *adusarsi*
Consulere *provvedere*
Debere *esser debitore*
Deesse *mancare*
Deficere *mancare*
Deservire *servire*
Desperare *disperare*
Detrahere *detrarre*
Discrepare *dissonare*
Displicere *dispiacere*
Dissentire *dissentire*
Dissidere *discordare*
Dolere *dolere*
Excellere *sovrastare*
Favere *favorire*
Fidere *confidare*
Haerere *stare attaccato*
Ignoscere *perdonare*
Illacrymare *compiangere*
Illucere *risplendere*
Illudere *beffare*
Incommodare *disagiare*
Incubare *star sopra*
Impendere *sovrastare*
Imponere *imporre*
Incumbere *star sopra*
Indormire *addormentarsi*
Indulgere *condiscendere*
Inesse *esser presente*
Ingemiscere *gemere*
Inhaerere *essere unito*
Inhiare *agognare*
Innuere *accennare*
Inservire *servire*
Insidere *seder sopra*
Insistere *star sopra*
Instare *star sopra*
Insuescere *assuefarsi*
Insultare *insultare*
Intercedere *interporsi*
Intercurrere *intervenire*
Interdicere *interdire*
Interesse *esser presente*
Interjacere *giacere in mezzo*
Intervenire *intervenire*
Invidere *invidiare*
Maledicere *maledire*
Malefacere *far male*
Metuere *temere*
Nocere *nuocere*
Nubere *sposare*

(1) Pro Sext. 16. (2) Fam. 6, 14. (3) Pro Rosc. Comoed. 7. (4) Att. 2, 7. (5) Andr. 3, 5, 2. (6) August. 76. (7) De Prov. Cons. 1. (8) De Amic. 24. (9) Verr. act. 2, 4, 17. (10) In Pis. 12.

Obedire *obbedire*
Obequitare *cavalcar intorno*
Obesse *esser contrario*
Obrepere *insinuarsi*
Obsecundare *compiacere*
Obsistere *contrariare*
Obstare *esser contrario*
Obstrepere *fare strepito intorno*
Obtemperare *obbedire*
Occurrere *andare incontro*
Occursare *andare incontro*
Officere *danneggiare*
Parere *obbedire*
Placere *piacere*
Praecurrere *correre innanzi*
Praeesse *sovrastare*
Praeire *andare innanzi*
Praelucere *splendere innanzi*
Praesidere *presedere*
Praestare *avanzare*
Prodesse *giovare*
Proficere *profittare*
Prospicere *provvedere*
Providere *provvedere*
Proximare *star vicino*
Recipere *prendere in sè*
Reclamare *opporsi gridando*
Repugnare *ripugnare*
Resistere *resistere*
Respondere *rispondere*
Satisfacere *satisfare*
Servire *servire*
Studere *studiare, favorire*
Subesse *soggiacere*
Subjacere *soggiacere*
Subolere *aver sentore*
Subrepere *insinuarsi di soppiatto*
Subscribere *sottoscrivere*
Subservire *secondare*
Subvenire *sovvenire*
Succedere *sottentrare*
Succensere *corrucciarsi*
Succlamare *acclamare*
Succrescere *andar crescendo*
Succumbere *soccombere*
Succurrere *soccorrere*
Sufficere *bastare*
Superesse *restare*
Supplicare *supplicare*
Temperare *trattenere*
Timere *temere*
Vacare *attendere*

*II. ***Sum*** modo dativum unum habet. Cic. (1) ***Neque troicis temporibus tantum laudis in dicendo Ulyssi tribuisset Homerus . . . nisi jam tum esset honos*** ELOQUENTIAE. Id. (2) ***Quocum*** MIHI ***erant omnes amicitiae necessitudines.*** Modo duos. Cic. (3) *Respondebo primum postremae tuae paginae, quae* MIHI MAGNAE MOLESTIAE *fuit*. Liv. (4) *Vectigalia publica...* PRAEDAE *ac* DIVISUI *principum* QUIBUSDAM *et* MAGISTRATIBUS *erant*.

*III. ***Incumbo***, cum translate significat obnixe alicui rei operam dare, accusativum cum praepositione *in* vel *ad* postulat. Cic. (5) ***Quamobrem pergite, ut facitis, adolescentes: atque*** IN ID STUDIUM, ***in quo estis, incumbite.*** Id. (6) ***Mi Plance, incumbe toto pectore*** AD LAUDEM. Id. (7) ***Te hortor, ut omni cura*** IN REMPUBLICAM ***incumbas.*** Proprie vero significat inniti et dativum amat. Auct. ad Herenn. (8) ***Ajax . . .*** GLADIO ***incubuit.*** Quintil. (9) ***Incumbere*** ILLI, ***non in illum . . . jam dicitur.*** Quanquam etiam recte antea dixere vetustiores. Cic. (10) ***Incumbere*** IN GLADIUM; Liv. (11) IN SCUTA.

*IV. ***Consulere alicui*** non est consilium dare, sed prospicere seu providere alicui. Cic. (12) ***Consulite*** VOBIS, ***prospicite patriae. Consulere aliquem*** est consilium ab aliquo petere. Cic. (13) ***Judices, jam*** VOS ***consulo, quid mihi faciendum putetis.***

*V. ***Antecedo, antecello, anteeo, antesto, anteverto, antevenio, praecedo, praecurro, praeeo, praesto*** dandi vel accusandi casum admittunt. Cic. (14) ***Tantum*** (virtus) ***praestat*** CETERIS REBUS, ***ut dici vix possit.*** Liv. (15) ***Robore navium et virtute militum Romani longe*** REGIOS ***praestabant.*** Ex his *antecello* et *praesto* frequentissime dativo, *antevenio* et *praecedo* saepius accusativo junguntur.

* VI. ***Interdico*** praeter dativum ablativum rei habet. Caes. (16) ***In vulgus militum elatum est, qua arrogantia in colloquio Ariovistus usus*** OMNI GALLIA ***Romanis interdixisset.*** Ex hoc saepe fit impersonale passivae vocis. Cic. (17) ***Plancum . . . sic contemnit, tanquam si illi aqua et igni*** INTERDICTUM SIT. Activum est cum accusativum rei habet. Liv. (18) ***Foeminis dumtaxat purpurae*** USUM ***interdicemus?***

(1) De Cl. Orat. 10. (2) Pro Sext. 17. (3) Att. 6, 2. (4) Hist. 33. 46. (5) De Orat. 1, 8. (6) Fam. 10, 10. (7) Fam. 12, 24. (8) Rhet. 1, 11. (9) Inst. 9, 3. (10) Invent. 2, 51. (11) Hist. 35, 5. (12) Catil. 4, 2. (13) Verr. act. 1, 11. (14) De Fin. 4, 18. (15) Hist. 37, 30. (16) B. G. 1, 46. (17) Phil. 6, 4. (18) Hist. 34, 7.

* VII. Quaedam cum dativo personae accusativum rei admittunt, ut *invideo, metuo* seu *timeo, caveo*. Cic. (1) *Ut nobis* OPTIMAM NATURAM *invidisse videantur*. Plaut. (2) *Metui meo amori* MORAM. Cat. (3) SCABIEM *pecori et jumentis caveto*. Verbis *metuo* et *caveo* interdum additur *ab* praepositio. Auct. ad Herenn. (4) A QUO *sibi non injuria summum periculum metuebat*. Plaut. (5) *Cavendum est mihi* ABS TE IRATO.

* VIII. *Parco* pro veniam do accusativum respuit: *ignosco* raro admodum admittit. Plaut. (6) *Ut eis* DELICTA *ignoscas*. Quare si accusativo uti opus sit, ad verbum *condono* vel *remitto* aut alia confugiendum est. Cic. (7) *Nec deprecaturi sumus, ut crimen hoc nobis* ... CONDONETIS. Vatin. (8) *Meam animadversionem* ... REMITTO *tibi et* CONDONO.

* IX. *Debeo* cum solo dativo personae est hujus ordinis. Cic. (9) *Nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, quod* TIBI *debemus*. Id. (10) *Perfice, ut ne minus respublica* TIBI, *quam tu* REIPUBLICAE *debeas*. Activum est addito accusativo rei. Plaut. (11) *Mille et ducentos philippos attulimus aureos Epheso*, QUOS *hospes debuit nostro seni*. Cic. (12) RELIQUA *jam a me meae perpetuae consuetudini naturaeque debentur*.

** X. *Vaco* pro operam do saepe cum dativo. Quintil. (13) *Adde, quod ne* STUDIO *quidem operis pulcherrimi vacare mens, nisi omnibus vitiis libera, potest*. Plin. (14) *In itinere, quasi solutus ceteris curis,* HUIC UNI *vacabat*. Senec. (15) *Jam enim te ipse monuisti, jam correxisti! ideo aliorum* EMENDATIONI *vacas*. Curt. (16) *Ille non vacasse* SERMONI SUO *regem causatus discessit*. Valer. (17) *Te* (Dive Juli) *accepimus* ... CULTUI *religionis, in quam mox eras transiturus, vacasse*. Martial. (18) *Vel tantum* CAUSIS, *vel* TIBI *saepe vacas*. Apud Cic. fere est vacuum esse, et ablativo in quinto ordine jungitur. Cic. (19) *Nulla vitae pars* ... *vacare* OFFICIO *potest*. Id. (20) *Nec, dum ero, angar ulla re, cum* OMNI *vacem* CULPA.

** XI. *Adsum, desum* et alia a *sum* composita saepe alios casus beneficio praepositionis admittunt, ut Cic. (21) *Neque in* ILLA CONCIONE *adfuerunt*. Id. (22) *Nam fuit uterque* ... *in suo genere perfectus, ut neque* IN ANTONIO *deesset hic ornatus orationis, neque in Crasso redundaret*. Id. (23) *Dixit* (Erucius) *hunc ne* IN CONVIVIO *quidem ullo fere interfuisse*; et alibi. Sic apud Cic. (24) *abesse* A CULPA, AB OCULIS, AB URBE, A DOMO. *Absum* tamen cum dativo *deesse* significat. Cic. (25) *Abest historia* LITERIS NOSTRIS. Id. (26) *Quid* HUIC *abesse poterit de maximarum rerum scientia*? Id. (27) *Quid abest* HUIC HOMINI ...? Varr. (28) *Si* CUI *vetustate dentes absunt*.

** XII. *Despero, illudo, deficio, attendo, insulto* dativum vel accusativum adsciscunt. Cic. (29) *Quid, quod tu ... desperans* REBUS TUIS *in sordibus, lamentis luctuque jacuisti*? Id. (30) PACEM *desperavi*. Id. (31) *Hic non illudit* AUCTORITATI *horum omnium, qui adsunt, summorum virorum*?

(1) Tuscul. 3, 2. (2) Poen. 3, 1, 6. (3) R. R. 5. (4) Rhet. 2, 19. (5) Pseud. 1, 5, 59. (6) Bacch. 5, 2, 62. (7) Pro Mil. 2. (8) Ap. Cic. Fam. 5, 10. (9) Fam. 1, 1. (10) Fam. 10, 12. (11) Bacch. 2, 2, 52. (12) Pro Syll. 31. (13) Inst. 12, 1. (14) Ep. 3, 6. (15) Ep. 27. (16) Hist. 6, 7. (17) Mem. 1, 7. (18) Ep. 2, 5. (19) De Off. 1, 2. (20) Fam. 6, 3. (21) Pro Flacc. 23. (22) De Orat. 3, 4. (23) Pro Rosc. Am. 14. (24) Fam. 6, 2; pro C. Rab. 5; pro Sext. 12; Verr. act. 2, 4, 18. (25) De Leg. 1, 2. (26) De Orat. 1, 11. (27) Pro Balb. 4. (28) R. R. 2, 2. (29) In Pis. 36. (30) Att. 7, 20. (31) Pro Dom. 39.

Ter. (1) *Satin' superbe illuditis* ME? Cic. (2) IPSA *vero* PRAECEPTA *sic* (Menedemus) *illudere solebat, ut* etc. Caes. (3) *Quum . . . non solum vires, sed etiam tela* NOSTRIS *deficerent*. Cic. (4) *Tempus* TE *citius quam oratio deficeret*. Sueton. (5) *Inter liberales disciplinas attendit et* IURI. Plin. (6) *Nam* CUI *magis, quam* CAESARI *attendant?* Cic. (7) *Et* ME *de invidiosis rebus, ut ille putat,* DICENTEM *attendite*. Liv. (8) *Satis illum diu ... insultasse* DOMINIS. Ter. (9) *Nae tu* ISTAS (fores) *faxo calcibus saepe insultabis frustra*.

Ex his *attendo* et *deficio* frequentissime accusativo, *insulto* raro admodum huic casui copulatur.

** XIII. *Studere* cum dativo est operam dare. Cic. (10) *Quid illam patri nuntiare vis tuo? . . . quid te facere?* CUI REI, CUI GLORIAE, CUI VIRTUTI *studere?* vel favere sive assectari. Cic. (11) *Studuit* CATILINAE ... *Coelius*. Cum accusativo est cupere vel affectare aliquid. Titinnius (12) *Ferentinatis populus* GRAECA *studet*. Cic. (13) *Ut illud ipsum,* QUOD *studet, facere possit ornatius*. Id. (14) *Unum sentitis omnes,* UNUM *studetis*. Ter. (15) *Horum* NIHIL *ille egregie praeter cetera studebat*. Nisi fortasse hi tres sint accusativi communes.

** XIV. *Nubo* cum dativo. Cic. (16) *Nupsit* A. AURIO MELINO, CONSOBRINO SUO. Et cum ablativo addita praepositione *cum*. Cic. (17) QUOCUM (regis Parthorum filio) *esset nupta regis Armeniorum soror*.

** XV. *Dissideo* et *discordo* ab aliquo vel cum aliquo dicimus: sic *discrepo* et *dissentio*. Singularia in his sunt cum dativo exempla. Cic. (18) *Ipsi* SIBI *singuli discrepantes*. Senec. (19) *Hoc* (philosophia) *exigit, ut ad legem suam quisque vivat, ne* ORATIONI *vita dissentiat*.

** XVI. *Advigilo, adgemo, adsono, immurmuro, invigilo, obambulo, obmurmuro* et similia poëtarum fere propria cum dativo. Stat. (20) *Non impacatis regum advigilantia* SOMNIS-*Pila*. Id. (21) *Uterque* LOQUENTI-*Adgemit*. Ovid. (22) *Planxere et Dryades,* PLANGENTIBUS *adsonat Echo*. Id. (23) *Voce refert parva* TERRAEQUE *immurmurat* HAUSTAE. Virg. (24) *Namque aliae* VICTU *invigilant,* idest victui. Id. (25) *Nec* GREGIBUS (lupus) *nocturnus obambulat*. Ovid. (26) *Vana peto* PRECIBUSQUE MEIS *obmurmurat ipse*.

** XVII. *Certo, bello, pugno, concurro, contendo, colludo, discordo, dissideo, differo, disto, occumbo* et alia a poëtis dativo, ab oratoribus casibus junguntur aliis. Virg. (27) *Montibus in nostris solus* TIBI *certet Amyntas*. Ovid. (28) HOSTI *concurrere*. Horat. (29) *Scire volam quantum simplex hilarique nepoti-Discrepet et quantum discordet parcus* AVARO. Id. (30) TRAGICO *differre* COLORI. Id. (31) *Paulum* SEPULTAE *distat* INERTIAE *celata virtus*. Virg. (32) *Occumbere* MORTI. Orator diceret *tecum certet, occumbere mortem* vel *morte*, etc.

(1) Phorm. 5, 8, 22. (2) De Orat. 1. 19. (3) B. G. 3, 5. (4) Pro Rosc. Am. 32. (5) Galb. 5. (6) Paneg. 65. (7) Pro Syll. 11. (8) Hist. 1, 48. (9) Eun. 2, 2, 54. (10) De Orat. 2, 55. (11) Pro Coel. 5. (12) Ap. Prisc. 4, p. 629 Putsch. (13) De Fin. 5, 2. (14) Phil. 6, 7. (15) Andr. 1, 1, 31. (16) Pro Cluent. 5. (17) Fam. 15, 3. (18) De Orat. 3, 50. (19) Ep. 20. (20) Theb. 1, 147. (21) Theb. 11, 246. (22) Metam. 3, 507. (23) Metam. 11, 187. (24) Georg. 4, 158. (25) Georg. 3, 538. (26) Heroid. 18, 47. (27) Ecl. 5, 8. (28) Met. 12, 595; et 5, 89. (29) Epist. 2, 2, 193. (30) Art. poët. 236. (31) Od. 4, 9, 29. (32) Aen. 2, 62.

§. 123. *Quartus ordo neutrorum. Accusativus post verbum*

I. Quaedam verba neutra post se accusativum postulant. Ea vel ad rem rusticam pertinent, ut *aro terram*, *puto vineam*. Cic. (1) *Serit* ARBORES, *quae alteri saeculo prosint.* Vel ad res alias. Ter. (2) *Ego illius* SENSUM *pulcre calleo.* Cic. (3) *Ingrati animi* CRIMEN *horreo.* Auct. ad Herenn. (4) *Anhelans ex intimo pectore* CRUDELITATEM. Liv. (5) *Ipse hostium* ADVENTUM *elatus successu mansit.* Plaut. (6) *Recte ego* REM REAM *sapio.*

VERBA AD REM RUSTICAM SPECTANTIA

Ablaqueare *scalzare*	Occare *erpicare*	Sarrire *sarchiare*
Arare *arare*	Pastinare *zappare*	Seminare *seminare*
Colere *coltivare*	Plantare *piantare*	Serere *piantare*
Fodere *cavare*	Putare *potore*	Stercorare *letamare*
Metere *mietere*	Rigare *adacquare*	Vindemiare *vendemmiare*

VERBA VARIAE SIGNIFICATIONIS

Anhelare *anelare*	Horrere *avere in orrore*	Olere *rendere odore*
Callere *esser pratico*	Inclamare *chiamare ad alta voce*	Perhorrescere *avere in orrore*
Desinere *lasciar di fore*	Manere *aspettare*	Redolere *rendere odere*
Exhalare *esolare*	Meminisse *ricordarsi*	Sapere *aver sopore*
Exhorrere *avere in orrore*	Novisse *conoscere*	
Exhorrescere *avere in orrore*	Odisse *odiare*	

II. Multa verba neutra admittunt accusativum cognatae significationis, ut Cic. (7) *Currere* CURSUM; Plaut. (8) *Servire* SERVITUTEM; Ter. (9) *Ludere* LUDUM; Liv. (10) *Nocere* NOXAM; Plaut. (11) *Pugnare* PUGNAM; Ter. (12) *Vivere* VITAM; etc. Vel accusativum mensurae, qua rem actionemve verbi metimur. Cic. (13) *Qui* STADIUM... *currit*, *eniti ac contendere debet*, *quam maxime possit*, *ut vincat.* Sic *mare* navigare, *terram* ambulare, etc.

* III. *Abhorreo* fere ablativo cum praepositione *a* vel *ab* jungitur. Cic. (14) *Cum* AB EA SENTENTIA *Pompejus valde adhorreret.*

§. 124. *Quintus ordo neutrorum. Ablativus post verbum*

I. Quaedam verba neutra post se ablativum petunt. Cic. (15) *Abundare oportet* PRAECEPTIS INSTITUTISQUE *philosophiae.* Caes. (16) LACTE *atque* PECORE *vivunt.* Cic. (17) PECUNIIS *locupletum non abstinere.* Quintil. (18) *Medicina . . . tota constat* EXPERIMENTIS. Liv. (19) *Diversis duobus vitiis* AVARITIA ET LUXURIA *civitatem laborare.* Cic. (20) *Herculis simulacrum multo* SUDORE *manavit.* Id. (21) *Quid? quod fluvius atratus* SANGUINE *fluxit.* Id. (22) *Testis est Africa*, *quae magnis oppressa hostium copiis eorum ipsorum* SANGUINE *redundavit.*

Abstinere *astenersi*	Egere *abbisognare*	Redundare *ridondare*
Abundare *abbondare*	Esse *essere*	Rorare *gocciare*
Affluere *scorrere*	Flagrare *avvampare*	Scatere *scaturire*
Ardere *ardere*	Fluere *scorrere*	Sonare *risonare*
Carere *esser privo*	Gaudere *godere*	Stupere *stupire*
Circumfluere *correre intorno*	Indigere *aver bisogno*	Sudare *sudare*
Constare *costare*	Laborare *essere travagliato*	Supersedere *trattenersi*
Diffluere *troboccare*	Manare *scorrere*	Vacare *esser privo*
Dolere *dolersi*	Moerere *esser mesto*	Vivere *vivere*

(1) Tuscul 1, 14. (2) Adelph. 4, 1, 17. (3) Att. 9, 2. (4) Rhet. 4. 55. (5) Hist. 42, 66. (6) Pseud. 1, 5, 81. (7) Agrar. 2, 17. (8) Aulul. 4, 1, 6. (9) Eun. 3, 5, 38. (10) Hist. 9, 10. (11) Pseud. 1, 5, 110. (12) Adelph. 5, 4, 5. (13) De Off. 3, 10. (14) Fam. 7, 3. (15) De Off. 1. 1. (16) B. G. 4, 1. (17) Attic. 9, 7. (18) Inst. 2, 17. (19) Hist. 34, 4. (20) De Divin. 1, 34. (21) De Divin. 1, 43. (22) Pro leg. Man. 11.

II. Quaedam tamen ex his, ut *mano*, *fluo*, *redundo*, aliter efferri possunt, si ablativus vertatur in rectum et vicissim rectus in ablativum cum praepositione hoc modo: *sudor ex* Herculis *simulacro* manavit. *Sanguis e fluvio* fluxit. Cic. (1) *Multaque* AB EA (luna) *manant et fluunt.* Id. (2) *Fluent arma* DE MANIBUS. Id. (3) *Si* EX HOC TANTO *in omnes mortales* BENEFICIO *nullum in me periculum redundarit.* Id. (4) EX *ejus* (Nestoris) LINGUA *melle dulcior fluebat oratio.*

* III. Neutra saepe ablativum admittunt significantem partem. Cic. (5) *Equidem . . . in me ipso saepissime experior, ut exalbescam in principiis dicendi, et* TOTA MENTE *atque* OMNIBUS ARTUBUS *contremiscam.* Horat. (6) ANIMOQUE *et* CORPORE *torpet.*

** IV. *Roro, sono, sudo* accusativum etiam recipiunt praesertim apud poëtas. Vigr. (7) *Nec vox* HOMINEM *sonat.* Plin. (8) *Si roraverit* QUANTULUMCUNQUE IMBREM. Virg. (9) *Et durae quercus sudabunt* ROSCIDA MELLA. Cic. (10) *Poëtis* PINGUE QUIDDAM *sonantibus.* Non tamen dicimus sono *citharam*, sed sono *cithara*, ut sit ablativus instrumenti, vel pulso *citharam*.

** V. *Moereo* et *doleo* eundem quoque casum admittunt. Cic. (11) *Moereo* CASUM *ejusmodi.* Id. (12) *Quis non dolet* INTERITUM *talis et civis et viri?* Id. (13) MEUM CASUM LUCTUMQUE *doluerunt.*

** VI. *Consto* et *laboro* frequentissime praepositionem *ex* admittunt. Cic. (14) *Cum constemus* EX ANIMO *et* CORPORE. Et passim apud eundem reperies *laborare ex invidia, ex renibus, ex intestinis, ex pedibus. Vaco* rarius cum praepositione *ab*. Cic. (15) *Nullum tempus illi unquam vacabat aut* A FORENSI DICTIONE *aut* A COMMENTATIONE DOMESTICA *aut* A SCRIBENDO *aut* A COGITANDO. Fere tamen eam respnit, ut diximus in tertio ordine.

** VII. *Pendere animis* numero multitudinis. Cic. (16) *Exspectando et desiderando pendemus* ANIMIS. *Pendere animo* et saepius *animi*, cum singulari numero utimur. Cic. (17) *Atque* ANIMO *pendens noctu eventa timebat.* Id. (18) *Ego* ANIMI *pendere soleo.*

§. 125. *Sextus ordo neutrorum*

Ablativus cum praepositione a *vel* ab *post verbum*

I. Quaedam verba neutra, ut passionem significant, ita passivorum more construuntur, quae et *neutro-passiva* dicuntur. Quintil. (19) *Testis in reum rogatus an* AB REO *fustibus vapulasset?* Id. (20) *Fabritius . . . respondit a cive se spoliari malle, quam* AB HOSTE *venire.*

Vapulo las lavi latum *essere battuto*
Veneo nis nivi vel nii num *essere venduto*
Fio fis factus sum *esser fatto.*

* II. *Fio* eleganter cum ablativo sine praepositione jungitur, sed alia significatione. Ter. (21) *Nunc primum audio, quid* ILLO *sit factum.* Interdum additur praepositio *de*. Cic. (22) *Quid* DE P. CLODIO *fiat . . . scribe.*

(1) De N. D. 2, 19. (2) Phil. 12, 3. (3) Pro Syll. 9. (4) De Sen. 10. (5) De Orat. 1, 26. (6) Epist. 1, 6, 14. (7) Aen. 1, 328. (8) H. N. 17, 10. (9) Ecl. 4, 30. (10) Pro Arch. 10. (11) Fam. 14, 2. (12) Phil. 12, 10. (13) Pro Sext. 69. (14) Tuscul. 3, 1. (15) De Cl. Orat. 78. (16) Tuscul. 1, 40. (17) Ap. Non. 3, 85. (18) De Leg. 1, 3. (19) Inst. 9, 2. (20) Ib. 12, 1. (21) Andr. 5, 4, 34. (22) Att. 2, 5.

Jungitur etiam, sed raro admodum, cum dativo. Plaut. (1) *Quid* MIHI *fiet postea?*

* III. Participium *futurus* eodem sensu eosdem casus postulat. Ter. (2) *Quid* TE *futurum censes?* Cic. (3) *Fac, ut sciam, quid* DE NOBIS *futurum sit.* Id. (4) *Vide, quaeso, Antoni, quid* TIBI *futurum sit.*

* IV. Verbum *facio* eodem modo usurpatur a doctis, quo verbum *fio.* Cic. (5) *Quid* HOC HOMINE *faciatis?* Id. (6) *Quid* HUIC *tu* HOMINI *facias?*

** V. *Exulo* est privari patria: *liceo* est in auctione aestimari: utrumque aut absolute aut cum communibus casibus usurpatur, ut exulo *Rhodi, a patria:* domus licet *plurimi.* Ter. (7) *Nam exulo* DOMO. Horat. (8) *Unius assis - Non unquam pretio* PLURIS *licuisse.* Neutrum tamen cum ablativo personae agentis legimus. Dic ergo: in exilium pellor *a judice:* Caesar *domum* licitus est: *liceor* enim deponens passiva voce active significat, de quo in tertio ordine deponentium.

§. 126. DE CONSTRUCTIONE VERBI COMMUNIS

I. Verbum commune in temporibus infectis fere activorum more construitur; in perfectis plerumque active, interdum passive usurpatur. Cic. (9) *Cum* AGROS MAXIMOS *ac* FERACISSIMOS ... *depopularetur.* Liv. (10) *Omnis ora maritima ... depopulata* AB ACHAEIS *erat.* Cic. (11) A QUO *essent illa dimensa atque descripta.* Id. (12) *Qui apud majores nostros ob egregiam virtutem tali honore* DIGNATI SUNT. Liv. (13) *Ceterum* (Perseus) *tanto facinore in unicum relictum amicum,* AB IPSO *per tot casus expertum ... omnium ab se abalienavit animos.* Ter. (14) *Meditata* MIHI *sunt omnia mea incommoda.* Cic. (15) *Scelestum ... facinus atque ejusmodi,* QUO UNO MALEFICIO *scelera omnia complexa esse videantur.*

Aspernari *disprezzare*	Dignari *riputar degno*	Interpretari *dichiarare*
Comitari *accompagnare*	Dilargiri *spendere largamente*	Largiri *donar largamente*
Complecti *abbracciare*	Ementiri *falsare*	Meditari *meditare*
Confiteri *confessare*	Experiri *sperimentare*	Populari *saccheggiare*
Depopulari *saccheggiare*	Hortari *esortare*	Testari *attestare*

** II. *Abominatus, blanditus, commentus, detestatus, dominatus, oblitus, veneratus* et si qua sunt alia, a poëtis usurpata invenies significatione passiva. Cicero (16) etiam dixit EBLANDITA *illa non enucleata fuisse suffragia;* hoc est *blanditiis impetrata.*

DE CONSTRUCTIONE VERBI DEPONENTIS

§. 127. *Primus ordo deponentium. Genitivus post verbum*

I. Quaedam verba deponentia post se genitivum casum adsciscunt. Cic. (17) *Qui etiam tum, cum misereri* MEI *debent, non desinunt invidere.* Id. (18) *Quin...* HUJUS MERITI *in me recorder.*

Misereri *aver misericordia*	Recordari *ricordarsi*
Oblivisci *dimenticarsi*	Reminisci *rammentarsi*

II. *Obliviscor* accusativum admittit: *recordor* vero et *reminiscor* vel accusativum vel ablativum cum *de.* Cic. (19) OMNIA *obliviscor, in gratiam redeo.*

(1) Bacch. 2, 3, 126. (2) Heaut. 3, 1, 53. (3) Fam. 9, 17. (4) Phil. 2, 14. (5) Verr. act. 2, 1, 16. (6) Pro Caecin. 11. (7) Eun. 3, 5, 62. (8) Sat. 1, 6, 13. (9) Verr. Act. 2, 3, 36. (10) Hist. 37, 4. (11) De Sen. 17. (12) De Invent. 2, 39. (13) Hist. 45, 6. (14) Phorm. 2, 1, 18. (15) Pro Rosc. Am. 13. (16) Pro Planc. 4. (17) Att. 4, 5. (18) Pro Planc. 28. (19) Phil. 8, 8.

Id. (1) *Recordor* TUA CONSILIA. Id. (2) *Quoniam istis vestris lacrymis* DE ILLIS *recordor, quas pro me saepe et multum profudistis.* Id (3) *Recordare* DE CETERIS, *quos adesse hic vides.*

§. 128. *Secundus ordo deponentium. Dativus post verbum*

I. Quaedam verba deponentia post se dativum exigunt: ea fere *adulationem, auxilium* eaque omnia significant, quae verba neutra tertii ordinis. Cic. (4) *Ego vero* QUIBUS ORNAMENTIS *adversor* TUIS? Id. (5) *Qui* TIBI *ad forum aurelium praestolarentur armati.* Quintil. (6) *Itaque...* HUIC *non hunc adulari jam dicitur.* Cic. (7) *Moderari vero et* ANIMO *et* ORATIONI *cum sis iratus... est non mediocris ingenii.* Virg. (8) *Animas et olentia Medi-Ora fovent illo et* SENIBUS *medicantur* ANHELIS. Ter. (9) *Ejus dolore* GNATO *ut medicarer* TUO.

Adversari *esser contrario*	Famulari *servire*	Medicari *medicare*
Adulari *piaggiare*	Gratificari *far piacere*	Moderari *maderare*
Ancillari *corteggiare*	Illacrymari *campiangere*	Morigerari *ubbidire*
Assentari *adulare*	Inniti *appoggiarsi*	Obsequi *secondare*
Assentiri *acconsentire*	Irasci *adirarsi*	Praestolari *aspettare*
Auxiliari *aiutare*	Mederi *rimediare*	Suffragari *secondare*
Blandiri *accarezzare*		

*II. *Adulor, medicor, moderor, praestolor* etiam accusativo junguntur. Tacit. (10) *Ne codicillis quidem...* (Petronius) NERONEM... *adulatus est.* Plaut. (11) *Ego* ISTUM *lepide medicabor* METUM. Virg. (12) *Sed non dardaniae medicari cuspidis* ICTUM - *Evaluit.* Cic. (13) *Totae autem res rusticae ejusmodi sunt, ut* EAS... *venti tempestatesque moderentur.* Ter. (14) QUEM *praestolare, Parmeno, hic ante ostium?*

§. 129. *Tertius ordo deponentium. Accusativus post verbum*

I. Quaedam verba deponentia post se accusandi casum postulant. Cic. (15) *Hic quidem* MERA SCELERA *loquuntur.* Id. (16) *Fac esse distentam* (mentem divinam), *caelum versantem,* TERRAM *tuentem,* MARIA *moderantem.* Id. (17) *Heredes Scapulae si* ISTOS HORTOS... *liceri cogitant: nihil est scilicet emptori loci.*

Abominari *abbominare*	Comitari *accompagnare*	Jaculari *lanciare*
Admirari *ammirare*	Contemplari *cantemplare*	Lamentari *lamentare*
Aemulari *emulare*	Detestari *detestare*	Lucrari *guadagnare*
Assequi *conseguire*	Demoliri *atterrare*	Meditari *meditare*
Adipisci *acquistare*	Deprecari *scangiurare*	Mereri *meritare*
Adulari *adulare*	Exsequi *eseguire*	Miserari *compatire*
Aucupari *uccellare*	Execrari *esecrare*	Morari *aspettare*
Adversari *avversare*	Exordiri *esordire*	Machinari *macchinare*
Alloqui *abboccarsi*	Experiri *sperimentare*	Mentiri *mentire*
Adoriri *assaltare*	Fabricari *fabbricare*	Metiri *misurare*
Consolari *consolare*	Fateri *confessare*	Moderari *maderare*
Criminari *incolpare*	Hortari *esortare*	Mercari *comperare*
Calumniari *calunniare*	Inficiari *negare*	Mirari *ammirare*
Conspicari *vedere*	Intueri *riguardare*	Moliri *macchinare*

(1) Att. 8, 12. (2) Pro Planc. 42. (3) Pro Syll. 2. (4) Ap. Non. 9, 3. (5) Catil. 1, 9. (6) Inst. 9, 3. (7) Ad Q. F. 1, 1, 15. (8) Georg. 2, 134. (9) Andr. 5, 1, 12. (10) Annal. 16, 19. (11) Mostell. 2, 1, 40. (12) Aen. 7, 756. (13) Verr. act. 2, 3, 98. (14) Eun. 5, 6, 5. (15) Att. 9, 13. (16) De N. D. 3, 39. (17) Att. 12, 38.

Medicari *medicare*	Periclitari *sperimentare*	Rimari *ricercare*
Nancisci *ritrovare*	Praedari *predare*	Remorari *trattenere*
Ordiri *cominciare*	Precari *pregare*	Sectari *andar dietro*
Obtestari *scongiurare*	Persequi *perseguire*	Scrutari *scrutare*
Osculari *baciare*	Praemeditari *premeditare*	Sequi *seguitare*
Opperiri *aspettare*	Profiteri *professare*	Tueri *vedere*
Pati *soffrire*	Queri *lamentare*	Testificari *attestare*
Populari *saccheggiare*	Recordari *ricordarsi*	Tutari *difendere*
Praestolari *aspettare*	Reri *pensare*	Vereri *rispettare*
Prosequi *proseguire*	Reminisci *rammentare*	Venerari *venerare*

*II. ***Fateri, loqui, queri;*** ***bene mereri*** vel ***male mereri*** pro commodare vel incommodare alicui ablativum admittunt cum praepositione ***de***. Cic. (1) ***Qui, cum*** DE FACTO TURPI ALIQUO... ***fateatur, quaerat tamen aliquam defensionem.*** Id. (2) ***Exspectabantur literae tuae,*** DE QUIBUS ***eramus jam cum Pompejo loquuti.*** Sallust. (3) ***Saepe*** DE LUXURIA ***atque*** AVARITIA ***nostrorum civium questus sum.*** Cic. (4) ***Erat infinitum, bene*** DE ME ***meritos omnes nominare.*** Id. (5) ***Male, credo, mererer*** DE MEIS CIVIBUS.

III. ***Indignor* accusativo rei jungitur. Quintil. (6) ***Quidam*** IMPERIA ***indignantur.*** Virg. (7) PONTEM ***indignatus Araxes.***

§. 130. ***Quartus ordo deponentium. Accusativus cum dativo post verbum***

I. Quaedam verba deponentia praeter accusativum dativum poscunt. Cic. (8) ***Graecia... tendit dexteram Italiae, suumque*** EI ***praesidium pollicetur.*** Id. (9) EI ***recuperatam libertatem est gratulatus.***

Confiteri *confessare*	Fenerari *dare ad usura*	Furari *furare*
Gratulari *congratularsi*	Imprecari *imprecare*	Inficiari *negare*
Interpretari *interpretare*	Impertiri *far parte*	Largiri *donar largamente*
Minari *minacciare*	Minitari *andar minacciando*	Partiri *dividere*
Polliceri *promettere*		

*II. Dicimus etiam ***gratulor*** tibi ***in hac re*** et ***de hac re***. Cic. (10) QUA IN RE ***tibi gratulor.*** Id. (11) ***Quod mihi*** DE FILIA... ***gratularis, agnosco humanitatem tuam.***

§. 131. ***Quintus ordo deponentium. Accusativus cum ablativo post verbum***

I. Quaedam verba deponentia praeter accusativum ablativum postulant sine praepositione. Virg. (12) ***Haud equidem*** TALI ***me dignor*** HONORE. Cic. (13) ***Ut possem te remunerari quam*** SIMILLIMO MUNERE.

Dignari *riputar degno*	Munerari *presentare, donare, regalare*
Prosequi *accompagnare*	Remunerari *rimunerare, rimeritare*

§. 132. ***Sextus ordo deponentium. Ablativus cum praepositione a vel ab praeter accusativum post verbum***

I. Quaedam verba deponentia praeter accusativum ablativum cum praepositione ***a*** vel ***ab*** postulant. Cic. (14) ***Quam multorum hic vitam est*** A L. SYLLA ***deprecatus?*** Id. (15) ***Is ullam*** AB SESE ***calamitatem poterit deprecari?*** Id. (16) ***Qui*** AB ISTO ***jus ad utilitatem suam nundinarentur.*** Id. (17) ***Quod precatus*** A JOVE OPTIMO MAXIMO CETERISQUE DIIS IMMORTALIBUS ***sum.***

(1) De Invent. 2, 20. (2) Fam. 1, 8. (3) Catil. 52. (4) Fam. 1, 9. (5) De Amic. 16. (6) Inst. 1, 3. (7) Aen. 8, 728. (8) Phil. 10, 4. (9) Phil. 2, 12. (10) Fam. 6, 11. (11) Fam. 1, 7. (12) Aen. 1, 335. (13) Fam. 9, 8. (14) Pro Syll. 26. (15) Verr. act. 2, 1, 60. (16) Verr. act. 2, 1, 40. (17) Post Redit. ad Quir. 1.

Id. (1) *Precari* AB INDIGNO. Id. (2) *Nam, si ego tuum* (commentarium) *ante legissem, furatum me* ABS TE *esse diceres.*

Furari *rubare*	Deprecari *chiedere in grazia e divertire il male pregando*
Mercari *comperare*	Nundinari *comperare o vendere al mercato*
Mutuari *prendere in prestito*	Percontari *dimandar per sapere*
Scitari *interrogare*	Sciscitari *dimandar per sapere*

II. *Percontor* et *sciscitor* seu *scitor* (nam utroque modo dici potest) etiam ablativum personae cum praepositione *ex* admittunt; *mercor* vero cum *de*. Cic. (3) *Epicuri* EX VELLEJO *sciscitabar sententiam.* Id. (4) *Cum* (Theophrastus) *percontaretur* EX ANICULA QUADAM *quanti aliquid venderet.* Id. (5) *Fundum Cymaeum Romae mercatus est* DE PUPILLO.

*III. *Mutuor* fere de iis dicitur, quae non redduntur eadem ut de pecunia, tritico, etc. Cic. (6) *Solvamus, inquis; age,* A COELIO *mutuabimur.* Saepe translate sumitur. Cic. (7) A VIRIS *virtus* NOMEN *est mutuata.* Valer. (8) *Potius praesidium* A LIBERTATE *quam* AB INNOCENTIA *mutuata.*

* §. 133. *Septimus ordo deponentium. Ablativus post verbum*

I. Quaedam verba deponentia post se ablativum postulant. Cic. (9) *Commoda,* QUIBUS *utimur, lucemque,* QUA *fruimur, spiritumque, quem ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus.* Id. (10) *Si* EO PORTU, *quem conspiciebant, potiti essent.*

Abuti *servirsi male, o abusare*	Gloriari *gloriarsi*	Perfungi *eseguire*
Defungi *compiere*	Laetari *rallegrarsi*	Periclitari *pericolare*
Delectari *dilettarsi*	Niti *appoggiarsi*	Uti *servirsi, usare*
Frui *godere*	Potiri *impadronirsi*	Vesci *cibarsi*
Fungi *fare*		

*II. *Nitor, glorior, delector* praepositionem *in* interdum ablativo addunt; *laetor* et *glorior* etiam praepositionem *de*. Cic. (11) *Ei viro* (Pompejo) *mors parabatur, cujus* IN VITA *nitebatur salus civitatis.* Id. (12) IN VIRTUTE *recte gloriamur.* Id. (13) *Quae manus* (porrecta) *significet, illum* (Chrysippum) IN HAC *esse* ROGATIUNCULA *delectatum.* Id. (14) *Nam laetari omnes...* DE COMMUNI *omnium* SALUTE *sentio.* Id. (15) DE TUIS DIVITIIS *intolerantissime gloriaris.*

**III. *Periclitor* ablativo jungitur cum est periculum subeo; nam cum est periculum facio sive experior accusativum postulat. Cic. (16) *Omnia circumspexit Quintius,* OMNIA *periclitatus est.* Martial. (17) *Periclitatur* CAPITE *Sotades noster.* Sic periclitor VITA, FAMA, etc. periclitari autem CANCRO Cels. (18), Plinius (19) GELU dixerunt, idest *propter cancrum* aut *gelu*. Sic *siti, frigore,* etc.

**IV. *Potior* genitivum etiam admittit, atque in primis *rerum, hostium, regni*. Cic. (20) *Si exploratum tibi sit, posse te* ILLIUS REGNI *potiri.* Id. (21) *Qui potiuntur* RERUM.

(1) De Amic. 16. (2) Att. 2, 1. (3) De N. D. 1, 7. (4) De Cl. Orat. 46. (5) Pro Flacc. 20. (6) Att. 7, 3. (7) Tusc. 2, 18. (8) Mem. 6, 2. (9) Pro Rosc. Am. 45. (10) De Invent. 2, 31. (11) Pro Mil. 7. (12) De N. D. 3, 36. (13) De Fin. 1, 11. (14) Pro Marcell. 11. (15) In Vatin. 12. (16) Pro Quint. 31. (17) Ep. 6, 26. (18) De R. M. 5, 26. (19) Hist. 17, 24. (20) Fam. 1, 7. (21) Fam. 1, 8.

§. 134. *Primus ordo impersonalium. Quae absolute ponuntur*

I. Quaedam verba impersonalia absolute ponuntur. Cic. (1) *Si* FULSERIT, *si* TONUERIT.

Fulget, bat, sit / Fulgurat, bat { *balenare, lampeggiare*
Grandinat, bat *grandinare*
Ningit, bat, xit *nevicare*
Pluit, bat, pluit vel pluvit *piovere*
Tonat, bat, nuit *tonare.*

*II. His tamen interdum vel aperte additur nominativus rei, quae pluviam, tonitru aut quid simile ciet. Virg. (2) CAELUM *tonat* OMNE *fragore*. Id. (3) *Zephyrique tonat* DOMUS. Vel occulte subintelligitur *Deus* aut *natura* aut aliquid ejusmodi.

*III. Exprimitur in eodem casu res, quae pluendo decidit. Plin. (4) *Effigies,* QUAE *pluit, spongiarum fere similis fuit.* Virg. (5) *Non* DENSIOR *aëre* GRANDO - *Nec de concussa* TANTUM *pluit ilice glandis.* Tibull. (6) *Hae fore dixerunt belli mala signa, cometen,* - MULTUS *ut in terras deplueretque* LAPIS. Stat. (7) STRIDENTIA *funda*-SAXA *pluunt.*

*IV. *Pluit* ablativum fere post se habet. Liv. (8) *Nuntiatum regi patribusque est, in monte albano* LAPIDIBUS *pluisse.* Id. (9) *Saturniae nuntiatum erat* SANGUINE *per triduum in oppido pluisse . . . Auximi* TERRA *pluisse.* Plin. (10) *Relatum in monumenta est,* LACTE *et* SANGUINE *pluisse . . . et saepe alias: sicut carne . . item ferro. . . lateribus coctis.* Sic *ningit.* Lucr. (11) *Ninguntque rosarum*-FLORIBUS.

§. 135. *Secundus ordo impersonalium. Genitivus post impersonale*

I. Quaedam verba impersonalia postulant ante se nominativum vel loco nominativi aliquam orationis partem, praesertim vero infinitum, post se genitivum. Cic. (12) *Et quod vehementer interfuit* REIPUBLICAE *nullam videri in ejusmodi causa dissensionem esse, omnibus sententiis absolutus est.* Id. (13) *Interest* OMNIUM *recte facere.* Id. (14) *Est igitur* ADOLESCENTIS *majores natu vereri.*

Est erat fuit *appartenere o esser ufficio*
Interest erat fuit / Refert rebat tulit } *importare o appartenere*

*II. Pro genitivo rei inanimatae, saepe *interest* accusativum cum praepositione *ad* adsciscit. Cic. (15) *Equidem* AD NOSTRAM LAUDEM *non multum video interesse.* Id. (16) *Magni* AD HONOREM NOSTRUM *interest, quam primum ad urbem me venire.*

*III. *Interest* et *refert* pro genitivis *mei, tui,* etc. hos ablativos habent *mea, tua, sua, nostra* et *vestra.* Cic. (17) *Cum* TUA *et* MEA *maxime interest te valere, tum multis est curae.* Id. (18) *Si quid esset, quod eos scire aut* NOSTRA, *aut ipsorum interesset.* Ter. (19) TUA *quod nihil refert, percontari desinas.*

*IV. *Cuja* vel *cujus interest* dicitur. Cic. (20) *Ea caedes, si potissimum crimini datur, detur ei,* CUJA *interfuit, non ei* CUJA *nihil interfuit.* Id. (21) *Quis enim est hodie,* CUJUS *intersit istam legem manere?* Hoc vero usitatius.

(1) De Divin. 2, 72. (2) Aen. 9. 541. (3) Georg. 1, 371. (4) H. N. 2, 56. (5) Georg. 4, 80. (6) Eleg. 2, 5, 71. (7) Theb. 8, 416. (8) Hist. 1, 31. (9) Hist. 42, 20. (10) H. N. 2, 56. (11) De N. R. 2, 627. (12) Ad Q. F. 2, 4. (13) De Fin. 2, 22. (14) De Off. 1, 34. (15) Fam. 5, 12. (16) Fam. 16, 1. (17) Fam. 16, 4. (18) Fam. 2, 4. (19) Hecyr. 5, 3, 12. (20) Pro Varen. ap. Prisc. 12, p. 950. Putsch. (21) Phil. 1, 9.

*V. Verbum *est* pro ablativis *mea, tua, sua, nostra* et *vestra*, habet *meum, tuum, suum, nostrum* et *vestrum*. Cic. (1) *Puto esse* MEUM, *quid sentiam, exponere.* Id. (2) *Est* TUUM, *M. Cato, ... videre, quid agatur.*

*VI. *Magni, parvi, tanti, quanti, pluris, minoris* in genitivo cum *interest* et *refert*. Cic. (3) PERMAGNI *nostra interest, te ... esse Romae.* Id. (4) PARVI *refert, abs te ipso jus dici.* Ulpian. (5) *Si* TANTI *interfuit.* Paull. (6) *Si surripuit priusquam deleat,* TANTI *teneatur,* QUANTI *domini interfuit non surripi.*

*VII. Cetera ejusmodi per adverbium redduntur, ut *multum, permultum, plurimum interest: maxime, magnopere, vehementer refert.* Sic *parum, paululum, minime, tantulum, aliquantulum, tantopere, quantopere,* etc. Cic. (7) MULTUM *interest, te venire.* Id. (8) QUANTOPERE *interest opprimi Dolabellam, profecto intelligis.*

**VIII. *Quantum* pro *quanti* apud Ciceronem occurrit: *tantum* pro *tanti* apud Plinium et alios. Cic. (9) *Ostendam alio loco,* QUANTUM *salutis communis intersit, duos consules in republica ... esse.* Et (10) *Semper ille,* QUANTUM *interesset P. Clodii se perire ... cogitabat.* Plin. (11) TANTUM *interest, subeunt radii, an superveniant.*

§. 136. *Tertius ordo impersonalium. Dativus post impersonale*

I. Quaedam verba impersonalia, quorum multa *eventum* vel *commodum* fere significant, postulant ante se nominativum vel aliquam orationis partem, praesertim vero infinitum loco nominativi, post se vero dativum. Ter. (12) *Facite, quod* VOBIS *lubet.* Cic. (13) MIHI *placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportares.* Id. (14) *Peccare* NEMINI *licet.* Liv. (15) *Quod beneverteret* IPSI REIQUE PUBLICAE. Cic. (16) *Quod et* TUAE LAUDI, *cujus ego fautor sum, conducere arbitror.* Id. (17) *Ut emori potius quam servire* PRAESTARET. Id. (18) *Stet* NOBIS *illud una vivere in studiis nostris.* Virg. (19) *Idque* ID *sedet* AENEAE. Sueton. (20) *Cetera item,* QUAE *cuique* LIBUISSENT, *dilargitus est.* Cic. (21) *Ut ambitioni, ut quotidianis sumptibus* COPIAE SUPPETANT. Quintil. (22) *Interim* CONFERT *admirationi multum etiam* INFIRMITAS. Sallust. (23) *Consules designati provincias inter se partiverant, Metelloque* NUMIDIA EVENERAT. Cic. (24) *Timebam, ne evenirent ea,* QUAE ACCIDERUNT. Id. (25) *Si id culpa senectutis accideret,* EADEM *mihi usu* EVENIRENT. Virg. (26) *Nec* CARMINA *nobis* - IPSA PLACENT.

Accidere *accadere*	Constare *esser manifesto*	Incidere *accadere*
Benevertere *tornar bene*	Convenire *convenire*	Liquere *esser manifesto*
Conducere *essere spediente*	Displicere *dispiacere*	Libere *piacere*
Competere *competere*	Dolere *dolere*	Licere *essere lecito*
Conferre *giovare*	Expedire *essere spediente*	Obvenire *toccar in sorte*
Contingere *accadere*	Evenire *avvenire*	Obtingere *accadere*
Cadere *avvenire*	Incessere *sopravvenire*	Praestare *esser meglio*

(1) Fam. 6, 5. (2) Pro Mur. 38. (3) Att. 2, 23. (4) Ad Q. F. 1, 1, 7. (5) Dig. 47, 2, 28. (6) Dig. 47, 2, 28. (7) Fam. 12, 9. (8) Ad Brut. 5. (9) Pro Mur. 2. (10) Pro Mil. 21. (11) H. N. 2, 16. (12) Adelph. 5, 9, 34. (13) Fam. 16, 5. (14) Tusc. 5, 19. (15) Hist. 3, 26. (16) Fam. 13, 43. (17) In Pis. 7. (18) Fam. 9, 2. (19) Aen. 5, 418. (20) Jul. 20. (21) Tusc. 5, 32. (22) Inst. 3, 7. (23) Jug. 43. (24) Fam. 6, 21. (25) De Sen. 3. (26) Ecl. 10, 62.

Patere *esser manifesto*	Superare *bastare*	Sedere *piacere*
Placere *piacere*	Stare *esser fisso*	Succedere *venir dietro*
Restare *rimanere*	Sufficere *bastare*	Suppetere *bastare*
Superesse *sopravvanzare*	Suppeditare *bastare*	Usuvenire *accadere*

*II. *Conducit* interdum, *confert* fere semper pro dativo rei inanimatae admittunt accusativum cum *ad*. Cic. (1) *Tum consultant,* AD *vitae* COMMODITATEM JUCUNDITATEMQUE ... *conducat id necne, de quo deliberant.* Quintil. (2) *Quae* (comoedia) *plurimum conferre* AD ELOQUENTIAM *potest.* Verum *confert* dativo personae (ut id *mihi* confert) non jungitur.

**III. *Incessit* impersonale dandi vel accusandi casum admittit. Valer. (3) *Nec* MIHI *cuncta complectendi cupido incessit.* Liv. (4) *Gravior cura* PATRIBUS *incessit.* Frequentius accusativum. Liv. (5) *Timor deinde* PATRES *incessit.* Id. (6) IPSUM *ingens cupido incesserat Tarenti potiundi.* Cum praepositione. Liv. (7) *Quum ... tanta incesserit* IN EA CASTRA *vis morbi, ut ... nemo omnium superfuturus videatur.*

§. 137. *Quartus ordo impersonalium. Accusativus post impersonale*

I. Quaedam verba impersonalia postulant ante se nominativum vel loco nominativi aliquam orationis partem, praesertim vero infinitum, post se accusativum. Cic. (8) *Decet* HOC *nescio quomodo* ILLUM. Id. (9) *Te hilari animo* ESSE *et prompto ad jocandum valde* ME *juvat.* Id. (10) *In quibus neque* ABESSE *quidquam decet neque* REDUNDARE. Id. (11) *Nec velle experiri* (oportebit), *quam se* ALIENA DECEANT. Plaut. (12) *Contempla, ... satin'* HAEC *me* VESTIS DECEAT? Senec. (13) *Ut te* OMNIA DEDECENT!

Decet bat cuit *convenire*	Delectat bat vit *dilettare*
Dedecet bat cuit *disconvenire*	Juvat bat vit *giovare.*

**II. *Fugit, latet, praeterit, fallit,* cum impersonaliter usurpantur, huc revocanda sunt. Cic. (14) *De Caesare fugerat* ME *ad te* SCRIBERE. Id (15) *Non* ME *praeterit,* NOS *eam rem Ephesi* EXPERTOS ESSE. Id. (16) *In lege nulla* ESSE *ejusmodi* CAPUT TE *non fallit.* Varr. (17) *Id* (semen) *duplex: unum,* QUOD *latet* NOSTRUM SENSUM; *alterum quod apertum.* Ovid. (18) *Lumina restabant, quorum* ME CAUSA *latebat.* Plin. (19) *Latet* PLEROSQUE ... *superiorum trium siderum* IGNES ESSE, *qui decidui ad terras fulminum nomen habeant.* Justin. (20) *Sed* RES HANNIBALEM *non diu latuit.*

**III. *Oportet* accusativum post se non postulat, cum verbum sit absolutum atque intransitivum: quod modo nominativum aperte habet. Caecil. (21) *Morbosum factum, ut ea,* QUAE *oportuerint, facta non sint.* Cic. (22) *Est aliquid,* QUOD *non oporteat, etiamsi licet.* Modo membrum orationis loco nominativi. Cic. (23) IRRITARI ANTONIUM *non oportuit.* Modo eleganter conjunctivum modum absque ulla conjunctiva particula. Cic. (24) *Ex rerum cognitione* EFFLORESCAT *et* REDUNDET *oportet oratio.* Verum numero multitudinis usurpandum non videtur.

(1) De Off. 1, 3. (2) Inst. 1, 8. (3) Mem. in Prol. (4) Hist. 4, 57. (5) Hist. 1, 17. (6) Hist. 24, 13. (7) Hist. 29, 10. (8) De Cl. Orat. 85. (9) Ad Q. F. 2, 13. (10) De Orat. 2, 19. (11) De Off. 1, 31. (12) Mostell. 1, 3, 10. (13) De Benef. 2, 13. (14) Ad Q. F. 2, 12. (15) Fam. 13, 65. (16) Att. 3, 23. (17) R. R. 1, 40. (18) Fast. 5, 361. (19) H. N. 2, 20. (20) Hist. 31. (21) Ap. Prisc. 8, p. 827. Putsch. (22) Pro Balb. 3. (23) Phil. 7, 1. (24) De Orat. 1, 6.

Accusativus cum praepositione ad *post impersonale*

I. Quaedam verba impersonalia postulant ante se nominativum vel loco nominativi aliquam orationis partem, praesertim vero infinitum, post se accusativum cum praepositione *ad*. Cic. (1) *Id quod* AD ME *nihil attinet.* Id. (2) AD REM *pertinet, quomodo caelo affecto compositisque sideribus quodque animal oriatur.* Id. (3) *Cum* AD REMPUBLICAM *pertineret viam domitiam munire.* Id. (4) *Quoniam de eo genere beneficiorum dictum est,* QUAE *ad singulos* SPECTANT; *deinceps de iis,* QUAE *ad universos* QUAEQUE *ad rempublicam* PETINENT, *disputandum est.* Id. (5) *Spero ex hoc ipso non esse obscurum,* AD QUEM *suspicio maleficii* PERTINEAT.

Attinet nebat nuit — Pertinet bat nuit — Spectat tabat tavit *appartenere*

§. 139. *Sextus ordo impersonalium. Genitivus ante impersonale*

I. Quaedam verba impersonalia postulant ante se fere genitivum vel aliquam orationis partem, praesertim vero infinitum, post se accusativum. Plaut. (6) *Miseret te* ALIORUM, TUI *te nec miseret nec pudet.* Cic. (7) *Quoad te* QUANTUM PROFICIAS *non poenitebit.* Id. (8) *Non enim me hoc jam* DICERE *pudebit.*

Miseret rebat seritum est / Miserescit scebat } *aver misericordia*
Piget bat guit et pigitum est *rincrescere*
Poenitet bat tuit *pentirsi o attristarsi*
Pudet bat duit et puditum est *vergognarsi*
Taedet bat taesum est / Pertaedet bat pertaesum est } *rincrescere*

§. 140. *Impersonalia passivae vocis*

I. Verba impersonalia passivac vocis fiunt potissimum ex neutris in *o* absolutis, ut *statur, vivitur, curritur, itur, ventum est*: vel a plurimis tertii ordinis; ut *ignotum est, reclamatum est:* vel a nonnullis quarti et quinti ordinis, ut *seritur, egetur:* vel ab activis ipsis, si efferantur absolute, ut *fletur, amatur.*

II. Admittunt post se ablativum cum *a* vel *ab* vel expresse vel tacite. Liv. (9) *Sunt qui male pugnatum* AB IIS CONSULIBUS *in Algido auctores sint.* Cic. (10) *Nihil est* A ME *inservitum temporis causa.* Id. (11) AB UNIVERSO SENATU *reclamatum est.* Id. (12) *Ab hora tertia* BIBEBATUR, LUDEBATUR. Ter. (13) *In ignem posita est*, FLETUR. Plaut. (14) *Quid agitur . . .?* EGETUR *acriter.* Ter. (15) *Quid agitur?* STATUR. Id. (16) CESSATUM *usque adhuc est.* Cic. (17) CURRITUR *ad praetorium.* Id. (18) *Dixi ... non* ESSE ITUM *obviam, ne tum quidem, cum* IRI *maxime debuit.* Id. (19) *Hic* MANERI *diutius non potest.* Virg. (20) VENTUM ERAT *ad limen.* Id. (21) ITUR *in antiquam silvam.*

III. Post se habent etiam suorum verborum casus. Cic. (22) *Ejus* ORATIONI *vehementer ab omnibus reclamatum est.* Id. (23) HUIC *quoque* REI *subventum est maxime a nobis.* Liv. (24) SICCITATE *eo anno plurimum laboratum est.*

IV. Verba quae ad rem rusticam pertinent, et alia quaedam ante se non respuunt rectum. Plin. (25) *Hoc modo plantantur* PUNICAE. Id. (26) CARDAMO-

(1) Pro Rosc. Am. 43. (2) De Divin. 2, 47. (3) Pro Font. 4. (4) De Off. 2, 21. (5) Pro Rosc. Am. 7. (6) Trin. 2, 4, 30. (7) De Off. 1, 1. (8) Ad Q. F. 1, 1, 9. (9) Hist. 4, 26. (10) Fam. 6, 12. (11) Pro Dom. 4. (12) Phil. 2, 41. (13) Andr. 1, 1, 102. (14) Pseud. 1, 3. 39. (15) Eun. 2, 2, 40. (16) Adelph. 4, 4, 21. (17) Verr. act. 2, 5, 35. (18) Att. 2, 1. (19) Att. 11, 15. (20) Aen. 6, 45. (21) Aen. 6, 179. (22) Fam. 1, 2. (23) Att. 1, 17. (24) Hist. 4, 30. (25) H. N. 17, 10. (26) H. N. 12, 13.

*

NUM ... metitur eodem modo et in Arabia. Id. (1) TOTUS *hodie navigatur* OCCIDENS. Ovid. (2) *Vixi - Annos bis centum: nunc tertia* VIVITUR *aetas*. Id. (3) *Noctes* VIGILANTUR *amarae*. Cic. (4) *Quo in genere etiam in republica multa* PECCANTUR. Id. (5) *Cujus* (Pompeji) *ex omnibus pugnis, quae sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quae cum rege commissa est, et summa contentione* PUGNATA. Sallust. (6) *Quae negotia multo magis quam praelium male* PUGNATUM *ab suis regem* (Jugurtham) *terrebant*. Quia *vivor, vigilor, peccor, pugnor* non sunt in usu.

Differunt a passivis, quod eorum primae et secundae personae non sunt in usu, constructione non differunt.

DE COMMUNI VERBORUM CONSTRUCTIONE

Hactenus de peculiari verborum constructione dictum est, deinceps de communi dicendum.

§. 141. *Status in loco*

I. Si interrogatio fiat per adverbium *ubi*, sive, ut alii loquuntur, cum significatur *status in loco*, respondebimus ablativo cum praepositione *in*. Cic. (7) *Promitto tibi, si valebit, tegulam illum* IN ITALIA *nullam relicturum*.

II. Propria pagorum, castellorum, urbium vel oppidorum primae vel secundae declinationis ponuntur in genitivo post quodvis verbum. Cic. (8) *Egnatius* ROMAE *est*.

* III. Propriorum legem sequuntur appellativa quatuor *humi, belli, militiae, domi*, quorum postremo adjungi possunt adjectiva *meae, tuae, suae, nostrae, vestrae, alienae*. Cic. (9) *Theodori quidem nihil interest* HUMI *ne an sublime putrescat*. Id. (10) *Quibuscunque rebus vel* BELLI *vel* DOMI *poterunt, rempublicam augeant*. Id. (11) *Nonne mavis sine periculo* DOMI TUAE *essse, quam cum periculo* ALIENAE? Liv. (12) *Nulla ab armis quies dabatur a bellicoso rege* Tullo, *salubriora etiam credente* MILITIAE, *quam* DOMI *juvenum corpora esse*.

* IV. Genitivis *belli, militiae* non utendum videtur, cum non sunt conjuncti genitivo *domi*; neque enim satis constat, apud probatos scriptores illos ab hoc sejungi. Cic. (13) *Postea quam mecum* IN BELLO *atque* IN RE MILITARI *fuit*. Id. (14) *Sed neque mihi egere commendatione videbatur, qui* IN BELLO *tecum fuisset*.

V. Si propria tamen fuerint tertiae declinationis vel pluralis numeri, sexto casu utendum est. Cic. (15) BABYLONE *paucis post diebus Alexander est mortuus*. Id. (16) *Lentulum nostrum scis* PUTEOLIS *esse*. Id. (17) *Malo vel cum timore domi esse quam sine timore* ATHENIS TUIS.

* VI. *Ruri* vel *rure* utimur, cum hujus est loci. Plaut. (18) *Si illi sunt virgae* RURI, *at mihi tergum domi est*. Liv. (19) *Morientem* (Scipionem) RURE *eo ipso loco sepeliri se jussisse ferunt*. Cum *rure* tantum nonnunquam jungitur adjectivum. Horat. (20) *Interdum nugaris* RURE PATERNO.

(1) Il. N. 2, 67. (2) Met. 12, 187. (3) Heroid. 12, 169. (4) De Off. 1, 10. (5) Pro Mur. 16. (6) Jug. 54. (7) Att. 9, 7. (8) Att. 4, 12. (9) Tusc. 1, 43. (10) De Off. 2, 24. (11) Fam. 4, 7. (12) Hist. 1, 31. (13) Fam. 13, 55. (14) Fam. 13, 16. (15) De Divin. 1, 23. (16) Att. 9. 11. (17) Att. 16, 6. (18) Bacch. 2, 3, 131. (19) Hist. 38, 53. (20) Epist. 1, 1, 60.

* VII. Genitivus *domi* illa sex tantum adjectiva admittit *meae, tuae, suae, nostrae, vestrae, alienae:* nam cum aliis in ablativo cum praepositione *in* ponitur. Ovid. (1) *Per totidem menses a funere conjugis uxor-Sustinet* IN VIDUA *tristia signa* DOMO.

* VIII. Quod interdum fit cum illis pronominibus. Nep. (2) *Quod* IN DOMO SUA *facere mysteria dicebatur.*

* IX. Cum substantivis autem utroque modo copulatur. Cic. (3) *P. Clodium, Appii filium, credo te audisse, cum veste muliebri deprehensum* DOMI *C. Caesaris.* Id. (4) *Cum* (Clodius) IN DOMO *Caesaris quondam unus vir fuerit.*

** X. Errant, qui putant nomina tertiae declinationis dativo efferri. Nam *Tibur*, *Anxur* apud veteres et *e* et *i* literis ablativum habuisse videntur; legimus enim utroque modo. Cic. (5) *Tu . . . convento Antonio* TIBURI, *sapienter, quod manus dedisti, quodque etiam ultro gratias egisti.* Liv. (6) TIBURE *haud ita multo ante mortuus* (Syphax), *quo ab Alba traductus fuerat.*

** XI. Quidam dubitant dicendum ne sit, Marcellus natus est *Romae nobilis urbis* an *nobili urbe.* Cicero (7) posteriore modo loquitur. *Primum Antiochiae, nam ibi natus est,* LOCO NOBILI, CELEBRI *quondam* URBE *et* COPIOSA, . . . *celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit.* Id. (8) praepositionem interposuit: *Quosdam senatores summo loco natos... Neapoli* IN CELEBERRIMO OPPIDO *cum mitella saepe videmus.* Id. (9) *Albae constiterunt,* IN URBE OPPORTUNA, MUNITA, PROPINQUA. Plinius (10) ablativo utitur, praepositione praeposita: IN NEA *oppido Troadis.*

§. 142. *Motus ad locum*

I. Si per adverbium *quo* fiat interrogatio, videlicet cum *motus ad locum* significatur, respondebimus accusativo cum praepositione *in* vel *ad.* Cic. (11) *Cum* IN AFRICAM *venissem... nihil mihi potius fuit, quam ut Massinissam convenirem.*

II. Propria pagorum, castellorum, oppidorum, seu urbium accusativo sine praepositione efferuntur, cujuscunque sint declinationis ac numeri: quibus adduntur illa duo *rus* et *domus.* Cic. (12) *Epistolas* CATINAM, TAUROMENIUM, SYRACUSAS *commodius mittere potero.* Ter. (13) DOMUM *revertor.* Id. (14) RUS *ibo.* Cic. (15) *Statim Luculli . . . eum* DOMUM SUAM *receperunt.* Curt. (16) *Qui remissi* DOMOS *ierant, in fide continuere populares. Rura* tamen in plurali cum praepositione. Liv. (17) *Ubi vos dilapsi domos et* IN RURA VESTRA *eritis*, etc.

§. 143. *Motus de loco et per locum*

I. Si per *unde* vel *qua* fiat interrogatio, hoc est, si *motus de loco* aut *per locum* significetur, in propriis pagorum, castellorum, oppidorum

(1) Fast. 1, 35. (2) Alcib. 3. (3) Att. 1, 12. (4) Att. 2, 7. (5) Att. 16, 3. (6) Hist. 30, 45. (7) Pro Arch. 3. (8) Pro Rab. Post. 10. (9) Phil. 1, 2. (10) H. N. 2, 95. (11) Somn. Scip. 1. (12) Att. 16, 11. (13) Heaut. 1, 1, 16. (14) Eun. 1, 2, 107. (15) Pro Arch. 3. (16) Hist. 7, 10. (17) Hist. 39, 16.

seu urbium ablativo utemur siue praepositione: quibus adjungenda illa duo *domus* et *rus*. Cic. (1) *Accepi* ROMA *sine epistola tua fasciculum literarum*. Ter. (2) *Video* RURE *redeuntem senem*. Cic. (3) *Iter* LAODICAEA *faciebam, cum has literas dabam*. Id. (4) *Adest vir amplissimus ejus civitatis legatus hujusce judicii causa* DOMO *missus*.

II. Nomina insularum, regionum, provinciarum, ceterorum denique locorum praepositionem *ex*, si *motus de loco* significetur; sin autem *per locum*, praepositionem *per* fere desiderant. Ter. (5) EX ANDRO *commigravit*. Liv. (6) *Dum ipse* (Hannibal) *terrestri*... PER HISPANIAM GALLIASQUE *itinere Italiam peteret*.

* III. Propria urbium seu oppidorum saepe praepositionem recipiunt, praesertim si *motus de loco* aut *ad locum* significetur. Cic. (7) A BRUNDUSIO *nulla adhuc fama venerat*. Id. (8) *Cum eo* (Q. Maximo) *consule adolescentulus miles profectus sum* AD CAPUAM. Liv. (9) *Legati romani* AB CARTHAGINE ... *in Hispaniam* ... *trajecerunt*: et alibi saepissime. Neque solum adhibetur praepositio *ad*, cum propinquitas adsignificatur: alioqui non dixisset Cic. (10) BRUNDUSIUM *veni vel potius* AD MOENIA *accessi*: satis enim fuisset *ad Brundusium veni*. Tirones tamen grammaticorum leges sequantur.

** IV. Propriis regionum et insularum interdum demitur praepositio praecipue a poëtis et historicis. Virg. (11) *Ibitis* ITALIAM, *portusque intrare licebit*. Liv. (12) *Navigare* AEGYPTUM (C. Popillius) *pergit*. Caes. (13) *Caesar... quum audisset Pompejum* CYPRI *visum*, ... *Alexandriam pervenit*.

** V. Certa nomina propria regionum aut viarum, item quaedam appellativa ablativo sine praepositione eleganter efferuntur, quae alioqnin accusativo cum praepositione *per* efferenda essent. Cic. (14) *Sed hoc ... facillime teneri potest, ut ita se gerant in istis asiaticis itineribus, ut si iter* APPIA VIA *faceres*. Id. (15) *Cum multae mihi a C. Verre insidiae* TERRA MARIQUE *factae sint*. Id. (16) *Ita nonnulli, ... ut* TOTO FORO *volitare et a causa ad causam ire videantur, causas dicunt incognitas*. Id. (17) *Iter a Vibone Brundusium* TERRA *petere contendi*. Ter. (18) *Praeterito* HAC RECTA PLATEA *sursum*.

** VI. *Vagandi* verbum hanc in primis elegantiam sibi vindicat. Cic. (19) *Et nunc* Antonius) TOTA ASIA *vagatur, volitat, ut rex*. Id. (20) *Quem* (Brutum) *ego spero jam tuto vel solum* TOTA URBE *vagari posse*. Id. (21) *Vagantur laeti atque erecti passim* TOTO FORO.

** VII. Nomina quoque verbalia interdum ejusmodi casus communes admittunt. Cic. (22) *Cum* ... A BRUNDUSIO *M. Antonii* REDITUM *timeremus*. Caes. (23) *Ut* DOMUM REDITIONIS *spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent*. Liv. (24) *Ante consulis* ROMAM ADVENTUM. Et cum adverbio. Ter. (25) *Quid* HUC REDITIO *est?*

(1) Att. 5, 17. (2) Eun. 5, 5, 25. (3) Att. 5, 15. (4) Verr. act. 2, 4, 8. (5) Andr. 1, 1, 43. (6) Hist. 21, 21. (7) Att. 9, 3. (8) De Sen. 4. (9) Hist. 21, 19. (10) Pro Planc. 41. (11) Aen. 3, 254. (12) Hist. 45, 10. (13) B. C. 3, 106. (14) Ad Q. F. 1, 1, 6. (15) Verr. act. 1, 2. (16) De Orat. 2, 24. (17) Pro Planc. 40. (18) Adelph. 4, 2, 35. (19) Phil. 11, 2. (20) Att. 14, 8. (21) Pro Font. 11. (22) Phil. 4, 1. (23) B. G. 1, 5. (24) Hist. 22, 61. (25) Eun. 4, 4, 4.

I. Quodvis verbum admittit dativum ejus personae, in cujus gratiam, commodum vel incommodum aliquid fit. Plaut. (1) TIBI *aras*, TIBI *occas*, TIBI *seris*, TIBI EIDEM *metis*. Cic. (2) *Apud quem* (Caesarem) *quidquid valebo vel auctoritate vel gratia, valebo* TIBI. Id. (3) *Sin quid offenderit*, SIBI *totum, nihil* TIBI *offenderit*.

§. 145. *Certi accusativi communes*

** I. Omnibus pene verbis, praeter casus suos, possumus communes hos accusativos adnectere: *hoc, istud, illud, id, idem, quod, quid, aliquid, siquid, quiddam, quidpiam, quidquam, nihil, unum, multa, pauca*. Cic. (4) *Itaque te* HOC *obsecrat*. Id. (5) ILLUD *te ad extremum et oro et hortor*. Ter. (6) *Et nunc* ID *operam do*. Cic. (7) *Nec te* ID *consulo*. Id. (8) *Hortare* IDEM *per literas Cassium*. Id. (9) *Sin tu*, QUOD *te jamdudum hortor, exieris*. Ter. (10) QUID, *malum, tua id refert*. Cic. (11) *Illud vereor, ne tibi illum succensere* ALIQUID *suspicere*. Ter. (12) *Ego domi ero*, SIQUID *me voles*. Cic. (13) *Ita* QUIDDAM *spero nobis profici, cum hoc percrebrescit, plurimos nostros amicos inveniri*. Id. (14) *Si uredo aut grando* QUIDPIAM *nocuit*. Plaut. (15) *Neque unquam* QUIDQUAM *me juvat, quod edo domi*. Cic. (16) *Beneficio isto legis ...* NIHIL *utitur*. Plaut. (17) UNUM *exorare vos sinite nos*. Cic. (18) *Cum ignorit omnibus, qui* MULTA *deos venerati sint contra ejus salutem*? Sallust. (19) *Ac* PAUCA *pro tempore milites hortatus . . . in planum deducit*. Cic. (20) UTRUMQUE *laetor, et sine dolore corporis te fuisse, et animo valuisse*; hoc est *de utroque* vel *propter utrumque*. Hor. (21) NIL *me poeniteat sanum patris hujus*. Et cum aliis verbis saepissime.

§. 146. *Accusativus vel ablativus spatii vel distantiae*

I. Cuivis verbo apponi potest accusativus, vel ablativus, qui spatium vel distantiam loci significet. Curt. (22) *Aedificia non sunt admota muris, sed fere* SPATIUM *unius jugeri absunt*. Colum. (23) *Sulci lirarum inter se distent semipedali* SPATIO. Cic. (24) *Is locus est citra Leucadem* STADIA CENTUM *et* VIGINTI. Id. (25) *Edixit, ut ab urbe abesset* MILLIA *passuum* DUCENTA. Id. (26) *Biennium praeteriit, cum ille assiduo cursu* CUBITUM NULLUM *processerit*. Liv. (27) MILLE *et* DUCENTOS PASSUS *ibi latitudo patet*. Caes. (28) MILLIBUS *passuum* SEX (Ariovistus) *a Caesaris castris sub monte consedit*. Id. (29) *Ab exploratoribus certior factus est Ariovisti copias a nostris* MILLIBUS *passuum* QUATUOR *et* VIGINTI *abesse*. Cic. (30) *Neque ab argento* DIGITUM *discedere*. Id. (31) *Negat* (Hieras) *unquam se a te in Dejotari tetrarchia* PEDEM *discessisse*. Frequentius tamen spatium accusativo quam ablativo effertur.

(1) Merc. Prol. 71. (2) Fam, 6, 6. (3) Fam. 2, 18. (4) Pro Quint. 31. (5) Ad Q. F. 1, 1, 16. (6) Andr. 1, 1, 130. (7) Att. 7, 20. (8) Ad Brut. 10. (9) Catil. 1, 5. (10) Phorm. 4, 5, 11. (11) Pro Dejot. 13. (12) Heaut. 4, 8, 32. (13) Att. 1, 1. (14) De N. D. 3, 35. (15) Capt. 1, 2, 33. (16) Agrar. 2, 23. (17) Capt. 2, 1, 17. (18) Fam. 6, 7. (19) Jug. 49. (20) Fam. 7, 1. (21) Sat. 1, 6, 89. (22) Hist. 5, 1. (23) R. R. 11, 3. (24) Fam. 16, 2. (25) Pro Sext. 12. (26) Att. 13, 12. (27) Hist. 37, 31. (28) B. G. 1, 48. (29) B. G 1, 41. (30) Verr. act. 2, 4, 15. (31) Pro Dejot. 15.

I. Tempus accusativo vel ablativo casu effertur, si per *quamdiu* fiat interrogatio. Liv. (1) *Romulus* SEPTEM *et* TRIGINTA *regnavit* ANNOS; *Numa* TRES *et* QUADRAGINTA. Plin. (2) *Masinissam* SEXAGINTA ANNIS *regnasse indubitatum est.* Cic. (3) TRIENNIUM *provinciam obtinuisti.* Id. (4) BIDUUM *Laodiceae fui, deinde Apameae* QUADRIDUUM, TRIDUUM *Synnadis*, TOTIDEM DIES *Philomeli.* Id. (5) DUAS HORAS *Thyrei fuimus.* Liv. (6) *Regnavit Ancus* ANNOS QUATUOR *et* VIGINTI.

II. Sin vero per *quando* fiat interrogatio, ablativo utimur. Cic. (7) *Negotium iisdem magistratibus est datum* ANNO SUPERIORE, *ut curarent, ut sine vi mihi aedificare liceret.* Eodem utimur, cum praeteritum tempus a praesenti metimur, ut *triennio ante.* Cic. (8) *Quam* (tempestatem) *ego* QUATUORDECIM ANNIS *ante prospexerim.*

**III. Ablativus interdum *intra* significat, ut *paucis diebus, biduo, triduo,* pro intra paucos dies, intra biduum, intra triduum. Cic. (9) *Favonio... respondit* (Clodius) TRIDUO *illum, ad summum* QUATRIDUO *periturum.*

§. 148. *Ablativus absolutus*

*I. Quibuslibet verbis addi potest ablativus absolute positus. Cic. (10) *Hoc velim... ut quod,* AUCTORE TE, *velle coepi,* ADJUTORE *assequar.* Id. (11) *Haec ad te scripsi* APPOSITA SECUNDA MENSA. Id. (12) *Ego cautius posthac historiam attingam* TE AUDIENTE. Martial. (13) CAESARE VENTURO, *Phosphore, redde diem.*

*II. Verumtamen, cum aut nomen aut participium ab aliquo verbo pendet, cum eo consentit. Cic. (14) *Cum* PROCONSULI *in Ciliciam* PROFICISCENS *Athenas venissem.* Id. (15) COGITANTI MIHI *saepenumero et memoria* REPETENTI, *perbeati fuisse, Quinte frater, illi videri solent,* etc.

**III. Nonnunquam praesertim apud historicos absolute ponitur participium praeteriti temporis sine nomine. Liv. (16) *Inde* (consul) *ad Pluvinam est progressus, nondum* COMPERTO, *quam regionem hostes petissent.* Tacit. (17) *Ipse* (Caesar), AUDITO, *castellum... obsideri, sex legiones eo duxit.*

**IV. Nonnunquam nomen tantum. Tacit. (18) *Metuens* (Sallustius) *ne reus subderetur, juxta* PERICULOSO, *ficta seu vera promeret, monuit Liviam:* hoc est, *cum aeque periculosum esset.* Liv. (19) *Multi adnantes navibus,* INCERTO *prae tenebris, quid aut peterent aut vitarent, foede interierunt,* idest, *cum incertum esset.*

**V. Interdum cum ablativo absoluto subintelligitur nominativus verbi ejusdem personae. Horat. (20) *Neu sinas Medos equitare inultos* TE DUCE, *Caesar.* Senec. (21) *Populo teste fieri credam, quidquid* ME CONSCIO *faciam:* hoc est, *ego me conscio* faciam. Qua ratione dici posset: populo teste fieri credet, quidquid *se conscio* faciat, idest, ipse *se conscio*, etc.

(1) Hist. 1, 21. (2) H. N. 7, 48. (3) Verr. act. 2, 2, 20. (4) Fam. 15, 4. (5) Fam. 16, 5. (6) Hist. 1, 35. (7) De Har. Resp. 8. (8) Att. 10, 4. (9) Pro Mil. 9. (10) Att. 5, 5. (11) Att. 14, 6. (12) De Cl. Orat. 11. (13) Epig. 8, 21. (14) De Or. 1, 18. (15) De Or. 1, 1. (16) Hist. 31, 39. (17) Ann. 2, 7. (18) Ann. 1, 6. (19) Hist. 28, 36. (20) Od. 1, 2, 51. (21) De Vit. Beat. 20.

I. Quaevis verba ablativum admittunt significantem *instrumentum*. Ter. (1 HISCE OCULIS *egomet vidi*. Aut *causam*, propter quam aliquid fit. Cic. (2 VESTRA CULPA *haec acciderunt*. Aut *modum*, quo aliquid fit. Cic. (3 *Esset timendum*, QUONAM MODO *id ferret civitas*. Id. (4 *Quid, quod sapientissimus quisque* AEQUISSIMO ANIMO *moritur*, *stultus* INIQUISSIMO?

*II. Modus actionis praepositionem *cum*, quae comes dicitur, saepe admittit. Cic. (5 *Semper magno* CUM *metu incipio dicere*. Id. (6 CUM *febri domum rediit*. Id. (7) *Ira procul absit*, CUM *qua nihil recte fieri... potest*.

*III. Ad *causam propter quam* pertinent haec et his similia; *ardere iracundia*, *dolore*, *studio*, *desiderio* alicujus rei. *Flagrare* vel *inflammari cupiditate: accendi amore*, *odio*, etc. Ter. (8) *Me miserum! vix sum compos animi, ita* ARDEO IRACUNDIA.

*IV. Haec etiam: *gaudeo, moereo alienis malis; madesco lacrymis; caleo febri; laetor*, *delector*, *oblector quiete*. De his in ordine quinto neutrorum et septimo deponentium.

*V. *Modum actionis* cognoscimus interrogatione *quomodo?* ut *quomodo* tulit injuriam? *aequo*, *iniquo animo*. Cic. (9 *Pacem maritimam* Pompejus SUMMA VIRTUTE *atque* INCREDIBILI CELERITATE *confecit*. Sic *clara*, *suppressa*, *submissa voce dicere*, etc.

**VI. Ablativus instrumenti in accusativum cum praepositione *per* non ineleganter migrat. Cels. (10 *De iis vulneribus, quae maxime* PER TELA *inferuntur*.

**VII. Ablativus causae etiam praepositiones *a* vel *ab*, *cum*, *de*, *ex*, *prae*, *pro* nonnunquam admittit. Liv. (11 *Jacentem* Philopoemenem *hostes superfusi oppresserunt, cognitumque primum* A VERECUNDIA MEMORIAQUE *meritorum*... *attollunt reficiuntque*. Cic. (12 *Certo scio, te fecisse* CUM CAUSA. Id. (13 *Neque eae nationes ... quibus* (Senatus) DE ME *gratias egit, hunc exulem propter me sine me videbunt*. Sallust. (14 *Ei timido et* EX CONSCIENTIA *diffidenti rebus suis persuadet ... ne vim, quam misericordiam, experiri mallet*. Cic. (15 *Nec loqui* PRAE MOERORE *potuit*. Id. (16 PROQUE EO, *quod ejus nomen erat magna apud omnes gloria*, *invitatus esset*, etc.

§. 150. *Ablativus excessus*

I. Verbis, quae *excessum* significant, adjungi potest ablativus tum rei, qua *excessus* significatur, tum etiam quantitatis. Ter. (17) *Incredibile est*, QUANTO *herum anteeo* SAPIENTIA. Nep. (18 *In his autem cognitum est*, QUANTO *antistaret eloquentia innocentiae*. Cic. (19 *P. Scipio ... omnes* SALE FACETIISQUE *superabat*. Id. (20 *Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe* LEPORE *et* HUMANITATE *omnibus praestitisse*.

§. 151. *Ablativus pretii*

I. Quaelibet verba ablativum admittunt significantem *pretium*. Cic. (21) *Iste, numero ad summam tritici adjecto*, *tritici modios singulos cum aratoribus*

(1) Adelph. 3, 2, 31. (2) Ad Q. F. 2, 13. (3) Pro Mil. 28. (4) De Sen. 23. (5) Pro Cluent. 18. (6) De Or. 3, 2. (7) De Off. 1, 38. (8) Adelph. 3, 2, 12. (9) Pro Flacc. 12. (10) De R. M. 5, 27. (11) Hist. 39, 49. (12) Ad Q. F. 1, 2, 2. (13) Pro Sext. 69. (14) Jug. 32. (15) Pro Planc. 42. (16) De Or. 2, 18. (17) Phorm. 2, 1, 17. (18) Arist. 1. (19) De Cl. Orat. 34. (20) De Or. 2, 67. (21) Verr. act. 2, 3, 81.

DENARIIS TERNIS *aestimavit*. Ter. (1) *Vix, inquit*, DRACHMIS *obsonatus est* DECEM. Id. (2) *Olera et pisciculos minutos ferre* OBOLO *in coenam seni*. Liv. (3) MULTO SANGUINE *ac* VULNERIBUS *ea Poenis victoria stetit*. Cic. (4) *Jam invideo magistro tuo, qui te* TANTA MERCEDE, *quantam jam proferam, nihil sapere docuit*. Id. (5) *Nunc demum intelligo, P. Clodii insulam esse venalem, cujus hic in aediculis habitet*, DECEM, *ut opinor*, MILLIBUS.

*II. *Magno, permagno, plurimo, parvo, paululo, minimo* fere sine substantivis ponuntur. Varr. (6) *Primum* (piscinae) *aedificantur* MAGNO, *secundo implentur* MAGNO, *tertio aluntur* MAGNO. Cic. (7) PERMAGNO *decumas ejus agri vendidi*. Id. (8) *Excogitare non poterat, quemadmodum quam* PLURIMO *venderet*. Horat. (9) *Quae virtus et quanta, boni, sit vivere* PARVO. Ter. (10) *Quid agas, nisi ut te redimas captum, quam queas* MINIMO *si nequeas* PAULULO. Cic. (11) *Tu ista* PERMAGNO *aestimas?* Id. (12) *Nae ista gloriosa sapientia non* MAGNO *aestimanda est, siquidem non multum differt ab insania*. Valer. (13) MAGNO *ubique* PRETIO *virtus aestimatur*. Vix usurpaverim.

III. Utimur tamen genitivis *tanti, quanti, tantidem, quanticumque, pluris, minoris*, non vero ablativis *tanto, quanto*, et cett., cum de pretio est sermo. Cic. (14) *Emit homo cupidus et locuples* TANTI, QUANTI *Pythius voluit*. Ter. (15) *Tu illum nunquam ostendisti* QUANTI *penderes*. Cic. (16) QUANTI *ego omnino genus signorum omnium non aestimo*, TANTI *ista quatuor aut quinque sumpsisti*. Id. (17) *Vendo meum non* PLURIS *quam ceteri: fortasse etiam* MINORIS. Id. (18) *Furnium nostrum* TANTI *a te fieri, quantum ipsius et humanitas et dignitas postulat, nec miror et gaudeo*. Juvenal. (19) *Tenta, Chrysogonus* QUANTI *doceat, vel Pollio* QUANTI-*Lautorum pueros*. Id. (20) QUANTICUMQUE *domus veniet, qui fercula docte-Componat*. Cic. (21) *Quo quisque vehere jussus esset, ibi* TANTIDEM *frumentum emeret*, QUANTI *domi vendidisset*. Colum. (22) *Diffusiora consepta ...* PLURIS *aedificamus*. Plin. (23) *Docuit neminem* MINORIS *talento*. Plaut. (24) TANTI *est*, QUANTI *est fungus putridus*. Cic. (25) TANTIDEM *putas esse bis senatorem et bis quaestorem fieri*, QUANTI *bis consularem et bis triumphalem?* Paull. (26) *Si servum meum occidisti, non affectionem aestimandam esse puto . . . sed* QUANTI *omnibus valet*. Cic. (27) *Quis Carthaginensium* PLURIS *fuit Hannibale consilio, virtute, rebus gestis?* Id. (28) *Hic* PLURIS *habetur, quam L. Trebellius*. Id. (29) PLURIS *eum feci, quod te amari ab eo sensi*. Tamen Livius (30) dixit: *Hic miles magis placuit, quum* PRETIO MINORE *redimendi captivos copia fieret*.

IV. Verba *aestimandi* praeter illos genitivos *tanti*, etc. hos etiam habent *magni, parvi, plurimi, maximi, minimi*. Cic. (31) *Honores si* MAGNI *non putemus*. Id. (32) MAGNI *aestimabat pecuniam*. Id. (33) *Sed quia* PARVI *id duceret*. Id. (34) *Quem unum ex omnibus facio, ut debeo*, PLURIMI. Ter.

(1) Andr. 2, 6, 20. (2) Andr. 2, 2, 32. (3) Hist. 23, 30. (4) Phil. 2, 4. (5) Pro Coel. 7. (6) R. R. 3, 17. (7) Verr. act. 2, 3, 39. (8) Verr. act. 2, 3, 17. (9) Sat. 2, 2, 1. (10) Eun. 1, 1, 29. (11) Verr. act. 2, 4, 7. (12) Tusc. 3, 5. (13) Mem. 5, 4. (14) De Off. 3, 14. (15) Heaut. 1, 1, 103. (16) Fam. 7, 23. (17) De Off. 3, 12. (18) Fam. 10, 1. (19) Sat. 7, 175. (20) Sat. 7, 184. (21) Verr. act. 2, 3, 83. (22) R. R. 1, 4. (23) H. N. 35, 10. (24) Bacch. 4, 7, 23. (25) In supposit. orat. in C. Sallust. (26) Dig. 9, 2, 33. (27) Pro Sext. 68. (28) Phil. 6, 4. (29) Fam. 2, 13. (30) Hist. 12, 57. (31) Pro Planc. 4. (32) De Fin. 2, 17. (33) De Fin. 2, 8. (34) Fam. 3, 10.

(1) *Merito te semper* MAXIMI *feci, Chreme.* Cic. (2) *Quae . . . a me* MINIMI *putabantur.* Id. (3) MAGNI *erunt mihi tuae literae*

Aestimo as avi atum Duco is xi ctum Facio is feci factum	*stimare*	Pendo dis pependi pensum	*apprezzare*
		Habeo es ui itum Puto as avi atum	*riputare*

**V. *Nauci, flocci, pili, assis, teruntii, nihili* cum verbis *aestimo, facio, pendo, habeo* junguntur. Plaut. (4) *Rogata fuerint, nec ne,* FLOCCI *aestimo.* Cic. (5) *Eum* NIHILI *facit.* Id. (6) *Prorsus aveo scire, nec tamen* FLOCCI *facio.* Senec. (7) *Istos tristes et superciliosos, alienae vitae censores, suae hostes . . .* ASSIS *ne feceris!* Ter. (8) *Aut ego istuc abs te factum* NIHILI *penderem.* Id. (9) *Non* FLOCCI *pendere.* Ennius. (10) *Non habeo denique* NAUCI *Marsum augurem.*

**VI. Dicimus etiam rumores *unius* aestimo *assis: pro nihilo habeo, puto, duco, pendo* divitias omnes prae virtute: non *nihilo* bonam valetudinem aestimo. Cic. (11) *Tu ausus es* PRO NIHILO, *prae tua praeda, tot res sanctissimas ducere?* Pers. (12) *Ten' cirratorum centum dictata fuisse,* - PRO NIHILO *pendas?*

**VII. Verbum *valeo,* cum ad pretium refertur, ablativum vel accusativum amat. Plin. (13) *Aureus nummus post annum LXII percussus est, quam argenteus, ita ut scrupulum valeret* SESTERTIIS VICENIS. Varr. (14) *Denarii, quod* DENOS *aeris valebant; quinarii, quod* QUINOS.

DE CONSTRUCTIONE MODORUM AC TEMPORUM

§. 152. *De modo indicativo*

I. [Quem plerique grammatici modum *indicativum* vocant, quod eo aliquid indicamus, is a Varrone (15) dicitur *rogandi respondendique species,* a Fabio (16) *modus fatendi,* a Diomede (17) *finitivus,* a Prisciano (18) *definitivus,* a Probo (19) ac Donato (20) *pronuntiativus,* a philosophis *enunciativus*: propterea quod hoc modo vel interrogamus quidpiam, vel respondemus interrogati, vel fatemur, vel definimus aliquid, vel pronunciamus sive enunciamus. Nunc aliquid de temporibus.]

II. [*Praesens,* aliquid nunc agi significat: ut Cic. (21) *Ammonius regis legatus aperte pecunia nos* OPPUGNAT.]

III. [*Futurum imperfectum* aliquid faciendum; ut Id. (22) *De ceteris rebus, quidquid erit actum,* SCRIBAM *ad te.*]

IV. [*Praeteritum imperfectum* actionem praeteritam inchoatam necdum perfectam: ut Id. (23) *Causam etiam frequenti senatu . . .* OBTINEBAMUS.]

V. [*Perfectum,* actionem praeteritam perfectam et absolutam: ut Id. (24) *Haec idibus mane* SCRIPSI.]

VI. [*Plusquam perfectum,* actionem absolutam et perfectam ante tempus praeteritum sive imperfectum, sive perfectum: ut Id. (25) *Vix annus* INTER-

(1) Andr. 3, 3, 42. (2) Fam. 1, 9. (3) Fam. 15, 15. (4) Ap. Fest. in Muneralis. (5) De Fin. 2, 27. (6) Att. 13, 50. (7) Ep. 123. (8) Eun. 1, 2, 14. (9) Eun. 3, 1, 21. (10) Ap. Cic. de Divin. 1, 58. (11) Verr. act. 2, 2, 16. (12) Sat. 1, 29. (13) H. N. 33, 3. (14) De L. L. 4, 36, (15) De L. L. 9, 2. (16) Inst. 1, 6. (17) Lib. 1, 328, Putsch. (18) Lib. 8, 819, Putsch. (19) Lib. 1, 1407, Putsch. (20) In edit. 2, 1754, Putsch. (21) Fam. 1, 1. (22) Fam. 1, 2. (23) Fam. 1, 4. (24) Fam. 1, 1. (25) De Orat. 2, 21.

CESSERAT *ab hoc sermone .... cum iste accusavit C. Norbanum.* Vide Diomedem. (1).]

VII. [Futurum *exactum*, hoc est perfectum aliquid significat futuro tempore, sed tunc quasi exactum atque perfectum, ut *fuero, legero.* Cic. (2) *Cum tu haec leges, ego illum fortasse* CONVENERO. Id. (3) *Quum tu haec leges, ego iam annuum munus* CONFECERO. Id. (4) *Is bellum* CONFECERIT, *qui Antonium* OPPRESSERIT. Ter. (5) *Ubi illinc rediero, nihil est,* REFRIXERIT *res.* Ter. (6) *Sed si te aequo animo ferre* ACCIPIET, *negligentem* FECERIS. Cic. (7) *Gratissimum mihi* FECERIS, *si ad me in Ciliciam quamprimum* VENERIS.]

VIII. [Praeteritum passivum *amatus sum* vel *fui* et ejusmodi alia Servius (8), Diomedes (9) aliique grammatici duo putant esse praeterita, illud propinquius, hoc remotius. Sic etiam in plusquam perfecto *amatus eram* propinquius, *amatus fueram* ulterius; atque ita duo faciunt praeterita, tum perfecta, tum plusquam perfecta, alterum propinquius, alterum ulterius. Verum hoc discrimen raro admodum latini scriptores observant: certe Cicero fere semper praeterito propinquiore utitur, etiam cum de rebus multo ante actis est sermo, ut (10) *Platonem ... in maximis periculis insidiisque* ESS: VERSATUM *accepimus; ... Demetrium, ... qui Phalereus vocitatus est, in eodem isto Aegypti regno, aspide ad corpus admota, vita* ESSE PRIVATUM. Non dixit *fuisse*, sed *esse*, cum de Platone ac Demetrio loqueretur, quorum hic trecentis ipsis, ille quadringentis propemodum annis ante Ciceronem vixerat.]

§. 153. *De modo conjunctivo*

I. [Grammatici modum hunc *conjunctivum, adjunctivum, subjunctivum* appellant; cum enim indicativus et imperativus verbi alterius adminiculo magna ex parte non egeant, modus hic alia sibi verba plerumque adjungit nectitque beneficio particularum conjunctivarum.]

*II. Conjunctivus saepe regitur ab optandi particulis vel tacitis vel expressis, unde etiam optativi nomen invenit. Praecipuae optandi particulae sunt: *O, si, o si, utinam, o utinam, ut* pro *utinam, sic, quam, ita.* Virg. (11) *Nunc, o nunc* LICEAT *crudelem abrumpere vitam.* Id. (12) SI *nunc se nobis ille aureus arbore ramus* - OSTENDAT. Id. (13) O *mihi praeteritos* REFERAT SI JUPPITER *annos!* Plin. (14) *Atque* UTINAM, *sic ipse, quam spem tunc ille de me concepit,* IMPLEVERIM! Cic. (15) UTINAM *illum diem* VIDEAM, *quum tibi agam gratias, quod me vivere coegisti.* Id. (16) *Plurimas tabulas optimas deportasse te negare non potes: atque* UTINAM NEGES. Ter. (17) UTINAM *aut hic surdus, aut haec muta* FACTA SIT. Id. (18) UTINAM (Micio) *hic prope* ADESSET *alicubi, atque* AUDIRET *haec.* Lucan. (19) O UTINAM *caelique Deis, Erebique* LICERET - *Hoc caput in cunctas damnatum expo-*

(1) Lib. 1, 325. (2) Att. 9, 15. (3) Fam. 2, 12, (4) Fam. 11, 12. (5) Adelph. 2, 2, 24. (6) Andr. 2, 3, 23. (7) Fam. 2, 19. (8) In Donat. 1791, Putsch. (9) Lib. 1, 346, Putsch. (10) Pro Rab. Post. 9. (11) Aen. 8, 579. (12) Aen. 6, 187. (13) Aen. 8, 560 (14) Ep. 1, 10. (15) Att. 3, 3. (16) Verr. act. 2, 1, 23. (17) Andr. 3, 1, 5. (18) Adelph. 3, 47. (19) Phars. 2, 306.

nere poenas. Ter. (1) UT *illum Dii Deaeque senium* PERDANT, *qui me hodie remoratus est.* Virg. (2) SIC *tua Cyrneas* FUGIANT *examina taxos.* Cic. (3) QUAM VELLEM *Romae mansisses.* Id (4) *Tamen* ITA *Deos mihi* VELIM *propitios, ut . . . quo die, citato reo, mihi dicendum sit . . . toto corpore perhorresco* Ter. (5) ITA *me Dii bene* AMENT. Id. (6) ITA *me Di* AMENT, *honestus est.* Cic. (7) ITA *mihi omnia, quae opto, contingant.*

Et absque particulis. Lucan. (8) *Dii visa* SECUNDENT - *Et fibris sit nulla fides, sed conditor artis* - FINXERIT *ista Tages.* Id. (9) *Me geminae* FIGANT *acies, me barbara telis* - *Rheni turba* PETAT. Cic. (10) *Dii te* PERDANT, *fugitive.* Id. (11) *Dalmatis Dii male* FACIANT, *qui tibi molesti sunt.* Ovid. (12) FALLAR, *et hoc crimen tenues* VANESCAT *in auras.* Id. (13) *Di* FACIANT, *laudis summa sit ista tuae.* Id. (14) *Ad tua me fluctus projectam littora* PORTENT. Id. (15) *Nec male parta diu* TENEAT *(Medea) pejusque* RELINQUAT - EXULET *et toto* QUAERAT *in orbe fugam.* Virg. (16) *Hoc Ithacus* VELIT, *et magno* MERCENTUR *Atridae.* Ovid. (17) *Omnia Di* FACERENT, *essent communia nobis* - *Praeter avos.* Id. (18) *Di* FACERENT, *possem nunc meus esse liber.* Catull. (19) *Tecum ludere, sicut ipsa,* POSSEM. Ter. (20) *Dii me, pater, omnes* ODERINT.

* III. Pendet etiam a particulis conditionalibus *si, nisi, ni;* tum vero curandum est, ut tempora sibi apte respondeant, nempe praesens praesenti vel perfecto, imperfectum imperfecto vel plusquam perfecto. Ter. (21) *Tu* SI *hic* SIS, *aliter* SENTIAS. Id. (22) *Nam* SI COGITES, REMITTAS *jam me onerare injuriis.* Plaut. (23) *Sexcenta sunt, quae* MEMOREM, SI SIT *otium; idest memorarem, si esset otium.* Virg. (24) *Extremo* NI *iam sub fine laborum* - *Vela* TRAHAM, *et terris* FESTINEM *advertere proram.* Cic. (25) *Sed nunquam id* DICERET, SI *ipse se* AUDIRET. Id. (26) *Plura* SCRIBEREM, SI *ipse* POSSEM. Id. (27) *Filius quidem ejus (Scipionis) . . . .* SI *corpore* VALUISSET, *in primis* HABITUS ESSET *disertus.* Ter. (28) SI ATTIGISSES, FERRES *infortunium.* Cic. (29) SI SCRIBEREM *ipse, longior epistola* FUISSET. Id. (30) NISI RESTITUISSENT *statuas, vehementer iis minatur.* Id. (31) NISI *immortalitatem optare* VELLET, *quid non est adeptus, quod homini fas esset optare?* Id. (32) *Nae tu* SI *id* FECISSES, *melius famae ... tuae* CONSULUISSES.

** IV. Eaedem tamen particulae indicativum non respuunt. Ter. (33) *Mirum,* NI *domi* EST. Cic. (34) *Ortum quidem amicitiae videtis,* NISI *quid ad haec forte* VULTIS. Ter. (35) SI *illum* RELINQUO, *ejus vitae timeo;* SIN OPITULOR, *hujus minas.* Cic. (36) SI *hortos* INSPEXERIS, DEDERIS *mihi, quod ad te scribam.*

* V. Adhaeret etiam particulis adversativis *etiamsi, quamvis, licet, ut* pro *quamvis, si* pro *quamvis, etsi, quanquam, tametsi.* Cic. (37)

(1) Eun. 2, 3, 10. (2) Ecl. 9, 30. (3) Att. 2, 22. (4) Divin. Verr. 13. (5) Heaut. 3, 1, 54 et Hecyr. 1, 2, 31. (6) Eun. 3, 2, 21. (7) Fam. 5, 21. (8) Phars. 1, 635. (9) Phars. 2, 309. (10) Pro Dejot. 7. (11) Fam. 5, 11. (12) Heroid. 1, 79. (13) Heroid. 2, 66. (14) Heroid. 2, 135. (15) Heroid. 7, 157. (16) Aen. 2, 104. (17) Met. 9, 489. (18) Trist. 1, 1, 58. (19) Carm. 2, 9. (20) Adelph. 4, 5, 66. (21) Andr. 2, 1, 13. (22) Andr. 5, 1, 8. (23) Aul. 2, 4, 31. (24) Georg. 4, 116. (25) Tusc. 5. 10. (26) Att. 8, 15. (27) De Cl. Orat. 19. (28) Adelph. 2, 1, 24. (29) Att. 7, 13. (30) Verr. act. 2, 2. 67. (31) De Amic. 3. (32) Phil. 2, 2, (33) Andr. 3, 4, 19. (34) De Amic. 9. (35) Andr. 1, 3, 5. (36) Att. 13, 1. (37) De Amic. 27.

Omnia brevia tolerabilia esse debent, ETIAMSI *magna* SINT. Id. (1) *Homines*, QUAMVIS *in turbidis rebus* SINT, *tamen... interdum animis relaxantur.* Id. (2) LICET *tibi*, *ut scribis*, SIGNIFICARIM, *ut ad me venires Dodona*, *tamen etc.* Id. (3) UT *summa* HABEREM *cetera*, *temporis quidem certe vix satis habui.* Ter. (4) *Redeam? non*, SI *me* OBSECRET. Cic. (5) *Erant multi, qui*, QUANQUAM *non ita se rem habere* ARBITRARENTUR, *tamen... libenter id*, *quod dixi*, *de illis oratoribus praedicarent.* Quintil. (6) *Caedi vero discentes*, QUANQUAM RECEPTUM SIT *et Chrysippus non* IMPROBET, *minime velim.*

** VI. *Etsi*, *tametsi*, *quanquam*, praesertim in principio sententiae, frequentius indicativo adhaerent; rarius *etiamsi* et *quamvis*. Cic. (7) ETSI VEREOR, *judices*, etc. Id. (8) TAMETSI *mihi nihil* FUIT *optatius.* Id. (9) QUANQUAM *gratiarum actionem a te non* DESIDERABAM, etc. Id. (10) *Innocens est quispiam, verumtamen* QUANQUAM ABEST *a culpa, suspicione tamen non caret.* Id. (11) *Praeposteros habes tabellarios:* ETSI *me quidem non* OFFENDUNT. Id. (12) *Illud tertium....* ETIAMSI OPUS EST, *tamen minus est necessarium.* Q. Cic. (13) ETIAMSI, *quod scribas*, *non* HABEBIS, *scribito tamen.* Virg. (14) QUAMVIS *solus avem caelo* DEJECIT *ab alto.* Horat. (15) QUAMVIS, *Scaeva*, *satis per te tibi* CONSULIS, etc. Colum. (16) QUAMVIS *doctissimi viri auctoritatem* REVEREBAR.

* VII. Conjunctivum etiam postulant particulae causales *ut*, *quo*, *ne*, *ne non.* Hanc constructionem conjunctivi cum particula *ut* amant verba petendi, ut *peto*, *posco*, *postulo*, *flagito*, *efflagito*, *exigo.* Instandi; ut *insto*, *insisto*, *contendo*, *urgeo.* Precandi, ut *precor*, *oro*, *exoro*, *rogo*, *imploro*, *obsecro*, *obtestor.* Impetrandi, ut *impetro*, *consequor*, *assequor.* Suadendi, ut *suadeo, hortor*, *moneo* cum compositis et contraria, ut *dehortor*, etc. Imperandi, ut *impero*, *mando*, *praecipio*, *negotium do*, *sancio*, *edico.* Permittendi, ut *permitto*, *sino*, *concedo*, etc. Faciendi, ut *facio*, *ago*, *curo*, *operam do.* Cic. (17) *Cura ergo potissimum* UT VALEAS. Id. (18) *Omnia tibi* UT *nota* SINT, *faciam.* Verba quoque conandi, ut *contendo*, *nitor*, *laboro*, *elaboro*, frequenter cum *ut* particula usurpantur; *volo* saepius, *exopto* rarius, *opto* fere semper.

* VIII. Verba quae eventum significant ut *accidit*, *contingit*, *evenit*, *usuvenit*, et alia. Cic. (19) ACCIDIT,... UT *illo itinere* VENIRET *Lampsacum.* Id. (20) *Si ei* CONTIGISSET, UT *te ante* VIDERET, *quam e vita discederet.* Id. (21) *Forte* EVENIT, UT *in Privernati* ESSEMUS. Id. (22) *Ex eo credo quibusdam* USUVENIRE, UT ABHORREANT *a latinis.*

* IX. Conjunctivus cum particula *ut* saepissime ponitur post voces *adeo*, *ita*, *sic*, *talis*, *tantus*, *tot*, *tam* et alias ejusdem significationis. Cic. (23) ADEO *ne hospes hujusce urbis (es)...* UT *haec* NESCIAS? Id. (24) *Non sum* ITA *hebes*, UT *istuc* DICAM. Id. (25) *Quae cum viderem* TOT *vestigiis*

(1) Phil. 2, 16. (2) Att. 3, 12. (3) Pro Quint. 1. (4) Eun. 1, 1, 4. (5) De Orat. 2, 1. (6) Inst. 1, 3. (7) Pro Mil. 1. (8) Fam. 1, 5. (9) Fam. 10. 19. (10) Pro Rosc. Am. 20. (11) Fam. 15, 17. (12) De Orat. 2, 10. (13) Ap. Cic. Fam. 16, 26. (14) Aen. 5, 542. (15) Epist. 1, 17, 1. (16) R. R. 9, 6. (17) Fam. 16, 1. (18) Fam. 5, 19. (19) Verr. act. 2, 1, 24. (20) Fam. 2, 2. (21) De Orat. 2, 55. (22) De Fin. 1, 3. (23) Pro C. Rab. 10. (24) Tusc. 1, 6. (25) Fam. 5, 20.

impressa, UT *in his errari non* POSSET, *non adscripsi id*, *quod tua nihil referebat*. Id. (1) *Nec cum id faciebamus*, TAM *eramus amentes*, UT *explorata nobis* ESSET *victoria*.

**X. Conjunctivum etiam postulant *vereor*, *timeo*, *metuo*, cum *ut* aut *ne* sed contraria fere significatione. *Vereor ut* de his, quae vellemus fieri, sed ne spe frustremur, metuimus; *vereor ne* de his, quae nollemus fieri, sed ne fiant extimescimus. Ter. (2) *At* VEREOR, UT *placari* POSSIT. Id. (3) *Heu* VEREOR, NE *quid Andria* APPORTET *mali*. Cic. (4) *Ipse profecto* METUERE *incipies*, NE *alicui periculum* FACESSERIS. Id. (5) TIMEBAM, NE EVENIRENT *ea*, *quae acciderunt*.

**XI. *Ne non* idem est, quod *ut*. Cic. (6) *Si manent*, VEREOR, NE *exercitum firmum habere* NON POSSIT. Id. (7) TIMEO, NE NON IMPETREM.

**XII. Si tertiam addideris negationem, te omni metu liberum significabis. Cic. (8) NON VEREOR, NE *hoc officium meum P. Servilio judici* NON PROBEM, hoc est, *non dubito quin hoc officium meum P. Servilio sim probaturus*.

XIII. Conjunctivum etiam postulat *quum* seu *cum*, si causam significet. Quoniam vero hic usus conjunctivi non mediocriter torquere solet latinae linguae tirones, fusius exponemus primo quidem quo pacto reddatur italice conjunctivus, accedente particula *cum;* deinde vero quomodo gerundia italica temporibus conjunctivi latini respondeant.

XIV. [Vernacula idiomata non eandem apud omnes nationes temporum rationem servant. Itali enim, ut alios omittamus, imperfectum quidem conjunctivi, nisi alia adjungatur particula, imperfecto fere reddunt: exempli gratia *laetus essem*, si te bene valere audirem; *sarei* allegro, se intendessi che tu stai bene.]

XV. [Verum accedente particula *cum* variis modis efferunt; interdum enim utuntur particula *conciossiachè* aut *siccome quegli che, poichè, giacchè, avvegnachè*, et similibus: *cum sis* vir bonus, neminem esse improbum suspicaris: *conciossiachè* tu *sii* buono, non pensi che alcuno sia cattivo: aut sic, *perciocchè* vel *poichè* tu *sei* buono, ecc.]

XVI. [Saepius tamen vel per gerundium italicum tantum vel per gerundium cum verbo vel per gerundium simul et participium, nonnunquam etiam per solum participium redditur.]

XVII. [Per gerundium tantum, *cum essem* Romae, accepi fasciculum tuarum literarum: *essendo* io in Roma, ricevetti un plico di tue lettere: *cum* te pater unice *diligat*, illum aversari non debes; *amandoti* tuo padre, siccome figliuolo unico, non gli dei portare avversione: patrem tuum odisse non debebas, *cum* ille te unice *diligeret;* non dovevi odiar tuo padre, *amandoti* egli singolarmente.]

XVIII. [Per gerundium et verbum sic: tandem miserandum in modum animam efflavit, *cum* quatuor ipsos annos omnibus membris captus *jacuisset* in lecto; spirò alla fine miserabilmente, *essendo che* quattro anni interi tutto storpiato *era giaciuto* in letto.]

(1) Fam. 6, 1. (2) Phorm. 5, 8, 72. (3) Andr. 1, 1, 46. (4) Divin. Verr. 14. (5) Fam. 6, 21. (6) Att. 7, 12. (7) Att. 9. 6. (8) Verr. act. 2, 4, 38.

XIX. [Per gerundium et participium: ut nunquam ad me scribis, *cum* ad te saepissime longissimas literas *dederim*: tu non mi scrivi mai, *avendoti* io *scritto* spessissime volte lettere lunghissime: cum esses Romae, ne unam quidem literam ad me misisti, *cum* ad te saepenumero *scripsissem*; quando eri in Roma, non mi scrivesti nè pure una parola, *avendoti* io spesse volte *scritto*.]

XX. [Per solum participium convertitur: ut *cum* ex Africa frater tuus *discessisset*, allatae regis lusitani sunt literae, quibus eum nusquam discedere jubebat; *partitosi* tuo fratello d'Africa, vennero lettere del re di Portogallo, nelle quali comandava che egli non partisse per verun luogo.]

XXI. [Gerundio italico latine reddendo laborant saepe pueri nec raro falluntur: nam quando praesenti aut imperfecto, quando perfecto aut plusquam perfecto tempore conjunctivi utendum sit, non facile intelligunt. Quocirca hoc loco animadvertendum est duas esse gerundiorum formas vulgari sermone, quae solent rudibus negotium facessere: vel enim simplex gerundium est, quod italice in verbis, quae non significant passionem, unica voce exprimitur: ut *essendo io, scrivendo io*: ac tum per praesens vel imperfectum conjunctivi latine redditur *cum sim* vel *essem*, *cum scribam* vel *scriberem*. Vel est gerundium et participium praeteriti temporis, quod verbis, quae passionem non significent, italice duabus tantum vocibus exprimitur; ut *essendo io stato, avendo io scritto*: et tunc praeterito perfecto vel plusquam perfecto ejusdem modi Latinorum respondet *cum fuerim* vel *fuissem*, *cum scripserim* vel *scripsissem*.]

XXII. [Praesens autem ab imperfecto et perfectum a plusquam perfecto distinguet verbum, quod gerundio conjungitur: nam si praesentis temporis aut futuri indicativi aut imperfecti conjunctivi fuerit verbum, gerundium illud erit praesentis temporis: mi maraviglio come tu non *faccia profitto* nell'eloquenza, *leggendo* tanto diligentemente Cicerone; miror cur nihil *proficias* ad eloquentiam, *cum* Ciceronem tam studiose *legas*: *essendo* qui gran fame, molti *andranno* ad abitare altrove; *cum* hic fame magnopere *laboretur*, multi alio *commigrabunt*: *essendo* tu persona onorata, non *dovresti* far cosa che ad un gentiluomo non convenga; *cum sis* honesto loco natus, non *deberes* quidquam facere, quod nobilem virum non deceat.]

XXIII. [Sin verbum gerundio junctum praeteriti sive imperfecti sive perfecti sive plusquam perfecti temporis fuerit, gerundium erit imperfecti conjunctivi modi: *studiando* io gli elementi, *imparava* a mente assai cose; *cum* rudimentis *studerem*, multa *ediscebam*: *ritrovandomi* io in Atene, *imparai* il greco; *cum essem* Athenis, graecas literas *didici*: *strapazzando* mio fratello gli studii di filosofia, io *aveva scorsi* molti volumi di legge civile; *cum* meus frater philosophiae studia negligenter *tractaret*, ego *percurreram* multa juris civilis volumina.]

XXIV. [Verum praeteritum perfectum duplex est, alterum *remotum* sive *infinitum*, quod in verbis, quae non significant passionem, italice unica voce exprimitur *caddi*, *feci*, *amai*; et tunc gerundium huic adjunctum per vocem imperfecti semper exponitur: *amai* per qualche tempo lo studio delle lettere, *pensando* di esser per quelle grandemente stimato; *amavi* aliquandiu literarum

studia *cum* ob illa me magni pendi *existimarem*. Alterum praeteritum est *propinquum* seu *definitum*, quod in verbis, quae non significent passionem, duabus italice vocibus exprimitur *sono caduto*, *ho fatto*, *ho amato;* et tunc gerundium huic adjunctum per vocem praesentis frequentius exponitur ; *leggendo* spesse volte Cicerone, *ho imparata* la lingua latina; *cum* Ciceronem frequenter *legam*, linguam latinam *didici; mandandoti* frequenti lettere, *ho giudicato* doverti avvisare di molte cose; *cum* crebras ad te literas *mittam*, de multis te commonefaciendum *existimavi*. Interdum etiam per vocem imperfecti; *venendo* costà mio fratello, non *ho potuto* fare di non mandarti per esso qualche lettera: *cum* frater meus istuc *proficisceretur*, non *potui* ei nihil ad te literarum dare.]

XXV. [Eadem ratione perfectum a plusquam perfecto dignoscetur; nam si verbum, quod gerundio subditur, fuerit praesentis aut praeteriti perfecti propinqui vel definiti aut futuri indicativi sive etiam imperfecti conjunctivi, gerundium illud participio junctum praeteriti perfecti temporis erit: non mi maraviglio che così tardi ti *riabbi*, *essendo stato* tanto tempo *malato*; non miror te tam lente *convalescere*, *cum* tamdiu *aegrotaveris*: *sono caduto* questo mese in una gravissima malattia, non *essendo* per lo addietro mai *stato ammalato;* gravissimum in morbum hoc mense *incidi*, *cum* antea *aegrotaverim* nunquam: ciascuno ti *reputerà* ornato di una singolar dottrina, *avendo* tu *letto* tanti nobili scrittori: quisque te singulari quadam doctrina praeditum *existimabit*, *cum* tot nobilissimorum scriptorum volumina *perlegeris: avendo* io *faticato* lungo tempo, volentieri mi *riposerei*, se mi si concedesse; *cum* diu *laboraverim*, libenter *quiescerem*, si mihi potestas fieret.]

XXVI. [Plusquam perfecti vero temporis erit gerundium, si adjunctum sibi habeat verbum temporis imperfecti aut perfecti remoti (quod unica voce vulgo effertur) aut etiam plusquam perfecti: *avendo* da gran tempo *tenuto* per certo, che tu mi avessi assai caro, non *pensava* vel non *pensai* vel *non avrei mai pensato* di aver bisogno appresso te di raccomandazione; *cum* jamdudum pro certo *habuissem* me tibi esse carissimum, commendatione me egere apud te nunquam *existimabam*, etc.]

XXVII. [Non negarim alias praeterea formas esse per gerundium loquendi, quas omnes persequi longum sit; satis habuimus illas potissimum attingere, quae omnium frequentissime in sermonem videntur incidere: ceteras, siquae occurrunt, poterit magister ipse facili negotio discipulis tradere.]

XXVIII. [Conjunctivus adjungitur saepissime pronominibus infinitis *quis* vel *qui*, *quisnam*, *uter*, *quantus*, *qualis* et aliis; itemque adverbiis infinitis *num*, *numquid*, *an*, *utrum*, *ne*; *ubi*, *quo*, *qua*, *quorsum*, *unde*, *utrobi*, *cur*, *quare*, *quamobrem*, *quapropter*, *cur non*, *quidni*, *quin*, *quominus*, *quando*, *quoad*, *quousque*, *quamdiu*, *quantum*, *quoties*, *quomodo*, *qui*, *qualiter quam*, *quantopere* et aliis, cum ponuntur post verba, *audio*, *video*, *intelligo*, *scio*, *nescio*, ut *nescio*, *cur* VENERIT; *nescio*, *an* REDIERIT.]

**XXIX. [Verumtamen *nescio quis* vel *qui* cum usurpatur pro *aliquis* indicativum postulat. Virg. (1) NESCIO QUIS *teneros oculos mihi* FASCINAT *agnos*. Ter. (2) NESCIO QUI *senex modo* VENIT.]

(1) Ecl. 3, 103. (2) Andr. 5, 2, 14.

** XXX. Sunt multa verba, quibus addi potest vel coniunctivus cum particulis, vel infinitus; ut *prohibeo, cogo, veto, adigo* et alia usu noscenda. Cic. (1) *Daturus es huic crimini, quod et potuisti prohibere,* NE FIERET, *et debuisti?* Id. (2) *Hiemem credo adhuc prohibuisse,* QUOMINUS *de te certum* HABEREMUS, *quid ageres.* Ter. (3) *Vi coepi cogere* UT REDIRET. Cic. (4) *Lex peregrinum vetat in murum* ASCENDERE. Id. (5) *Acta agimus, quod vetamur veteri proverbio*; hic intelligitur *agere.*

**XXXI. *Jubeo* perquam raro sequitur conjunctivus. Macrob. (6) *Hercules facturus sacrum.... Potitio ac Pinario sacrorum custodibus iussit,* NE *mulierem interesse* PERMITTERENT. Malim infinito uti, vel expresso, ut Cic. (7) *Ita porro te sine cura* ESSE (Caesar) *jussit, ut mihi quidem dubitationem omnem tolleret.* Id. (8) *Jubes eum bene* SPERARE *et bono* ESSE *animo.* Vel tacito, ut Plaut. (9) *Si respexis, donicum ego te* JUSSERO; ubi intelligitur *respicere.* Cic. (10) *Literas ad te a M. Lepido, non quae te aliquid* JUBERENT (nempe *facere*).... *sumpsimus.*

**XXXII. *Antequam* et *priusquam; postquam* et *posteaquam; quod, quia* et *quoniam* indicativo vel coniunctivo iunguntur. Cic. (11) *Antequam pro L. Muraena dicere* INSTITUO *pro me ipso pauca dicam.* Id. (12) *Antequam de republica, patres conscripti,* DICAM *ea, quae dicenda hoc tempore arbitror,* etc. Ter. (13) *Omnia experiri certum est, priusquam* PEREO. Cic. (14) *Priusquam de republica dicere* INCIPIO, *pauca querar de hesterna M. Antonii injuria.* Id. (15) *Praeclare vixero, si quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali* VIDERO Sallust. (16) *Priusquam* INCIPIAS, *consulto, et ubi consulueris, mature facto opus est.* Cic. (17) POSTEAQUAM *et sedem et aram et nomen invenit, obmutuit?* Cic. (18) *Fecisti mihi pergratum,* QUOD *Serapionis librum ad me* MISISTI. Id. (19) *Utinam illum diem videam, cum tibi agam gratias,* QUOD *me vivere* COEGISTI. Id. (20) *Qui* (Cato) *mirari se ajebat,* QUOD *non* RIDERET *haruspex, haruspicem cum vidisset.* Id. (21) *Sed quia natura mutari non* POTEST, *idcirco verae amicitiae sempiternae sunt.* Id. (22) *Recordatione nostrae amicitiae sic fruor, ut beate vixisse videar, quia cum Scipione* VIXERIM. Id. (23) *Quarta autem est urbs quae, quia postrema* AEDIFICATA EST, *Neapolis nominatur.* Id. (24) *Neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor* SIT, *amet.* Cic. (25) QUONIAM *ita tu* VIS, *nimium me gratum esse concedam.* Adverte tamen haec et alia plurima adverbia quae in oratione recta indicativum admittunt, in oratione obliqua et subjuncta conjunctivum postulare.

**XXXIII. [Conjunctivi praesenti vel perfecto non raro utuntur scriptores in imperando vel suadendo. Cic. (26) *Atticae, quoniam, quod optimum in pueris est, hilarula est, meis verbis salutem* DES. Ter. (27) *Si certum est facere,*

(1) Divin. Verr. 10. (2) Fam. 12, 5. (3) Hecyr. 2, 2, 26. (4) De Orat. 2, 24. (5) De Amic. 22. (6) Saturn. 1, 12. (7) Att. 12. 5. (8) Pro Dejot. 14. (9) Aulul. 1, 1, 19. (10) Fam. 13, 25. (11) Pro Mur. 1. (12) Phil. 1, 1. (13) Andr. 2, 1, 14. (14) Phil. 1, 4. (15) Pro Mil. 36. (16) Catil. 1. (17) De Divin. 2, 32. (18) Att. 2, 4. (19) Att. 3, 3. (20) De Divin. 2, 24. (21) De Amic. 9. (22) De Amic. 4. (23) Verr. act. 2, 4, 53. (24) De Fin. 1, 10. (25) Pro Planc. 33. (26) Att. 16, 11. (27) Eun. 2, 3, 96.

FACIAS: *verum* NE *post* CONFERAS *culpam in me.* Ubi Donat. *facias*, inquit, pro *facito*. Ter. (1) *Potes nunc, dum animus irritatus est.* Dav. QUIESCAS. Quo loco Donat. *Quiescas* inquit, *pro quiesce, aut deest volo, aut facito;* idest *volo quiescas*, vel *facito quiescas.* Cic. (2) *Tu illi* (Piliae) *nihil* DIXERIS. Id. (3) *Sed si quis est, in quo jam offenderis, de quo aliquid senseris: huic nihil* CREDIDERIS, *nullam partem existimationis tuae* COMMISERIS. Sic etiam, cum prohibemus, *ne feceris, ne dixeris.* Liv. (4) NE *tot annorum felicitatem in unius horae* DEDERIS *discrimen.* Juvenal. (5) *Graeculus esuriens in caelum,* JUSSERIS, *ibit.* Cic. (6) RECESSERIS; *undique omnes insequentur;* MANSERIS. *haerebis.* Horat. (7) MERSES *profundo; pulcrior evenit.* Cic. (8) *Quam sibi conveniat, ipse* VIDERIT: esso sel vegga. Id. (9) *Quam id recte faciam,* VIDERINT *sapientes.* Liv. (10) *I, lictor, deme vincula Romanis;* MORATUS SIT *nemo, quo minus, ubi visum fuerit, abeant.*]

** XXXIV. [Hunc usum conjunctivi praesentis amant potissimum verba, quae imperativo carent, ut *possum* et *volo*. Horat. (11) POSSIS *nihil urbe Roma visere majus.* Hinc etiam illa solemnis formula apud Romanos VELITIS JUBEATIS, *Quirites*, etc.]

** XXXV. [Eleganter etiam conjunctivus permissionem sive concessionem significat; et ita usurpatur, cum *quae nequaquam volumus fieri, verbo velut fiant concedimus, ut pertinaciam contendendi evitemus,* ut ait Diomedes (12). Ejus usus in secundis tertiisque personis potissimum cernitur. Cic. (13) SIT *fur,* SIT *sacrilegus;* idest per me licet sit sacrilegus: esto, sit sacrilegus; sia egli pure sacrilego. Id. (14) *Haec si vobis non probamus,* SINT *falsa sane: invidiosa certe non sunt.* Id. (15) PEREANT *amici, dum una inimici intercidant.* Ter. (16) PROFUNDAT, PERDAT, PEREAT, *nihil ad me attinet:* spenda pur egli, rovini pure ecc. Cic. (17) *Malus civis, improbus consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit;* FECERIT *aliis: tibi quando esse coepit?* idest esto, concedo fuisse aliis. Liv. (18) *Sed* FUERIMUS *omnes.* Virg. (19) *Verum anceps pugnae fuerat fortuna;* FUISSET.]

**XXXVI. [Elegans in primis est conjunctivi usus ad significandam potentiam sive (ut Priscianus (20) loquitur) *possibilitatem:* quare verbo *possum* fere explicari solet; non raro tamen verbis *debeo* aut *volo* prout loci sententia postulat.]

**XXXVII. [Conjunctivus significatione potentiali fere usurpatur cum interrogatione, et ad majorem emphasim saepe adduntur particulae *ut, an, ne.*]

**XXXVIII. [Praesentis exempla. Plaut. (21) *Vir ego tuus* SIM? che io possa essere tuo marito? Ter. (22) *Hic vir* SIT *bonus?* Crass. (23) *Ego te consulem* PUTEM, *quum tu me non putes senatorem?* idest *putare debeam?* che io ti debba tener per console? Virg. (24) *Et quisquam numen Junonis* ADORET *Praeterea?* idest *adorare velit?* e vorrà alcuno adorare? Cic. (25) *Te* UT

(1) Andr. 3. 4, 18. (2) Att. 5, 11. (3) Ad. Q. F. 1, 1, 4. (4) Hist. 30, 30. (5) Sat. 3, 78. (6) Phil. 13, 11. (7) Od. 4, 4, 65. (8) Tusc. 5, 11. (9) De Amic. 3. (10) Hist. 9, 8. (11) Carm. Saec. (12) L. 1, 390, Putsch. (13) Verr. act. 2, 5, 1. (14) Acad. 4, 32. (15) Pro Dejot. 9. (16) Adelph. 1, 2, 54. (17) Verr. act. 2, 1, 14. (18) Hist. 4, 354. (19) Aen. 4, 603. (20) L. 18, 1145, Putsch. (21) Amph. 2, 2, 181. (22) Andr. 5, 4, 12. (23) Ap. Quintil. in Phil. 8, 3. (24) Aen. 1, 48. (25) Catil. 1, 9.

*

ulla res FRANGAT? *tu UT unquam te* CORRIGAS? possibile che niuna cosa possa domarti? etc. Ter. (1) TUNE *impune hoc* FACIAS? Virg. (2) ELOQUAR, AN SILEAM? idest *eloqui, an silere debeo?*]

XXXIX. [Praeteriti imperfecti exempla. Cic. (3) ***Tu denique, Labiene, quid* FACERES ***tali in re, ac tempore?*** che faresti, vel che potevi tu fare? Ter. (4) DICERET: *quid feci?* direbbe, vel potrebbe dire. Sallust. (5) ***Sed confecto praelio, tum vero*** CERNERES, ***quanta audacia quantaque animi vis fuisset in exercitu Catilinae;*** allora sì che vedresti, vel potresti vedere. Virg. (6) ***At tu dictis, Albane,*** MANERES; idest *manere deberes:* dovresti attener la promessa. Id. (7) ***Quem socium exanimem vates, quod corpus humandum***-DICERET, volesse dire.]

XL. [Praeteriti perfecti exempla. Plaut. (8) ***Tun' mecum* FUERIS? che tu abbi potuto esser meco? Horat. (9) ***Impune ut urbem nomine*** IMPLERIS ***meo?*** idest ***implere potueris?*** Virg. (10) ***Unus homo... tantas strages impune per urbem***-EDIDERIT? ***juvenum primos tot*** MISERIT ***Orco?*** idest ***edere, mittere potuerit?*** Id. (11) OCCIDERIT ***ferro Priamus? Troja*** ARSERIT ***igni?*** idest ***aequum ne fuit,*** aut ***debuit occidere?*** Cic. (12) ***Cinna... praecidi caput jussit... M. Antonii omnium eloquentissimi, quos ego*** AUDIERIM; idest ***audire potui.***]

XLI. [Plusquam perfecti exempla. Virg. (13) ***Faces in castra* TULISSEM-IMPLESSEMQUE ***foros flammis,*** idest ***foros implere potuissem,*** aut ***debuissem.*** Cic. (14) ***An si unquam in me vitae cupiditas fuisset, ego... omnium parricidarum tela*** COMMOSSEM? idest ***commovere debuissem,*** vel ***voluissem?***]

XLII. [Quandoque et sine interrogatione usurpatur. Quintil. (15) FRANGAS ***citius quam* CORRIGAS, ***quae in pravum induruerunt:*** idest ***frangere possis.*** Id (16) VIDEAS ***plerosque ira percitos;*** vedrai vel potrai vedere la maggior parte commossi da collera. Cic. (17) ***De jure vero civili si quis novi quid instituerit, is non omnia quae ante acta sunt, rata esse*** PATIATUR; idest ***pati non debet.*** Ita apud Prisc. (18) licet vulgo aliter legatur.]

§. 154. *De modo imperativo*

* I. [Modus hic a grammaticis ab *imperando* potissimum nomen accepit; quamvis eo modo etiam prohibeamus, precemur, hortemur, misericordiam imploremus et mandata legesque demus.]

** II. [Duo habet tempora, *praesens,* qui proprie *imperativus* est modus; et *futurum,* quem Diom. (19) *modum mandativum* appellat: *Quoniam,* inquit, *praesenti tempore imperare solemus, ut fiat, in futurum vero magis mandare.* Sic Front. (20) VIDETE, inquit, *imperat,* VIDETOTE *mandat.* Dicitur et *modus legitimus*, quia illo praecepta legesque damus. Quanquam haec tempora saepe reciprocantur et alterum pro altero ponitur. Q. Cic. (21) CURA, ***ut tui cupidi sint,*** ELABORATO, APPETITO. Legum latores tamen in legibus

(1) Andr. 5, 4, 7. (2) Aen. 3, 39. (3) Pro C. Rab. 8. (4) Andr. 1, 1, 111. (5) Catil. 61. (6) Aen. 8, 643. (7) Aen. 6, 161. (8) Amph. 2, 2, 186. (9) Epod. 17. 59. (10) Aen. 8, 783. (11) Aen. 2, 581. (12) Tusc. 5, 19. (13) Aen. 4, 654. (14) Pro Planc. 37. (15) Inst. 1, 3. (16) Inst. 6, 5. (17) Verr. act. 2, 1, 42. (18) L. 8, 1153, Putsch. (19) Li2. 1, p. 330, Putsch. (20) De diff. verb, p. 2197, Putsch. (21) De Petit. Cons. 7; vide et Virg. Ecl. 9, 23, et seq.

futurum semper usurpant, ut videre est apud Ciceronem (1). Sic Cato et Columella, cum rei rusticae leges tradunt.]

**III. [Utuntur scriptores interdum etiam futuro indicativi ad imperium significandum. Cic. (2) *Sed* VALEBIS *meaque negotia* VIDEBIS, *meque Diis juvantibus ante brumam* EXPECTABIS. Id. (3) VALEBIS *igitur meque, ut a puero fecisti*, AMABIS. Virg. (4) REFERES *ergo haec et nuntius* IBIS *- Pelidae genitori: illi mea tristia facta - Degeneremque Neoptolemum narrare* MEMENTO.]

**IV. [Utuntur scriptores et praesenti vel perfecto conjunctivi in imperando, ut diximus §. 153, XXXIII.]

**V. [Futurum seu modum mandativum voce patiendi haud ita facile reperies: ejus autem generis sunt illa. Ter. (5) *De te* LARGITOR *puer*. Plaut. (6) *Si placebit*, UTITOR *consilium*. Cic. (7) *Praetores, judices, consules* APPELLANTOR.]

**VI. [Praeterito modus hic caret; quia, ut ait Varr. (8) *Perfectum nemo imperat*. Graeci tamen habent imperativa praeteriti temporis: sed, ut ait Prisc. (9), ipsa quoque ad futuri temporis sensum pertinent: ut si apud Latinos participium praeteriti cum imperativo miscens dicas; *clausa sit janua*, videris imperare in futuro praeteritum; imperas enim, ut statim janua claudatur, deinde sit clausa: quo fortasse et illa Latinorum spectant, *parata sint omnia, haec dicta sint Patribus, positum sit illud, id mihi in incerto relictum sit*.]

**VII. [Primis quoque personis singularis numeri modus hic caret, sibi enim nemo imperat, nisi ut alteri personae: Virg. (10) INSERE *nunc, Meliboee, pyros*, PONE *ordine vites*, ubi se ipse alloquitur Meliboeus.]

DE CONSTRUCTIONE MODI PARTICIPIALIS

§. 155. *De infinito*

I. Verba infinita ante se accusativum, post se eosdem casus postulant, quos finita. Cic. (11) *Vidi* NOSTROS AMICOS *cupere bellum*. Id. (12) *Malo* TE *paulo post* VALENTEM, *quam statim* IMBECILLUM *videre*. Id. (13) *Quod scribis* TE *a Caesare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo*. Id. (14) *Vellem a principio* TE *audisse amicissime* MONENTEM.

II. *Amphibolia*, ut ait Quintil. (15) *accusativi geminatione facta, solvitur ablativo, ut illud: Lachetem audivi percussisse Demeam, fiat: a Lachete percussum Demeam*. Si vero passivum a verbo formari nequeat, solvitur mutatione verborum; ut vidi *canem* insectari *lupum*, dic: *a cane lupum* exagitari.

III. Quae verba in modis finitis utrinque rectum habent, eorum infinita utrinque accusativum postulant. Cic. (16) *Vehementer confidit his meis literis* SE *apud te* GRATIOSUM FORE.

IV. Quod si res ad nominativum praecedentis verbi pertineat, ante se nihil, post se autem nominativum postulant. Ter. (17) *Meditor esse* AFFABILIS.

(1) De Leg. 1 et 3. (2) Fam. 7, 20. (3) Fam. 15, 18. (4) Aen. 2, 547. (5) Adelph. 5, 8, 17. (6) Epid. 2, 2, 78. (7) De Leg. 3, 3. (8) De L. L. 8, 58. (9) Lib. 8, p. 806. Putsch. (10) Ecl. 1, 74. (11) Fam. 9, 6. (12) Fam. 16, 5. (13) Ad Q. Fr. 3, 1, 3. (14) Att. 7, 1. (15) Inst. 7, 9. (16) Fam. 1, 3. (17) Adelph. 5, 6, 8.

Cic. (1) *Nolo esse* LONGUS. Id. (2) *Malim videri nimis* TIMIDUS, *quam parum* PRUDENS.

*V. Id fit saepissime, sed praesertim cum infinita verborum personalium adjunguntur verbis *soleo*, *incipio*, *debeo*, *coepi*, *desino*, *possum*, quae dicuntur *servilia*, et similibus *queo*, *nequeo*. Cic. (3) *Qui* MENTIRI *solet*, PEJERARE *consuevit*. Id. (4) *Huic incipio sententiae* DIFFIDERE. Id. (5) *Cum essemus ejusmodi, quod vel* PUERI *sentire* POTERAMUS, etc. Id. (6) POSSUM *nominare ex agro sabino rusticos romanos*. Virg. (7) SOLET *esse gravis cantantibus* UMBRA. Cic. (8) *Cum jam pontem Milvium magno comitatu* LEGATI *Allobrogum ingredi* INCIPERENT, ... *fit in eos impetus*. Id. (9) QUI (Zeuxis) *verissimum pulcritudinis habere judicium* DEBUISSET. Sallust. (10) COEPERE *se* QUISQUE *extollere*. Ter. (11) DESINE *deos*, UXOR, *gratulando obtundere*. Quae verba propterea *famularia* dicuntur sive *servilia*, quod verbis impersonalibus impersonaliter, personalibus porsonaliter adhaereant et quasi famulentur.

*VI. Item cum adjunguntur aut verbo *videor*, cum opinationem significat, aut vocativis *appellor*, *vocor*, *nuncupor*, *nominor*, *dicor*; aut verbis *habeor, putor, aestimor, existimor, judicor, trador*, *perhibeor*, *feror*, *credor*, et si qua sunt alia. Cic. (12) AMENS *mihi* FUISSE *videor*. Id. (13) *Videor hanc mihi urbem* VIDERE ... *subito uno incendio concidentem*. Ter. (14) AUDIRE *vocem visa sum modo militis*. Cic. (15) *Nescio quid* CONTURBATUS ESSE *videris*. Ter. (16) SUBTRISTIS *visus est* ESSE *aliquantulum mihi*. Cic. (17) NOS VIRI FORTES SATISFACERE *reipublicae videmur*, *si istius furorem ac tela vitemus*. Id. (18) VOS *ne populo romano* DEESSE-*videamini*, *providete*. Liv. (19) *Nae tibi P. Corneli* ... LUDUS *et* JOCUS FUISSE HISPANIAE TUAE *videbuntur*. Cic. (20) SEPTEM *fuisse dicuntur uno tempore*, QUI SAPIENTES *et haberentur et vocarentur*. Cic. (21) AEGROTATIONES MORBIQUE *animorum difficilius evelli posse putantur*. Id. (22) THERMUS *cum Silano contendere existimatur*. Id. (23) UNUS HOMO PLURES *esse* HOMINES *judicarentur*. Id. (24) QUI (Aristides) UNUS *omnium* JUSTISSIMUS *fuisse traditur*. Virg. (25) *Quam* JUNO *fertur terris magis omnibus unam-Posthabita coluisse Samo*. Haec omnia verba personaliter usurpanda sunt.

*VII. Tertio cum adjunguntur verbis, quibus voluntatis prosecutio significatur, ut *volo*, *malo*, *cupio*, *aveo*, *appeto*, *expeto*, *exopto*, *gestio*, *affecto*, *audeo*. Aut contra voluntatis fuga, ut *nolo*, *recuso*, *respuo*, *fastidio*, *horreo*, *erubesco*, *verecundor*. Et verbis incipiendi, ut *incipio*, *aggredior*, *ordior*, *exordior*, *adorior*, *ingredior*, *instituo* pro incipio. Perseverandi, ut *persevero*, *persto*, *persisto*, *pergo*, idest persevero, *consuesco*. Aut contra desinendi, ut *desino*, *absisto*, *mitto*, *omitto*, *cesso* pro desino. Verbis item conandi, ut *conor*, *nitor*, *laboro*, *molior*, *studeo*, *contendo* idest conor et his similibus, *cogito*, *meditor*, *disco*. Recordandi, ut *me-*

(1) De N. D. 1, 36. (2) Pro Marcell. 7. (3) Pro Ros. Com. 16. (4) Tusc. 5, 1. (5) De Orat. 2, 1. (6) De Sen. 7. (7) Ecl. 10, 75. (8) Catil. 3, 2. (9) De Invent. 2, 1. (10) Catil. 7. (11) Heaut. 5, 1, 6. (12) Att. 9, 10. (13) Catil. 4, 6. (14) Eun. 3, 2, 1. (15) Phil. 2, 14. (16) Andr. 2, 6, 16. (17) Catil. 1, 1. (18) Catil. 4, 8. (19) Hist. 28, 42. (20) De Orat. 3, 34. (21) Tusc. 4, 14. (22) Att. 1, . (23) Pro Caecin, 22. (24) Pro Sext. 67. (25) Aen. 1, 15.

mini, recordor, reminiscor: aut contra, ut *obliviscor.* Aliis etiam, ut festinandi aut morandi, *propero, maturo, moror, supersedeo,* etc. Aut quae animi decretum significant, ut *statuo, decerno* et aliis.

*VIII. Verumtamen infinita verborum personalium adjuncta verbis, quibus voluntatis prosecutio vel fuga significatur, aut aliis etiam, ante se accusativum non respuunt. Quare si accusativus antecessit, et sequatur necesse est. Cic. (1) *Cupio* ME *esse* CLEMENTEM. Id. (2) *Astutiae tollendae sunt, eaque malitia, quae vult illa quidem videri* SE *esse* PRUDENTIAM.

**IX. *Esse* et alia infinita verborum personalium, quae utrinque rectum habent, si adjungantur verbo *licet*, aut aliis quae dativum postulant, ante se nihil, post se latino more accusativum, graeco more dativum admittunt. Cic. (3) *Licuit* OTIOSO *esse Themistocli, licuit Epaminondae.* Id. (4) *Quo in genere mihi* NEGLIGENTI *esse non licet.* Id. (5) *Civi romano licet esse* GADITANUM. Cic. (6) *In qua* (Italia) *nos sedentes, quid erimus? Nam* MEDIOS *esse jam non licebit.* Ter (7) *Nam expedit* BONAS *esse vobis.* Id. (8) *Nostrapte culpa facimus, ut* MALOS *expediat esse.* Quintil. (9) *Cui esse* DISERTO *vacet?* Liv. (10) *Vobis necesse est* FORTIBUS VIRIS *esse.* Horat. (11) MEDIOCRIBUS *esse poëtis - Non homines, non di, non concessere columnae.* Ovid. (12) *Vobis* IMMUNIBUS *hujus - Esse mali dabitur.* Simile est illud Valer. (13) *Sylla*...CHLAMYDATO *sibi et* CREPIDATO *Neapoli ambulare deforme non duxit.* Id (14) MAXIMO *tibi postea et* CIVI *et* DUCI *evadere contigit.*

**X. Pleraque verba, quibus necessario praeeunt accusativi pronominum personalium, nominativus interdum apud poëtas post infinitum sequitur, graecorum more, cum in eadem persona subsistit oratio; idque potissimum fit in verbo substantivo. Lucan (15) *Tutumque putavit - Jam* BONUS *esse* SOCER. Catull. (16) *Phaselus ille, quem videtis hospites, Ait fuisse navium* CELERRIMUS. Ovid. (17) *Sed enim quia rettulit Ajax - Esse Jovis* PRONEPOS, *nostri quoque sanguinis auctor - Jupiter est.* Horat. (18) UXOR *invicti Jovis esse nescis.* Horat. (19) *Filius Majae patiens vocari Caesaris* ULTOR. Id. (20) *Potare et spargere flores - Incipiam patiarque vel* INCONSULTUS *haberi.* Orator dixisset *se bonum esse socerum*, et cetera eodem modo.

**XI. *Dicor, putor, credor, feror, videor,* adjuncta infinitis verborum personalium raro impersonaliter usurpantur. Ter. (21) *In hac habitasse platea* DICTUM EST *Chrysidem.* Cic. (22) *Fides et tibias eorum causa factas* DICENDUM EST, *qui illis uti possunt.* Id. (23) *Athenas et Lacedaemonem Atheniensium Lacedaemoniorumque causa* PUTANDUM EST *conditas esse.* Id. (24) *Multos et nostra civitas et Graecia tulit singulares viros, quorum neminem, nisi juvante Deo, talem fuisse* CREDENDUM EST. Id. (25) *Tarquinium dixisse* FERTUR. In libris emendatissimis *ferunt* habetur. Cic. (26) *Non mihi* VIDETUR *ad beate vivendum satis posse virtutem:* ubi Bentlejus et Lambinus legunt

(1) Catil. 1, 2. (2) De Off. 3, 17. (3) Tusc. 1, 15. (4) Att. 1, 17. (5) Pro Balb. 12. (6) Att. 10, 8. (7) Heaut. 2, 4, 8. (8) Phorm. 5, 2, 1. (9) Inst. 11, 1. (10) Hist. 21, 44. (11) Art. Poët. 372. (12) Met. 8, 690. (13) Mem. 3, 6. (14) Mem. 5, 4. (15) Phars. 9, 1040. (16) Carm. 4, 1. (17) Met. 13, 141. (18) Od. 3, 27, 73. (19) Od. 1, 2, 43. (20) Epist. 1, 5, 14. (21) Andr. 4, 5, 1. (22) De N. D. 2, 63. (23) De N. D. 2, 62. (24) De N. D. 2, 66. (25) De Amic. 15. (26) Tusc. 5, 5.

virtus. Quare, cum singulare apud Ciceronem sit, et in dubium quoque revocetur, imitandum non est.

**XII. *Videor* si non opinationem aut imbecillam assensionem, sed firmum animi placitum opportunitatemve significet, impersonaliter ponitur. Cic. (1) *Nunc mihi* VISUM EST, *de senectute aliquid ad te scribere*, idest *mihi placuit, constitui, visum est opportunum*. Tunc vero, si infinitum desideretur, e proximo suppletur. Cic. (2) *Velim... Lentulum puerum visas, eique de mancipiis, quae tibi* VIDEBITUR (nempe *attribuere*) *attribuas*. Id. (3) *Pueros attribue ei* Lentulo) *quot et quos* VIDEBITUR, intellige *attribuere* Id. (4) *Fit senatusconsultum ut C. Marius, L. Valerius consules adhiberent tribunos plebis et praetores, quos eis* VIDERETUR: deest *adhibere*. Caes. (5) *Ad haec, Caesar, quae* VISUM EST, *respondit:* adde *respondere*. Et alia ejusdem generis plurima.

**XIII. Verba servilia, cum infinitis verborum impersonalium adjunguntur, nominativum celant eorumque naturam induunt et constructionem sequuntur. Cic. (6) *Cujus auctoritatis neminem* POSSET POENITERE. Id. (7) *Hic* MANERI *diutius non* POTEST. Id. (8) *Qua* (sapientia) *praeceptrice in tranquillitate* VIVI POTEST. Id. (9) SOLET *eum, cum aliquid furiose fecit*, POENITERE. Caes. (10) *Pugnatum* (est) *ab hostibus ita acriter, ut a viris fortibus....* PUGNARI DEBUIT. Justin. (11) PIGERE *eum facti* COEPIT. Senec. (12) *Non potest tibi res ista contingere aliter, quam si te* PUDERE DESIERIT.

**XIV. Verbum *incipio* etiam transitivum sine infinito reperitur. Plaut. (13). *Sospes iter* INCIPE *hoc*. Sallust. (14) PRAELIUM INCIPITUR. Absolute etiam usurpatur. Virg. (15) *Vix* PRIMA INCEPERAT AESTAS. Quintil. (16) *Optime institutum est, ut ab Homero atque Virgilio* LECTIO INCIPERET. Id. (17) *Optime* INCIPITUR *a* (syllabis) *longis, recte aliquando a brevibus*.

**XV. *Coepi* et *desino* cum infinitis passivis modo activa, modo passiva voce in praeteritis usurpantur. Liv. (18) *Plebi... injuriae a primoribus fieri* COEPERE. Plin. (19) *In Italia... turres bellicis temporibus* DESIERE *fieri*. Liv. (20) *Contemni* COEPTI ERANT *a finitimis populis*. Cic. (21) *Veteres orationes post nostras non a me quidem, ... sed a plerisque legi* SUNT DESITAE. Id. (22) DESITUM EST *videri quidquam in socios iniquum, cum exstitisset in cives tanta crudelitas*.

**XVI. Verba *volo, malo, nolo* nunquam fiunt impersonalia. Cic. (23) *Cum a te nemini ignosci* VELLENT. Curt. (24) MALO, *me fortunae poeniteat, quam victoriae pudeat*. Eodem modo dices: *velim* vos negligentiae poeniteat: *nolim* me laboris taedeat: *mallem* hujus te sceleris puderet: et cetera eodem modo.

**XVII. *Debeo* cum infinito nunquam passiva voce usurpatur. Neque enim dices: hoc *debetur facere* vel *fieri:* sed hoc *debet* aut *oportet fieri*, vel potius *faciendum est*.

(1) De Sen. 1. (2) Att. 12, 20. (3) Att. 12, 30. (4) Pro C. Rab. 7. (5) B. G. 4, 8. (6) De Har. resp. 21. (7) Att. 11, 15. (8) De Fin. 1, 13. (9) Att. 8, 5. (10) B. G. 2, 33. (11) Histor. 12. (12) Ep. 40. (13) Casin. 4, 4, 1. (14) Jug. 57. (15) Aen. 3, 8. (16) Inst. 1, 8. (17) Inst. 9, 4. (18) Hist. 2, 21. (19) H. N. 2, 55. (20) Hist. 3, 38. (21) De Cl. Orat. 32. (22) De Off. 2, 8. (23) Pro Lig. 5. (24) Hist. 4. 3.

*XVIII. [Quae sint infiniti tempora, et singulorum voces aut formulae pro variis verborum generibus, ex verborum conjugatione jam innotuit. Superest ut de recto temporum usu dicamus.]

*XIX. Ut recte utamur temporibus infiniti, sedulo inspiciendum est cui verbo vel participio jungantur.

*XX. Utimur tempore praesenti sive conjuncto, cum res significata infinito est vel fit eodem tempore, quo res significata a verbo vel participio, unde pendet infinitum.

*XXI. Utimur tempore praeterito sive anteriore, cum res significata infinito praecessit rem significatam a verbo vel participio, unde pendet infinitum.

*XXII. Utimur tempore futuro seu consequente, cum res significata infinito consequitur rem significatam a verbo, unde pendet infinitum; et quidem utimur futuro infecto, si res eo tempore ponatur ut inchoanda; utimur futuro perfecto, si ponatur ut absoluta et perfecta.

*XXIII. Utimur praeterito conditionali seu futuro praeterito mixto, cum res significata infinito revera facta non est, sed evenisset ante rem significatam ab infinito, si conditio aliqua posita fuisset. Non abs re erit ea quae diximus exemplis enucleare, quo puerorum animis altius infigantur.

*XXIV. [Praesens seu conjunctum post praesens vel futurum. Cic. (1) *Scribis ... te ipsum* PUTARE *me attractum iri, si de pace agatur.* Id. (2) *Pompejum pro certo habemus per Illyricum* PROFICISCI *in Galliam.* Id. (3) *Peto a te, ne me putes oblivione tui rarius ad te* SCRIBERE, *quam solebam* Id. (4) *Non puto* ESSE *alienum me ad te, quid ea de re sentiam, scribere.* Id. (5) *Cum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, volam illum* SCIRE *ex te me id fecisse.*]

*XXV. [Praesens seu conjunctum post praeteritum. Cic. (6) *Sciebam te a tuis certiorem fieri* SOLERE. Id. (7) *A Curione mihi nuntiatum est eum ad me* VENIRE. Id. (8) *Non debemus ita cadere animis, quasi aliquid evenerit, quod fieri* POSSE *nunquam putarimus.* Id. (9) *Nam ii* (consules) *Bibuli sententiam* VALERE *cupierunt.*]

*XXVI. [Praeteritum sive anterius post praesens vel futurum. Cic. (10) *Te nunquam* TIMUISSE *certe scio.* Id. (11) *Nec enim nos arbitror victoriae praemiis ductos patriam olim et liberos et fortunas* RELIQUISSE. Id. (12) *Mea vero officia ei non* DEFUISSE *tu es testis.* Id. (13) *Nihil enim mali* ACCIDISSE *Scipioni puto.* Id. (14) *Quae* (platanus) *mihi videtur non tam ipsa aquula, quae describitur, quam Platonis oratione* CREVISSE.]

*XXVII. [Praeteritum sive anterius post praeteritum. Cic. (15) *Ea se inquiete per visum ex Africano* AUDIVISSE *dicebat.* Id. (16) *Didici ex tuis literis te omnibus in rebus* HABUISSE *rationem, ut mihi consuleres.* Curt. (17) *Nondum enim Memnonem vita* EXCESSISSE *cognoverat.*]

*XXVIII. Futurum infectum seu consequens post praesens vel futurum. Cic. (18) *Is omnia pollicitus est, quae tibi essent opus:* FACTURUM *puto.* Id. (19) *Et*

(1) Att. 10, 1. (2) Att. 10, 6. (3) Fam. 6, 2. (4) Att. 10, 8. (5) Att. 2, 25. (6) Fam. 6, 4. (7) Att. 10, 4. (8) Fam. 6, 1. (9) Fam. 1, 2. (10) Fam. 6, 1. (11) Fam. 6, 1. (12) Fam. 2, 13. (13) De Amic. 3. (14) De Orat. 1, 7. (15) De Amic. 4. (16) Fam. 3, 5. (17) Hist. 3, 1. (18) Fam. 16, 5. (19) Fam. 14, 23.

ipse (Caesar) *opinione celerius* VENTURUS ESSE *dicitur*. Id. (1) *Ego bellum foedissimum* FUTURUM *puto*. Id. (2) *Nisi forte... arma Pompejum* ABJECTURUM *putas*. Id. (3) *Spero et opto nobis hanc conjunctionem voluptati* FORE. Id. (4) *Illum eum* FUTURUM ESSE *puto, qui esse debet*. Id. (5) *Vix spero mihi hunc veniam* DATURUM. Id. (6) *Scribit meas literas maximum apud te pondus* HABITURAS. Id. (7) *Non moleste fero me laboris mei, vos virtutis vestrae fructum* ESSE LATUROS Id. (8) *Deinde addis... te ad me* FORE VENTURUM. Id. (9) *Addit* (Pompejus) *se prius* OCCISUM IRI *ab eo, quam me* VIOLATUM IRI. Id. (10) *Sed quem tu locum Graeciae non* DIREPTUM IRI *putas*? Id. (11) *Spero* FORE UT CONTINGAT *id nobis*. Id. (12) *Hujus me constantiae puto* FORE, UT *nunquam* POENITEAT. Id. (13) *Valde suspicor* FORE, UT INFRINGATUR *hominum improbitas*.]

*XXIX. [Futurum infectum seu consequens post praeteritum. Cic. (14) *Critoni nostro non persuasi me hinc* AVOLATURUM *nec quidquam mei* RELICTURUM. Id. (15) *Cum sibi ita persuasisset ipse meas de se accurate scriptas literas maximum apud te pondus* HABITURAS. Id. (16) *Qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus* FORE *videbatur, in eo* etc. Id. (17) *Perspiciebant* (consules) *in Hortensii sententiam multis partibus plures* ITUROS. Id. (18) *Audivi, C. Coponium... dixisse, remigem quemdam... vaticinatum*, MADEFACTUM IRI *minus* XXX. *diebus Graeciam sanguine*. Ter. (19) *Rumor venit* DATUM IRI *gladiatores*. Cic. (20) *Nunquam putavi* FORE UT *supplex ad te* VENIREM. Id. (21) *Si* (Caesar) *divinasset* FORE, UT *in eo Senatu... trucidatus ita* JACERET, etc. Senec. (22) *Numquam* FUTURUM *putavi*, UT *aut pater meus liberos* ODISSET, *aut dives* CONCUPISCERET.]

XXX. [Futurum perfectum post praesens vel futurum. Cic. (23) *Quos spero brevi tempore societate victoriae tecum* COPULATOS FORE. Id. (24) *Omnino spero paucis mensibus opus Diphili* PERFECTUM FORE. Sed hic participia videntur facta nomina; ac propterea in paradigmate conjugationis verbi passivi hanc futuri exacti formulam praetermisimus.]

*XXXI. [Futurum exactum seu perfectum post tempus praeteritum. Cic. (25) *Sperabam, cum has literas accepisses*, FORE UT *ea, quae superioribus literis petissemus*, IMPETRATA ESSENT.]

*XXXII. [Praeteritum conditionale, seu futurum praeterito mixtum. Cic. (26) *Dixit, aliam sententiam se* DICTURUM FUISSE, *nisi propinquitate impediretur*. Id. (27) *Puto, etiamsi Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud* CASURUM FUISSE. Id. (28) *De quo sic velim statuas me haec eadem* SENSURUM FUISSE, *si mihi integra omnia ac libera fuissent*. Id. (29) *An... eum magis communem censemus in victoria* FUTURUM FUISSE, *quam incertis rebus fuisset?* Id. (30) *Ut perspicuum sit omnibus, nisi tanta acer-*

(1) Att. 7, 26. (2) Att. 10, 8. (3) Fam. 2, 7. (4) Att. 6. 3. (5) Att. 9, 15. (6) Fam. 3, 1. (7) Verr. act. 2, 1, 1. (8) Att. 5, 21. (9) Att. 2, 20. (10) Att. 9, 9. (11) Tusc. 1, 34. (12) Fam. 2, 16. (13) Fam. 1, 6. (14) Tusc. 1, 43. (15) Fam. 13, 10. (16) De Orat. 1, 1. (17) Fam. 1, 2. (18) De Divin. 1, 32. (19) Hecyr. prol. 39. (20) Att. 16, 3, post ep. 16. (21) De Divin. 2, 9. (22) Controv. 2, 1. (23) Fam. 11, 8. (24) Ad Q. F. 3, 1, 1. (25) Att. 16, 20. (26) Phil. 8, 1. (27) De Fat. 3. (28) Fam. 1, 9. (29) Fam. 4, 9. (30) Verr. act. 2, 1, 32.

bitas injuriae, tanta vis sceleris fuisset... nunquam illos in eum locum PROGRESSUROS FUISSE. Id. (1) *Stantes plaudebant in re ficta: quid arbitramur in vera* FUISSE FACTUROS? Id. (2) *Scio eum* IMPETRATURUM *non* FUISSE. Id. (3) *Cui tamen ipsi regi veniam te* DATURUM FUISSE *dicebas, si... excusatione aetatis usus esset.* Caes. (4) *Nisi... quidam nuncii de Caesaris victoria per dispositos equites essent allati, existimabant plerique* FUTURUM FUISSE UTI (oppidum) AMITTERETUR. Cic. (5) *Quorum si aetas potuisset esse longinquior,* FUTURUM FUISSE, UTI *omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita* ERUDIRETUR.]

**XXXIII. Dubitant quidam, an circuitio praeteriti conditionalis *futurum fuisse ut* usurpari possit cum verbis activis ac neutris, praesertim si supino careant; e. g. Opinor futurum fuisse ut disceres nisi cessator ac negligens fuisses. Quoniam veterum exempla desiderantur, satius erit uti verbo interposito, et conjunctivo. Cic. (6) CREDO *in illa militis causa, si aut heredem aut militem defendisses, ad hostilianas te actiones...* CONTULISSES. Id. (7) *Eloquentiam tueri; quam tu in caelum, Hortensi,* CREDO, *ut ipse cum ea simul ascenderis,* SUSTULISSES.

**XXXIV. Hac verbi interpositione uti possumus non modo ad efferendum praeteritum conditionale, sed omnia tempora infiniti. Quod si verbo praesenti adiunctum sit conditionale praesens, eadem interpositione non solum uti possumus sed debemus. Cic. (8) *Male,* CREDO, MERERER *de meis civibus, si ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem.* In quo exemplo, et aliis eiusmodi, locus non est infinito.

**XXXV. Futurum infiniti praecipue his verbis gaudet: *auguror, confido, credo, existimo, puto, audio, video, ominor, suspicor, opinor, affirmo, polliceor, promitto,* ac ceteris ejusdem generis.

**XXXVI. *Esse* vel *fuisse* omitti possunt in praeterito verbi passivi, communis ac deponentis. Omitti etiam potest infinitum *esse* adjunctum participio eidem in futuro infecto, non tamen in praeterito conditionali.

**XXXVII. *Fore* pro *esse* raro cum participiis in *rus* jungitur, rarius cum participiis in *tus* et in *dus*.

§. 156. *De Gerundiis*

*I. Gerundium genitivum additur substantivis *amor, causa, copia, cupiditas, cura, facultas, finis, mos, ratio, studium, tempus* aliisque quamplurimis. Cic. (9) *Equidem efferor* STUDIO *patres vestros, quos colui et dilexi,* VIDENDI. Id. (10) AT DEPLORANDI... *sit jam nobis aut* FINIS *omnino, si potest, aut* MODERATIO QUAEDAM, *quod profecto potest.*

*II. Item nonnullis adjectivis ut *cupidus, avidus, studiosus* addiscendi: *consuetus, insuetus, insolens* navigandi: *peritus, imperitus, gnarus, ignarus* dicendi: *doctus, sciens, nescius, inscius* adulandi: *certus* eundi: *timidus* moriendi. Cic. (11) *Sum* CUPIDUS *te in illa longiore ac perpetua disputatione* AUDIENDI.

(1) De Amic. 7. (2) De Amic. 11. (3) Pro Dejot. 3. (4) B. G. 3, 101. (5) Tusc. 3, 28. (6) De Orat. 1, 57. (7) Hortens. ap. Non. 4, 404. (8) De Fin. 1, 3. (9) De Sen. 23. (10) Att. 10, 4. (11) De Orat. 2, 4.

* III. Gerundium dativum additur adjectivis, aut verbis quae dativum poscant, ut *aptus*, *bonus*, *deditus*, *habilis*, *idoneus*, *intentus*, *impar*, *par*, *utilis*; *studeo*, *operam do*, *praeficio*, *sufficio*, *satis sum*, *praesum*, *intersum* et aliis. Liv. (1) *Ut nec Triumviri* ACCIPIENDO, *nec scribae* REFERENDO *sufficerent.*

*IV. Gerundium accusativum additur praepositionibus *ad*, *ob*, *inter*, et aliis. Cic. (2) *Conturbatus animus non est aptus* AD *exsequendum munus suum.* Id. (3) *Quanto illud flagitiosius, improbius, indignius, eum, a quo pecuniam* OB *absolvendum acceperis, condemnare?* Liv. (4) *Ut . . . ipse* INTER *spoliandum corpus hostis veruto percussus . . . inter primam curationem exspiraverit.*

* V. Praepositio *ad* cum gerundio in *dum* frequentissime sequitur verba motus, et adjectiva *facilis*, *difficilis*, *paratus*, *promptus*, *expeditus*, *idoneus*, *aptus*, *segnis*, *vehemens* et horum similia. Cic. (5) *Contingere intelligo . . . ut omens fere stoici . . . traducti a disputando* AD DICENDUM *inopes reperiantur.* Id. (6) *Nec me . . . segniorem* AD RESPONDENDUM *reddidisti.* Id. (7) *Hic locus* AD AGENDUM *amplissimus,* AD DICENDUM *ornatissimus est visus.*

* VI. Gerundium ablativum modo sine praepositione in oratione adhibetur. Cic. (8) PLORANDO *fessus sum.* Modo praepositiones, praesertim *a* vel *ab*, *in*, *de* assumit. Cic. (9) AB *invidendo invidentia recte dici potest.* Cic. (10) *Galli . . . promptam et paratam* IN *agendo et* IN *respondendo celeritatem subtilitate diligentiaque superavit.* Id. (11) *Tu quid cogites* DE *transeundo in Epirum, scire sane velim.*

* VII. Nonnunquam admittunt *pro*, *cum*, *e* vel *ex*. Plaut. (12) *Heu, senex* PRO *vapulando, hercle, ego abs te mercedem petam.* Quintil. (13) *Scribendi ratio conjuncta* CUM *loquendo est.* Ter. (14) *Id non fieri... ex aequo et bono sed* EX *assentando, indulgendo et largiendo.*

**VIII. Gerundia, quae passionem significant, nullum post se casum admittunt. Justin. (15) *Athenas* ERUDIENDI *gratia missus* (Arisbas) *quanto doctior majoribus suis, tanto et gratior populo fuit.* Quintil. (16) *Ipsa* (memoria) EXCOLENDO, *sicut alia omnia, augetur.* Plin. (17) *Rubens* (ferrum) *non est habile* TUNDENDO. Id. (18) *Est* (aqua) *utilis sulfurata nervis . . . bituminata aut nitrosa . . .* BIBENDO. Sallust. (19) *Pauca supra repetam, quo ad* COGNOSCENDUM *omnia illustria magis magisque in aperto sint.* Varr. (20) *Diebus paucis erunt* (juvenci) *mansueti, et ad* DOMANDUM *proni.* Virg. (21) *Frigidus in pratis* CANTANDO *rumpitur anguis.* Id. (22) *Uritque* VIDENDO *foemina,* idest, *dum cantatur, dum videtur.* Id. (23) *Alitur vitium crescitque* TEGENDO. Lucr. (24) *Annulus in digito subtertenuatur* HABENDO. Virg. (25) *Ante* DOMANDUM *- Ingentes tollunt animos,* idest *antequam domentur.* Sallust. (26) *Quum ipse* (Jugurtha) AD IMPERANDUM *Tisidium vocaretur,* idest *ad*

(1) Hist. 36, 10. (2) Tusc. 3, 8. (3) Verr. act. 2, 2, 32. (4) Hist. 2, 20. (5) De Cl. Orat. 31. (6) De Fin. 1, 10. (7) Pro leg. Man. 1. (8) Att. 15, 9. (9) Tusc. 3, 9. (10) De Cl. Orat. 42. (11) Att. 9. 1. (12) Aul. 3, 3, 8. (13) Inst. 1, 4. (14) Adelph. 5, 9, 30. (15) Hist. 17. (16) Inst. 11, 2. (17) H. N. 34, 15. (18) H. N. 31, 6. (19) Jug. 5. (20) R. R. 1, 20. (21) Ecl, 8, 71. (22) Georg. 3, 215. (23) Georg. 3, 454. (24) De N. R. 1, 313. (25) Georg. 3, 206. (26) Jug. 62.

imperata facienda: antiqua plane loquendi ratione. Cic. (1) *Nunc ades* AD IMPERANDUM *vel* AD PARENDUM *potius; sic enim antiqui loquebantur.* Qua ratione et ipse Cicero videtur loquutus (2): *Qua pecude* (sue), *quod erat* AD VESCENDUM *hominibus apta, nihil genuit natura fecundius,* idest *qua homines vescerentur.*

*IX. Gerundia, quae passionem non significant, casus suorum verborum admittunt; ut tempus est obliviscendi *injuriam*, ignoscendi *inimicis*, coërcendi *cupiditates*, abstinendi *maledictis*. Cic. (3) *Nullo loco deero neque ad consolandum neque ad levandum* FORTUNAM TUAM.

** X. Gerundia, quae accusativo gaudent, fere elegantius more adjectivorum ad hunc modum efferuntur: Pompejus studiosus fuit *rempublicam defendendi civesque servandi:* Pompejus studiosus fuit *reipublicae defendendae civiumque servandorum:* ita ut gerundii casus maneat, servato tamen genere ac numero accusativi, quae *gerundiva* dicuntur a quibusdam. Cic. (4) *Princeps vestrae libertatis* DEFENDENDAE *fui.* Id. (5) *Hoc quidquid attigi, non feci* INFLAMMANDI *tui causa, sed* TESTIFICANDI *amoris mei.*

Plin. (6) *Nimia augustae* (chartae) *tenuitas* TOLERANDIS *non sufficiebat calamis.* Liv. (7) *Interjecto deinde haud magno spatio, quod vulneribus* CURANDIS, SUPPLENDOQUE *exercitui satis esset . . . Pometiae arma illata.* Colim. (8) *Mediastinus qualiscumque status potest esse, dummodo* PERPETIENDO *labori sit idoneus.*

Cic. (9) *Nunc contra plerique ad honores* ADIPISCENDOS *et ad rempublicam* GERENDAM *nudi veniunt atque inermes.* Liv. (10) *Subsidia mittunt ad castra* OPPUGNANDA. Cic. (11) *Qui se ipse norit... intelliget.. quanta instrumenta habeat ad obtinendam* ADIPISCENDAMQUE *sapientiam.* Ter. (12) *Illi aetas magis ad haec* UTENDA *idonea est.* Cic. (13) *Expetuntur divitiae tum ad usus vitae necessarios, tum* AD PERFRUENDAS *voluptates.*

Cic. (14) *Si ubertas in* PERCIPIENDIS *fructibus fuit, consequitur vilitas in* VENDENDIS. Id. (15) *In* ADEUNDIS *periculis consuetudo imitenda medicorum est.* Id. (16) *Quam copiose ab eo* (Xenophonte) *agricultura laudatur in eo libro, qui est de* TUENDA *re familiari.*

** XI. Hanc constructionem amat potissimum gerundium in *do* sive dativi, sive ablativi casus; neque facile imitandi sunt qui accusativum adjunxerunt. Varr. (17) *In supponendo* OVA *observant, ut sint numero imparia.* Plaut. (18). *Ego relictis rebus* EPIDICUM *operam quaerendo dabo.*

§. 157. *De Participiali in* dum

* I. Verbum participiale in *dum*, accedente verbo substantivo, dativum postulat omnibus verbis communem. Liv. (19) *Quousque terra marique progrediendum fuerit* IPSIS.

(1) Fam. 9, 23. (2) De N. D. 2, 64. (3) Fam. 5, 7. (4) Phil. 4, 1. (5) Fam. 2, (4. (6) H. N. 13, 12. (7) Hist. 2, 17. (8) R. R. 1, 9. (9) De Orat. 3, 33. (10) Hist. 2, 47. (11) De Leg. 1, 22. (12) Heaut. 1, 1, 81. (13) De Off. 1, 8 (14) Verr. act. 3. 3, 98. (15) De Off. 1, 24. (16) De Sen. 17. (17) R. R. 3, 9. (18) Epid. 4, 2, 25. (19) Hist. 33, 40.

*II. Praeter dativum communem, etiam casum sui verbi admittit. Cic. (1) TUO *tibi* JUDICIO *est utendum. Tibi* casus est communis, *tuo judicio* proprius verbi.

*III. Si tamen casus verbi fuerit accusativus, participiali passivo utemur hoc modo: *petendum* est tibi *pacem*, *petenda est tibi pax: timendum* est nobis *poenas aeternas*, *timendae* sunt nobis *poenae aeternae.*

**IV. Prisci participiali adjunxerunt accusativum. Lucr. (2) AETERNAS *quoniam* POENAS *in morte* TIMENDUM. Id. (3) *Aut igitur motu* PRIVANDUM *est* CORPORA QUAEQUE. Varr. (4) *Singulis*, *ubi pariant*, FACIUNDUM HARAS ... EAS SUBSTERNENDUM *palea*. Id. (5) *In foetura* DANDUM *potius* HORDEACEOS *quam* TRITICEOS PANES. Hoc dicendi genus carmini magis quam solutae orationi concesserim.

§. 158. *De Supinis*

*I. Supinum in *um* amat verba, quae motum adsignificant. Ter. (6) *Percontatum* IBO. Id. (7) ABI *deambulatum*. Liv. (8) *Damnatus absens* (Coriolanus) *in Volscos exsulatum* ABIIT.

*II. Ante se nullum, post se suorum verborum casus habet. Caes. (9) *Aedui... legatos ad Caesarem mittunt rogatum* AUXILIUM. Ter. (10) NUTRICEM *accersitum iit.*

*III. Supinum in *u* fere passivae significationis est sine casu adhaeretque nominibus adjectivis. Cic. (11) *Quod optimum* FACTU *videbitur, facias.* (12) *O rem non modo* VISU *foedam*, *sed etiam* AUDITU! Cic. (13) *Quod scire vis, qua quisque in te fide sit et voluntate*, DIFFICILE *dictu est de singulis.* Id. (14) *Sic* (stoici) *disserunt*, *nihil esse* OBSCENUM, *nihil* TURPE *dictu.*

*IV. [His vero adjectivis supina in *u* junguntur frequentius, *absurdum*, *acerbum*, *arduum*, *asperum*, *credibile*, *crudele*, *difficile*, *dignum*, *dulce*, *durum*, *facile*, *foedum*, *grave*, *horrendum*, *incredibile*, *indignum*, *infandum*, *inutile*, *jucundum*, *lepidum*, *leve*, *memorabile*, *mirabile*, *mirandum*, *mirum*, *molestum*, *necessarium*, *nefarium*, *obscenum*, *optimum*, *pessimum*, *pulchrum*, *rarum*, *speciosum*, *suave*, *terribile*, *turpe*, *utile* et his substantivis *fas*, *nefas*, *opus.*]

§. 159. DE PARTICIPIORUM CONSTRUCTIONE

I. Participia eosdem casus habent, quos verba, a quibus proficiscuntur. Cic. (15) *Eunti mihi* ANTIUM *et* GLADIATORES *L. Metelli cupide relinquenti venit obviam tuus puer.* Curt. (16) *Is* (Orsines) *regi cum omnis generis donis*, *non* IPSI *modo* EA, *sed etiam* AMICIS *ejus daturus occurrit.* Cic. (17) *Diu vexati* A PERDITISSIMIS CIVIBUS *aliquando per vos ... recreemur.* Id. (18) *Id ... admonendum potius* TE A ME, *quam rogandum puto.* Ovid. (19) FICTUM *exsecrantia* NOMEN-*Vota.* Liv. (20) *Ancus ...* INGENTI PRAEDA *potitus Romam redit.*

(1) Tusc. 2, 25. (2) De R. N. 1, 112. (3) De R. N. 1, 382. (4) R. R. 3, 10. (5) R. R. 2, 9. (6) Phorm. 2, 4, 22. (7) Heaut. 3, 3, 26. (8) Hist. 2, 35. (9) B. G. 1, 11. (10) Eun. 5, 2, 53. (11) Att. 7, 22. (12) Phil. 2, 25. (13) Fam. 1, 7. (14) Fam. 9, 22. (15) Att. 2, 1. (16) Hist. 10, 1, a med. (17) Pro Mil. 2. (18) Fam. 14, 4, a med. (19) In Ibin. 93. (20) Hist. I, 33.

*II. Participia in *ans* vel *ens* interrogandi casu gaudent, cum fiunt nomina. Ter. (1) *Herus liberalis est, et fugitans* LITIUM Cic. (2) *Boni cives, amantes* PATRIAE. Sallust. (3) *Corpus patiens* INEDIAE, VIGILIAE, ALGORIS. Cic. (4) *Fert graviter homo et* MEI *observantissimus et* SUI JURIS DIGNITATISQUE *retinens se apud te neque amicitia neque jure valuisse.*

*III. Nonnulla etiam praeteriti temporis, ut *consultus, doctus, profusus, expertus.* Cic. (5) *Neque ille magis* JURIS *consultus, quam* JUSTITIAE *fuit.* Virg. (6) FANDI *doctissima Cymodocea.* Sallust. (7) *Alieni appetens;* SUI *profusus.* Liv. (8) SERVITUTIS INDIGNITATISQUE *homines expertos adversus notum malum irritatos esse.* Horum quaedam liberius a poëtis et historicis videntur usurpari.

*IV. Participia pleraque praesentis praeteritique temporis, quando nominum naturam induunt, more eorum comparantur. Cic. (9) *Neque prudentiorem* (Q. Selicio) *quemquam ex tuis neque fide majore esse judico neque* AMANTIOREM *tui.* Id. (10) *Ad nos* AMANTISSIMOS *tui veni.* Id. (11) *Ego ita judico nihil illo regno* SPOLIATIUS *nihil rege* EGENTIUS. Id. (12) *Omnem spem habeo ... in tua erga me mihi* PERSPECTISSIMA *benevolentia.* Id. (13) *Haec, tu omnium mortalium* PROFLIGATISSIME *ac* PERDITISSIME, *cum scires,* etc.

*V. Participia raro suum casum retinent, cum comparantur. Cic. (14) tamen dixit: *Abundantior* CONSILIO, INGENIO, SAPIENTIA, *quam Crassus, ea contemnis*, etc. Id. (15) *Habeas eos* A ME *commendatissimos.*

**VI. Illa *scitus vadorum, victus, erectus, falsus animi* poëtica sunt. *Eruditus* cum genitivo nondum legi apud idoneos auctores, sed cum ablativo, quem casum a suo verbo accipit. Cic. (16) *D. Brutus ... erat cum* LITERIS LATINIS *tum etiam* GRAECIS, *ut temporibus illis, eruditus.* *Doctus* item cum ablativo eleganter jungitur. Cic. (17) *Non tam in dicendo admirabiles, quam docti et* GRAECIS LITERIS *et* LATINIS.

**VII. *Peritus* frequentissime genitivo jungitur, quod quidam a *perio* prisco verbo deducunt. Cic. (18) *Coelius Antipater ...* JURIS *valde peritus.* Id. (19) tamen ablativo usus est. *Quis P. Octavio Balbo ingenio, prudentior,* JURE *peritior ...?* Apud eundem (20) et apud Caesarem (21) USU *peritus.*

**VIII. Haec tria *eruditus, doctus, peritus* interdum praepositionem *ad* cum accusativo admittunt. Cic. (22) *Diuturna servitute* AD NIMIAM ASSENTATIONEM *eruditi.* Ter. (23) *In eodem omnes mihi videntur ludo doctae* AD MALITIAM. Cic. (24) AD USUM *ac* DISCIPLINAM *peritum ... retinere, quam ... condemnare maletis.*

**IX. Genitivum itidem petunt *insuetus*, *imperitus*, *indoctus*, quae ex participiis sunt composita. Cic. (25) *Insuetus* CONTUMELIAE. Caes. (26) *Homines insueti* LABORIS Cic. (27) *Homo* OMNIUM RERUM *imperitus quae-*

(1) Phorm. 4, 3, 18. (2) Att. 9, 19. (3) Catil. 5. (4) Ad Q. Fr. 1, 2, 3. (5) Phil. 9, 5. (6) Aen. 10, 225. (7) Catil. 5. (8) Hist. 24, 22. (9) Fam. 1, 5, a med. (10) Fam. 16, 7. (11) Att. 6, 1. (12) Att. 11, 1. (13) Verr. act. 2, 3, 26. (14) In Pison. 26. (15) Fam. 12, 26. (16) De Cl. Orat. 28. (17) De Cl. Orat. 46 (18) De Cl. Orat. 26. (19) Pro Cluent. 38. (20) De Off. 1, 41. (21) B. C. 3, 93. (22) Ad Q. F. 1, 1, 5. (23) Hecyr. 2, 1, 6. (24) Pro Fontejo 15. (25) Att. 2, 21. (26) B. G. 7, 30. (27) Verr. act. 2, 1, 51.

rit, *quid sit ad perpendiculum.* Horat. (1) *Indoctusque* PILAE DISCIVE TROCHIVE *quiescit.*

**X. Participia passiva praeteriti temporis etiam dativo gaudent, praesertim cum fiunt nomina. Cic. (2) *Sperare videor Scipionis et Laelii amicitiam notam* POSTERITATI *fore.* Id. (3) *Occulta et* MARIBUS *non invisa solum, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere pervertit.* Hujus generis sunt *notus*, *cognitus*, *perspectus*, *exploratus*, *compertus*, *optatus*, *dilectus*, *spectatus*, *probatus*, *acceptus*, *despectus*, *contemptus*, *neglectus*, *auditus*, *visus*, et ex his composita *incognitus*, *inauditus*, *invisus*, etc.

**XI. Futuri quoque temporis passiva, etsi in nomen non transeant, dativum interdum habent, more graecorum. Cic. (4) *Gerendus est* TIBI *mos adolescentibus.* Ter. (5) *Restat Chremes*, *qui* MIHI *exorandus est.*

**XII. Participia passiva in *dus* eleganter adduntur verbis *do*, *loco*, *conduco*, *redimo*, *mando*, *curo*, *habeo*, *trado*, *attribuo*, *praebeo*, *relinquo*, *suscipio*, *depono*, *objicio*, *propono*, *sumo*, *assumo*, eademque ante se praepositionem respuunt. Cic. (6) *Hic* (Lentulus) ... *attribuit nos* TRUCIDANDOS *Cethego*, *ceteros cives* INTERFICIENDOS *Gabinio*, etc. Id. (7) *Quos ipsos libros . . . curabo ad te* PERFERENDOS.

**XIII. Eadem verba admittunt gerundium, resumpta praepositione: ut attribuit Gabinio cives *ad interficiendum*, etc. Cic. (8) *Cum . . . alteri Syriam*, *Babylonem*, *Persas integerrimas pacatissimasque gentes ad* DIRIPIENDUM *tradidisses.*

**XIV. Eleganter etiam junguntur verbis *suadeo*, *admoneo*, *censeo*, *puto* et similibus. Cic. (9) *Nisi . . . mihi ab adolescentia suasissem*, *nihil esse in vita magnopere* EXPETENDUM, *nisi laudem et honestatem.* Id. (10) *Haec qui prospexerint . . . non eos in deorum immortalium numero* VENERANDOS A NOBIS et COLENDOS *putatis?*

**XV. Participia in *dus* orta a verbis communibus, deponentibus, aut neutris, quemadmodum a passivis significatione non discrepant, sic easdem plane constructionis leges sequuntur. Cic. (11) *In adeundis periculis consuetudo* IMITANDA *medicorum* EST; hoc est, *imitari oportet.* Id. (12) *Egomet qui te consolari cupio* CONSOLANDUS *ipse* SUM; idest *consolatione dignus sum.* Id. (13) *Neque enim quae tu . . . moderate fers*, *a te non* ULCISCENDA SUNT *etiam si non* SUNT DOLENDA. Cic. (14) *Ab iis*, *a quibus* TUENDUS *fuerat*, *derelictus.* Ter. (15) *Illi aetas magis ad haec* UTENDA *idonea est.* Cic. (16) *Quae* (justitia) *ita dicet*, *dupliciter esse te injustum*, *cum et alienum appetas*, *. . . et graviter feras te*, *quod* UTENDUM *acceperis*, *reddidisse.* Sueton. (17) *His ... adeo se* ABUTENDUM *permisit et tradidit*, *ut vix sibi ipse constaret.* Cic. (18) *Non paranda nobis solum ea sed* FRUENDA *etiam sapientia est.* Id. (19) *Expetuntur divitiae tum ad usus vitae necessarios tum ad* PERFRUENDAS *voluptates* Id. (20) *Qua pecude* (sue), *quod erat ad* VESCENDUM *ho-*

(1) Art. Poët. 379. (2) De Amic. 4. (3) De De Har. resp. 27. (4) De Orat. 1, 23. (5) Andr. 1, 1, 139. (6) Catil. 4, 6. (7) Fam. 1, 9. (8) Pro Dom. 23. (9) Pro Arch. 6. (10) Agrar. 2, 35. (11) De Off. 1, 24. (12) Fam. 5, 18. (13) Fam. 12, 23. (14) Fam. 1, 9. (15) Heaut. 1. 1, 81. (16) Tusc. 3, 17. (17) Galb. 14. (18) De Fin. 1, 1. (19) De Off. 1, 8. (20) De N. D. 2, 64.

minibus apta, nihil genuit natura fecundius. Sic Ovid. (1) *Virque mihi dempto fine* CARENDUS *abes.*

** XVI. Quaedam verba antiqua participium habent praeteriti temporis passiva voce, activa significatione ut *osus* a prisco *odio*: hinc *exosus*, *perosus* cum accusativo. Curt. (2) PATRIOS MORES *exosus est.* Liv. (3) *Jam plebs . . . consulum* NOMEN *haud secus quam regum perosa erat. Osus* est apud Plaut. (4) *Inimicos semper* OSA *sum obtuerier*: et apud Gell. (5) *Hunc* (Rufinum) *Fabricius non probabat, neque amico utebatur,* OSUSQUE *eum morum causa fuit.* Sic apud Sueton. (6) *Et quasi pertaesus* (Caesar) IGNAVIAM SUAM, *quod nihil dum a se memorabile actum esset . . . missionem continue flagitavit;* a prisco *pertaedeo.* Quamvis hoc etiam jure suo genitivo jungi possit. Tacit. (7) LENITUDINIS *eorum pertaesa.*

** XVII. A *prandeo* etiam *pransus* et *impransus* active: a *coeno coenatus* et *incoenatus,* atque ut ait Quintil. (8) *Pransus atque potus diversum valent, quam indicant.* Cic. (9) *Adde inscitiam* PRANSI, POTI, *oscitantis ducis.* Id. (10) COENATO *mihi. . . epistola est illa reddita, in qua de agro campano scribis. Potus* vero et *juratus* ab activis *poto, juro* tum active, tum passive. Cic. (11) *Domum bene* POTUS *seroque redieram.* Id. (12) *Eo* (sanguine tauri) POTO. Plaut. (13) INJURATO *scio plus credet mihi, quam* JURATO *tibi.* Cic. (14) *Malim* JURATO *suam, quam* INJURATO *aliorum tabellas committere.* Id. (15) *Quod ita* JURATUM EST, *ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est.* Ovid. (16) *Nec te* JURATA *reducunt—Numina.*

** XVIII. Nonnulla participia praeteriti vel futuri temporis passiva significatione a verbis neutris, ut Cic. (17) *Morte* OBITA. Tacit. (18) *Bella plane accinctis* OBEUNDA. Cic. (19) EVIGILATA *consilia.* Quintil. (20) VIGILANDAE *noctes.* Id. (21) *In stylo* PROPERATO. Plin. (22) FESTINATIS *honoribus*; et alia. Quae tamen et ejusmodi verba, cum in accusativum transeunt, aliis censentur activa, sicut et neutra omnia quarti ordinis quae ad res mutas pertinent.

** XIX. Huc spectat illud Cic. fil. (23), quod tamen a quibusdam aliter legitur: *Omnia mea causa mihi velles* SUCCESSA: *succedere* autem est *feliciter evenire.* Huc multa in *tus*, praesertim apud poëtas; ut *erratus, roratus, sudatus,* etc. Multa quoque in *dus*, ut *dolendus, carendus,* de quibus diximus; *dormiendus, regnandus, sonandus* et alia, quibus non sine exemplis ac delectu utendum.

DE PRAEPOSITIONUM CONSTRUCTIONE

§. 160. *Praepositio verbis addita*

I. [Verba absoluta et intransitiva praepositionum beneficio in casus transeunt. Cic. (24) *Cum* AD ME IN TUSCULANUM *heri vesperi venisset Caesar* DE TUSCULANO SUO. Id. (25) *Cum etiam tum* IN LECTO *Crassus esset, et* APUD EUM *Sul-*

(1) Heroid. 1, 50. (2) Hist. 8, 7. (3) Hist. 3, 34. (4) Amph. 3, 2, 19. (5) N. A. 4, 8. (6) Jul. 7. (7) Annal. 15, 51. (8) Inst. 1, 4. (9) Pro Mil. 21. (10) Att. 2, 16. (11) Fam. 7, 22. (12) De Cl. Orat. 11. (13) Amph. 1, 1, 281. (14) Verr. act. 1, 10. (15) De Off. 3, 29. (16) Heroid. 2, 23. (17) Pro Sext. 38. (18) Annal. 3, 34. (19) Att. 9, 12. (20) Inst. 11, 3. (21) Inst. 10, 3. (22) Paneg. 69. (23) Ap. Cic. Fam. 16, 21. (24) De Orat. 2, 3. (25) Loc. cit.

picius sederet, Antonius autem inambularet CUM COTTA IN PORTICU, *repente eo Q. Catulus senex* CUM C. JULIO FRATRE *venit.*]

II. [Transitiva praeter proprium casum etiam praepositiones cum suis casibus admittunt. Cic. (1) *Nihil est amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines* AD DILIGENDUM: *quippe cum* PROPTER VIRTUTEM *et* PROBITATEM *eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus.*]

*III. Verba composita saepe casum suae praepositionis habent: ut *adire judicem; invadere urbem*. Cic. (2) *Cur ipse Pythagoras et Aegyptum lustravit, et Persarum* MAGOS *adiit?* Liv. (3) *Consul exercitusque romanus sine certamine* URBEM *invasere.*

*IV. Et repetita praepositione, ut adire *ad judicem:* invadere *in urbem.* Cic. (4) *Ceteri heredes adeunt* AD VERREM. Id. (5) IN GALLIAM *invasit Antonius*, IN ASIAM *Dolabella*, IN ALIENAM *uterque* PROVINCIAM.

*V. Hanc repetitionem amant multa verba composita ex praepositionibus *a, ab, ad, con, de, ex, in.* Cic. (6) *Tu velim animum* A ME *parumper avertas.* Id. (7) *Abduco equidem me* AB OMNI *reipublicae* CURA. Cicero saepe verbum *invado* usurpat repetita praepositione.

**VI. Verbi *adspiro* elegans est usus, cum conatum quendam aliquo perveniendi atque alicujus rei adipiscendae adsignificat; effertur que fere cum aliqua vel negatione, vel interrogatione. Cic. (8) *Ex bellica laude adspirare ad Africanum* NEMO *potest.* Id. (9) QUID *enim quisquam ad meam pecuniam, me invito, adspirat?*

§. 161. *Praepositiones quos casus postulent*

I. [Accusativo serviunt *ad, apud* et ceterae, quae sunt lib. I. §. 84, n. II. Cic. (10) *Propter Platonis* STATUAM *consedimus.* Id. (11) *Secundum* TE *nihil est mihi amicius solitudine.* Id. (12) *Erant acceptae pecuniae a C. Verrutio; sic tamen, ut usque* AD ALTERUM *R literae constarent integrae; reliquae omnes essent in litura.*]

II. [Ablativo gaudent *a, ab, abs, absque* cum reliquis, quae habentur lib. I. §. 84, III. Cic. (13) *Mihi vero ipsi coram* GENERO MEO PROPINQUO TUO, *quae dicere ausus es?* Plaut. (14) *Clam* UXORE MEA *et* FILIO. Ter. (15) *Prae* IRACUNDIA, *Menedeme, non sum apud me.* Liv. (16) *Rem creditori palam* POPULO *solvit.* Id. (17) *Haud procul* OCCASU *solis redeundi in castra tempus erat.*]

*III. *In, sub, super, subter* modo accusativum, modo ablativum pro varia significatione postulant.

*IV. *In* cum verbis motus accusativum amat. Cic. (18) *Venio in* SENATUM *frequens.* Id. (19) *In* EXILIUM .... *proficiscere.*

*V. Item pro *erga:* ut Brutus fuit pius *in patriam*, crudelis *in liberos.* Vel *contra.* Cic. (20) *Petulanter* IN UXOREM *et* FILIAM MEAM *invasisti.* Vel *per* seu *pro*, ut commodare librum alicui *in diem, in mensem.* Cic. (21) *Crescit* IN DIES SINGULOS *hostium numerus.*

(1) De Amic. 8. (2) De Fin. 5, 29. (3) Hist. 10, 10. (4) Verr. act. 2, 1, 47. (5) Phil. 11, 2. (6) De Amic. 1. (7) Ad Q. Fr. 3, 5. (8) De Cl. Or. 21. (9) Verr. act. 2, 1, 54. (10) De Cl. Or. 6. (11) Att. 12, 15. (12) Verr. act. 2, 2, 76. (13) In Pis. 6. (14) Merc. 3, 2, 2. (15) Heaut. 5, 1, 47. (16) Hist. 6, 14. (17) Hist. 37, 21. (18) De Sen. 11. (19) Catil. 1, 8. (20) In Sallust. ante med. (21) Catil. 1, 2.

*VI. Cum vero quies aut aliquid fieri in loco significatur, ablativo gaudet. Cic. (1) *In* VIRIDI OPACAQUE RIPA *inambulantes*. Id. (2) *In* HAC SOLITUDINE *careo omnium colloquio*.

*VII. Et cum pouitur pro *inter*. Cic. (3) *Hoc primum sentio, nisi* IN BONIS *amicitiam esse non posse*.

**VIII. *In* adjuncta verbo *dominor* ablativum vel accusativum habet si referatur ad personas. Cic. (4) *Vetat enim dominans ille* IN NOBIS *Deus, iniussu hinc nos suo demigrare*. Sulpic. (5) *Casus et natura* IN NOBIS *dominatur*. Cic. (6) *Senectus honesta est ... si usque ad extremum dominatur* IN SUOS. Lucan. (7) MENTES *dominatur* IN AEQUAS. Ablativum tantum, si ad loca. Cic. (8) *Nimia ista, quae dominatur* IN CIVITATE *potentia, in hoc solo genere quiescit*. Virg. (9) INCENSA *Danai dominantur* IN URBE.

*IX. *Sub* fere aecusandi casum postulat, cum tempus adsignificat, pro *paulo ante, circiter, per*: ut sub *vesperum*, sub *lucis ortum*, sub *idem tempus*. Caes. (10) *Pompejus sub* NOCTEM *naves solvit*. Liv. (11) *Sub equestris* FINEM *certaminis coorta est peditum pugna*.

*X. Item pro *post*. Cic. (12) SUB EAS (Lepidi literas) *statim recitatae sunt tuae*.

*XI. Et cum verbis motus. Cic. (13) *Sub populi romani* IMPERIUM DITIONEMQUE *ceciderunt*.

*XII. At cum verbis quietis ablativum poseit. Virg. (14) *Et, si quid cessare potes, requiesce sub* UMBRA. Cic. (15) *Si essent, qui sub* TERRA *semper habitavissent*.

**XIII. *Super* accusativo servit, cum praepositioni *subter* contraria est, sive cum motu sit, ut tegula *super caput* ceeidit: sive cum quiete, ut Cic. (16) *Nam* (Demetrius) *super terrae* TUMULUM *noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis ne altiorem*. Id. (17) *Super* EAM (aspidem) *assidere*.

**XIV. Item cum significat *inter*. Curt. (18) *Bessus circumferri merum largius jubet, debellaturus* SUPER MENSAM *Alexandrum*.

**XV. Ablativo jungitur cum pro *de* ponitur. Cic. (19) HAC SUPER RE *scribam ad te Rhegio*. Et interdum cum verbo quietis, maxime apud poëtas. Virg. (20) *Sedibus optatis geminae super* ARBORE *sidunt*. Id. (21) FRONDE *super* VIRIDI.

**XVI. *Subter* ferme accusandi casum poscit, sive quietis sive motus verbis adjungatur. Cic. (22) *Plato ... iram in pectore, cupiditatem subter* PRAECORDIA *locavit*.

**XVII. Interdum, apud poëtas potissimum, ablativum habet. Virg. (23) *Ferre juvat subter* DENSA TESTUDINE *casus*.

§. 162. *Praepositiones suo casui postpositae*

I. *Versus* et *tenus* suo casui postponuntur. Cic. (24) *Verti me a Minturnis Arpinum* VERSUS. Sulpic. (25) *Ex Asia rediens, cum ab Aegina*

(1) De Leg. 1, 5. (2) Att. 12, 15. (3) De Amic. 5. (4) Tusc. 1, 30. (5) Ap. Cic. Fam. 4, 12. (6) De Sen. 11. (7) Phars. 5, 727. (8) Pro Coecin. 25. (9) Aen. 2, 327. (10) B. C. 1, 28. (11) Hist. 22, 47. (12) Fam. 10, 16. (13) Pro Fonteio 1. (14) Ecl. 7, 10. (15) De N. D. 2, 37. (16) De Leg. 2, 26. (17) De Fin. 2, 18. (18) Hist. 7, 4. (19) Att. 16, 6. (20) Aen. 6, 204. (21) Ecl. 1, 81. (22) Tusc. 1, 10. (23) Aen. 9, 514. (24) Att. 16. 10. (25) Ap. Cic. Fam. 4, 5.

Megaram VERSUS *navigarem*, *coepi regiones circumcirca prospicere*. Cic. (1) *Et Coepheus conditur ante*-LUMBORUM TENUS. Coel. (2) *Illi rumores de comitiis Transpadanorum* CUMARUM TENUS *caluerunt*. Liv. (3) *Septentrio ortus... adeo nudaverat vada, ut alibi* UMBILICO TENUS *aqua esset, alibi genua vix superaret*. Cic. (4) *Cum* (Antiochus) ... TAURO TENUS *regnare jussus esset*.

*II. *Cum* in his tantum semper postponitur, *mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum:* nonnunquam in his, *quocum, quicum, quibuscum*.

§. 163. *Praepositiones interpositae*

* I. *De, in, inter*, et aliae nonnullae eleganter interponnntur interdum. Cic. (5) *Certis* DE *causis*. Nep. (6) *Hoc* IN *tempore*. Cic. (7) *Suos* INTER *aequales*. Virg. (8) *Verum haec tantum alias* INTER *caput extulit urbes - Quantum lenta solent* INTER *viburna cupressi*.

* II. *Inter, circum* interdum apud poetas postponuntur. Virg. (9) *Maria omnia* CIRCUM. Id. (10) *Qua locus Erigonen* INTER *Chelasque sequentes - Panditur*. Apnd oratores aut vix aut raro admodum. Cic. (11) *Si quos* INTER *societas aut est aut fuit aut futura est*. Neque enim *inter si quos*, neque *si inter quos* recte eo loco dici posse videbatur: alioqui semper praeit.

§. 164. *Praepositiones in adverbium versae*

I. Praepositio, cum casu privatur, in adverbium migrat. Cic. (12) *Tu.... adventare et* PROPE *adesse jam debes*. Id. (13) *Haec pecunia tota .... recuperata est multis* POST *annis*. Id. (14) *Sensibus et animo ea, quae* EXTRA *sunt, percipimus*. Id. (15) *Quatriduo* ANTE *ad eum scripseram*. Hujus generis sunt *ante, contra, citra, circum, circiter, extra, intra, infra, post, prope, pone, ultra, usque* et aliae nonnullae.

§. 165. A, ab, abs, *quibus literis praeponantur*

* I. *A* consonantibus praeponitur. Cic. (16) A TERGO, A FRONTE, A LATERIBUS *tenebitur*.

* II. *Ab* vocalibus. Cic. (17) *Effice, ut* AB OMNIBUS *et laudemur et amemur*. Nonnullis etiam consonantibus. Cic. (18) AB NULLO *ille liberalius, quam a Cluentio tractatus est*. Id. (19) *Qui* (Dejotarus filius) *rex* AB SENATU *appellatus est*. Praecipue *l, r* et *j* praeponitur: ut *ab legatis, ab romanis, ab Jove*.

* III. *Abs* praeponitur literae *t* et interdum *q*. Ter. (20) *O Dave, ita ne contemnor* ABS TE? Id. (21) ABS QUIVIS *homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas*.

** IV. Historici, praecipue Livius, liberius utuntur praepositione *ab*. *Ab classe, ab Carthagine, ab dictatore, ab Numa, ab Gallis, ab Servio, ab Tarquiniis*. etc. Quae passim imitanda non videntur, nisi in historia.

(1) Arat. 323. (2) Ap. Cic. Fam. 8, 1. (3) Hist. 26. 45. (4) Pro Dejot. 13. (5) De orat. 1, 41. (6) Mil. 5. (7) De Cl. Or. 64. (8) Ecl. 1, 25. (9) Aen. 1, 32. (10) Georg. 1, 33. (11) De Amic. 22. (12) Att. 4, 17. (13) Pro Flacc. 23. (14) De N. D. 2, 59. (15) Att. 14. (16) Phil. 3, 13. (17) Att. 1, 15. (18) Pro Cluent. 59. (19) Att. 5, 17. (20) Andr. 3, 2, 12. (21) Adelph. 2, 3, 1.

** I. Praepositiones nonnunquam aliis praepositionibus praeponuntur. Cic. (1) *De Q. fratre nuntii nobis tristes, nec varii venerant,* EX *ante diem nonas junias* USQUE *ad pridie calendas septembres.*

** II. *Usque* tamen fere alteram praepositionem desiderat. Cic. (2) *Maximis in laboribus* (Cato) *usque* AD *summam senectutem summa cum gloria vixit.* Ter. (3) EX *Aethiopia est usque haec.* Cic. (4) *Enumerasti... usque* A *Thale Milesio de natura deorum philosophorum sententias.*

** III. Quod si adjungatur nominibus oppidorum, saepe alteram praepositionem respuit. Cic. (5) *Sacerdotes populi romani... usque* ENNAM *profecti sunt.* Id. (6) *Appius... in ultimam provinciam se conjecit* TARSUM *usque.* Ter. (7) MILETUM *usque.*

DE CONSTRUCTIONE ADVERBII

§. 167. *Nominativus post adverbium*

* I. *En, ecce* nominandi vel accusandi casum admittunt. Cic. (8) *Ecce* NOVA TURBA *atque* RIXA. Id. (9) *En* CRIMEN, *en* CAUSA. Id. (10) *Ecce* MISERUM HOMINEM. Plaut. (11) *En* TECTUM, *en* TEGULAS, *en* OBDUCTAS FORES!

** II. Apponitur et dativus *tibi* non sine lepore. Cic. (12) *Cum haec maxime scriberem, ecce* TIBI *Sebosus.* Id. (13) *Ecce* TIBI, *qui rex populi romani dominusque omnium gentium esse concupierit.*

§. 168. *Genitivus post adverbium*

* I. *Affatim, satis, abunde, nimis, parum, instar, partim, ergo* pro *causa* genitivo junguntur. Plaut. (14) *Tibi* DIVITIARUM *affatim est.* Ter. (15) *Satis jam* VERBORUM *est.* Quintil. (16) *Satis abundeque* POENARUM *est.* Cic. (17) *Nimis* INSIDIARUM *ad capiendas aures adhiberi videtur.* Sallust. (18) *Satis* LOQUENTIAE, SAPIENTIAE *parum.* Cic. (19) *Plato mihi unus instar est* OMNIUM *millium.* Id. (20) EORUM *partim in pompa partim in acie illustres esse voluerunt.* Liv. (21) VICTORIAE NAVALIS ERGO *in unum diem supplicatio decreta est.*

* II. Item adverbia superlativa a nominibus orta. Cic. (22) *Maxime* OMNIUM NOBILIUM *graecis literis studuit.* Id. (23) *Saepissime audio, illum* OMNIUM *fere* ORATORUM *latine loqui elegantissime.*

* III. Genitivus hic in ablativum cum praepositione migrare potest. Cic. (24) *Piso... maxime* EX OMNIBUS, *qui ante fuerunt, graecis doctrinis eruditus fuit.*

** IV. *Ubi, ubinam, ubicunque, ubivis, quovis, quoquo, nusquam* genitivos *terrarum* vel *gentium* eleganter admittunt. Cic. (25) *Quia, quid ageres, ubi* TERRARUM *esses, ne suspicabar quidem.* Ter. (26) *Fratrem nusquam invenio* GENTIUM.

** V. Dicitur et *longe gentium.* Cic. (27) *Tu abes longe* GENTIUM.

(1) Att. 3, 17. (2) Verr. act. 2, 5, 70. (3) Eun. 3, 2, 18. (4) De N. D. 1, 33. (5) Verr. act. 2, 4, 49. (6) Att. 5, 16. (7) Adelph. 4, 5, 21. (8) Verr. act. 2, 4, 66. (9) Pro Dejot. 6. (10) De Fin. 2, 30. (11) Amph. scen. supposit. 2, 54. (12) Att. 2, 15. (13) De Off. 3, 21. (14) Mil. 41, 33. (15) Phorm. 2, 3, 89. (16) Declam. 9, 12. (17) Orat. 51. (18) Catil. 5. (19) De Cl. Orat. 51. (20) De Orat. 2, 22. (21) Hist. 37, 47. (22) De Cl. Orat. 20. (23) De Cl. Orat. 72. (24) De Cl. Orat. 67. (25) Att. 5, 10. (26) Adelph. 4, 2, 1. (27) Att. 6, 3.

** VI. Huc spectant adverbia *eo*, *huc*. Liv. (1) *Eo* CONSUETUDINIS *adducta res est, ut*, etc. Curt. (2) *Huc* MALORUM *ventum est.*

** VII. *Pridie* et *postridie* genitivum et accusativum casum postulant. Cic. (3) *Illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie* EJUS DIEI *fregeramus.* Id. (4) *Pridie* NONAS JUNIAS ... *literas tuas accepi.* Caes. (5) *Postridie* EJUS DIEI *Caesar praesidio utrisque castris, quod satis esse visum est, reliquit.* Cic. (6) *Postridie* LUDOS APOLLINARES.

** VIII. [Adverbium *tunc* cum genitivo *temporis* rarc apud scriptores idoneos reperitur. Justin. (7) *Sed de gente obscura tunc* TEMPORIS *Persarum*, etc.].

§. 169. *Dativus post adverbium*

* I. Quaedam adverbia dandi casum poscunt more eorum, unde deducuntur, ut *congruenter convenienterque naturae* vivere, dicere *congruenter rationi*, *obviam alicui* ire, procedere, prodire. Nam *congruens*, *conveniens*, *obvius* dativo gaudent. Cic. (8) *Non quaero, quid dicat, sed quid convenienter* RATIONI *possit et* SENTENTIAE SUAE *dicere.* Id. (9) CAESARI *ex Hispania* REDEUNTI *obviam longissime processisti.*

§. 170. *Accusativus vel dativus post adverbium*

**I. *Propius*, *proxime* dandi vel accusandi casum exigunt. Cic. (10) *Oportet ... exercitum ... eduxerit, nec propius* URBEM *millia passuum ducenta admoverit.* Sallust. (11) *Hi propius* MARE AFRICUM *agitabant.* Id. (12) *Quod vitium propius* VIRTUTEM *erat.* Liv. (13) *M. Livius, ... si se Mago ex Liguribus propius* URBEM *moveat, obviam ire parat.* Id. (14) *Erat res minime certamini navali similis, proxime* SPECIEM *muros oppugnantium navium.* Cic. (15) *Officium meum esse putavi, exercitum habere quam proxime* HOSTEM. Nep. (16) *Propius* TIBERI, *quam* THERMOPYLIS. Caes. (17) *Quam proxime potest hostium* CASTRIS *castra communit. Propius* jungitur nonnunquam cum praepositione *a* vel *ab*. Cic. (18) *Quinque stellae ... aliae propius* A TERRIS, *aliae remotius ... eadem spatia conficiunt.*

§. 171. *Accusativus vel ablativus post adverbium*

** I. *Abhinc* verbis praeteriti temporis junctum accusativum vel ablativum postulat. Cic. (19) *Horum pater abhinc* DUO *et* VIGINTI ANNOS *est mortuus.* Id. (20) *Quo tempore? abhinc* ANNIS QUATUOR.

§. 172. *Ablativus post adverbium*

* I. Comparativa ablativo gaudent, ut *plus eo*, *eo amplius*. Cic. (21) LACRYMA *nihil citius arescit.* Id. (22) *Nemo est, qui tibi sapientius suadere possit* TE IPSO. Ter. (23) *Annos sexaginta natus es, aut plus* EO, *ut conjicio.* Balb. (24) *Cave putes, hoc tempore plus* ME *quemquam cruciari.*

** II. Post adverbia *plus*, *amplius*, *minus* eleganter subintelligitur conjunctio *quam*. Ter. (25) *Homini misero* PLUS *quingentos colaphos infregit mihi.* Caes. (26) *Cum ipsi non* AMPLIUS *octingentos equites haberent.* Id.

(1) Hist. 25, 8. (2) Hist. 7, 1. (3) Fam. 1, 4. (4) Fam. 3, 4. (5) B. G. 1, 51. (6) Att. 16, 4. (7) Hist. 1, ante med. (8) De Fin. 2, 26. (9) Phil. 2, 32. (10) Phil. 7, 9. (11) Iug. 18. (12) Catil. 11 ap. Prisc. 18, 1173, Putsch. (13) Hist. 29, 5. (14) Hist. 30, 10. (15) Att. 6, 5. (16) Hannib. 8. (17) B. C. 1, 72. (18) De N. D. 1, 31. (19) Verr. act. 2, 2, 9. (20) Pro Rosc. Comoed. 13. (21) De Invent. 1, 56. (22) Fam. 2, 7. (23) Heaut. 1, 1, 10. (24) Ap. Cic. Att. 8, post. ep. 15. (25) Adelph. 2, 1, 46. (26) B. G. 4, 12.

(1) *Eo die* MILITES *sunt paulo minus* SEPTINGENTI *desiderati*. Id. (2) *Amplius* OCTINGENTAE (naves) *uno erant visae tempore.*

** III. Cum iisdem adverbiis junguntur accusativus et ablativus casus *mensuram* significantes; tunc vero casus sunt communes. Liv. (3) *Aberat acies eorum paulo plus* QUINGENTOS PASSUS. Caes. (4) MILLIBUS *amplius* QUINGENTIS (Arduenna silva) *in longitudinem patet.*

§. 173. *Adverbia loci*

I. Adverbia, quibus interrogamus, sunt haec: *ubi*, *unde*, *quo*, *qua*, *quorsum*.

II. Ad interrogationem *ubi* redduntur haec: hic, istic, illic, ibi, inibi, ibidem, alibi, alicubi, ubique, utrobique, ubivis, ubilibet, ubicunque, ubiubi, passim, vulgo, intus, foris, longe, peregre, nusquam.

III. Item supra, subter, infra, ante, post, extra, cum fiunt adverbia. Cic. (5) *Ea perturbatio est omnium rerum ut... nemo sit, quin* UBIVIS, *quam* IBI, UBI *est, esse malit.*

IV. Haec dicuntur adverbia *in loco*, seu quae referuntur *ad quietem*. Quibus sicubi, necubi, noncubi, uspiam, usquam addi possunt, quae quamvis *ad quietem* referuntur, tamen pleraque ad *ubi* non redduntur. Cic. (6) *Sive est illa* (lex) *scripta* USPIAM, *sive* NUSQUAM. Id. (7) *Cum dominatu unius omnia tenerentur, neque esset* USQUAM *consilio aut auctoritati locus.*

V. Ad *unde* redduntur haec: hinc, istinc, illinc, inde, indidem, aliunde, alicunde, undique, undequaque, utrinque; undevis, undelibet, undecunque, undeunde, peregre, eminus, cominus, superne, inferne, intus, foris. Ter. (8) *Videsis, ne quo* HINC *abeas longius.*

VI. Haec appellantur adverbia *de loco*, seu quae referuntur ad *motum de loco*. Quibus accedunt sicunde, necunde, intrinsecus, extrinsecus, forinsecus, funditus, radicitus, stirpitus.

VII. Ad *quo* redduntur haec: huc, istuc, illuc, illo, eo, eodem, aliquo, alio, neutro, utroque, quocumque, quoquo, quovis, quolibet, intro, foras, peregre, longe, nusquam. Ter. (9) *Abi, Parmeno,* INTRO *ac me venisse nuntia.*

VIII. Haec appellantur adverbia *ad locum*, sive quae *motum ad locum* significant. Quibus adjungi possunt siquo, nequo, quoquam, quopiam, usquam, uspiam. Cic. (10) *Nec vero* USQUAM *discedebam*. Id. (11) *O Verrea praeclara!* QUOQUAM *si accessisti, quo non attuleris tecum istum diem?*

IX. Ad *qua* redduntur haec: hac, istac, illac, aliqua, ea, alia, quavis, qualibet, quacumque. Ter. (12) *Plenus rimarum sum:* HAC *atque* ILLAC *perfluo.*

X. Haec vocantur adverbia *per locum*, sive quae referuntur ad *motum per locum*, quibus siqua, nequa addi possunt.

(1) B. G. 7, 51. (2) B. G. 5, 8. (3) Hist. 3', 35. (4) B. G. 6, 29. (5) Fam. 6, 1. (6) De Leg. 1, 15. (7) De Off. 2, 1. (8) Heaut. 1, 2, 38. (9) Hecyr. 3, 1, 34. (10) Phil. 1, 1. (11) Verr. act. 2, 2, 21. (12) Eun. 1, 2, 25.

XI. Ad *quorsum*, idest quem locum versus, redduntur haec: horsum, istorsum, illorsum, aliorsum, deorsum, sursnm, dextrorsnm, sinistrorsum, laevorsum, prorsum, rursum, introrsum vel introrsus, retrorsum vel retrorsus, quoquoversnm vel quoquoversus. Ter. (1) HORSUM *pergunt*. Id. (2) *Sex ego te totos, Parmeno, hos menses quietum reddam, ne* SURSUM, DEORSUM *cursites*. Id. (3) *Trepidari sentio, cursari* RURSUM, PRORSUM; ubi Donatus, *rursum* proprie retro, *prorsum* ante significat: *andar innanzi e indietro*.

XII. Haec dicuntur adverbia *versus locum*. Quibns addi possunt siquorsum, nequorsum, deorsum versus vel deorsum versum, idest deorsnm, sursum versns vel sursum versum, idest sursum. Cic. (4) *Cum gradatim* SURSUM VERSUS *reditur*.

§. 174. UT

* I. *Ut* pro *postquam* indicativum petit. Cic. (5) UT *ab urbe* DISCESSI, *nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem*. Item pro *quomodo* cum quadam admiratione. Cic. (6) *Cnaeus noster (o rem miseram et incredibilem)* UT *totus* JACET! Ter. (7) UT *falsus animi* EST!

* II. *Ut* pro *veluti* similes antecedenti casui sub eodem verbo casus exposcit. Cic. (8) *Me, Catule, oratio Luculli de ipsa re ita movit,* UT DOCTI HOMINIS *et* COPIOSI. Id. (9) *Ea se sola percipere* (dicunt), *quae tactu intimo sentiant,* UT DOLOREM, UT VOLUPTATEM. Id. (10) *Quibus* (verbis), UT ALIIS MULTIS, *consuetudo jam utitur pro latinis*.

* III. Idem dicimus de particulis *tanquam*, *quasi*, *sicut* et similibus. Cic. (11) *Aetatis illius ista fuit laus, tanquam* INNOCENTIAE, *sic latine loquendi*. Id. (12) *Est naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod aegritudine, quasi* TEMPESTATE *quatiatur*. Id. (13) *Me... sicut* ALTERUM PARENTEM *et observat et diligit*.

§. 175. PER, PERQUAM, *etc.*

* I. *Per, perquam, sane, valde, oppido, in primis, cum primis, apprime, admodum, vehementer* et alia id genus fere positivis gaudent. Cic. (14) *Haec quidem est* PERFACILIS *et* PEREXPEDITA *defensio*. Id. (15) *Quod mihi quidem perquam* PUERILE *videri solet*. Id. (16) *Sin ad nos* (servi) *pertinerent, servirent praeterquam oppido* PAUCI. Id. (17) *Erat* (Philodamus) *in primis inter suos* COPIOSUS. Id. (18) *Venit ad Chelidonem C. Mustius homo cum primis* HONESTUS.

§. 176. QUAM

* I. *Quam*, cum admirationi, commiserationi atque interrogationi cum admiratione permixtae servit, positivis jungitur. Cic. (19) *Quam* MULTA, *quae nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum?* Id. (20) *Atqui stirpes sunt aegritudinis quam* MULTAE, *quam* AMARAE!

(1) Hecyr. 3, 4, 36. (2) Eun. 2, 2, 46. (3) Hecyr. 3, 1, 35. (4) Orat. 39. (5) Att. 7, 15. (6) Att. 7, 21. (7) Eun. 2, 2, 43. (8) Acad. 4, 20. (9) Acad. 4, 24. (10) Acad. 1, 7. (11) De Cl. Orat. 74. (12) Tusc. 3, 7. (13) Fam. 5, 8. (14) De Fin. 3, 11. (15) De Orat. 2, 25. (16) Fam. 14, 4. (17) Verr. act. 2, 1, 26. (18) Verr. act. 2, 1, 52. (19) De Amic. 16. (20) Tusc. 3, 34.

* II. *Quam* pro *quantum* positivis praeponitur. Cic. (1) QUAM *sint* MOROSI, *qui amant, vel ex hoc intelligi potest.*

* III. Sequente verbo *possum* superlativis adjungitur. Cic. (2) *Quam* POTUI MAXIMIS *itineribus ad Amanum exercitum duxi.* Id. (3) *Gallinae avesque reliquae... cubilia sibi nidosque construunt, eosque quam* POSSUNT MOLLISSIME, *substernunt.*

* IV. Saepe verbum *possum* desideratur. Cic. fil. (4) *Sed peto a te, ut quam* CELERRIME *mihi librarius mittatur;* hoc est, *quam celerrime fieri potest.* Cic. (5) *Quando unusquisque eorum locorum, quos exposui, sua quaedam membra habet, ea quam* SUBTILISSIME *persequamur.*

*V. *Quam ut* eleganter comparativa sequitur. Cic. (6) *Hoc quoque videtur esse* ALTIUS *quam ut id nos humi strati suspicere possimus.*

*VI. *Quam* pro *valde* superlativis elegantissime adjungitur. Cic. (7) *Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspius* QUAM MAXIMAS, QUAM PRIMUM, QUAM SAEPISSIME *gratias agat.* Nisi forte verbum *possum* lateat, ut sit *quam maximas* pro *quam potest maximas*, etc.

** VII. *Quam* pro *valde* etiam positiva videtur admittere. Caes. (8) *Ab ejus* (cornu) *summo, sicut palmae, rami* QUAM LATE *diffunduntur.*

** VIII. Adverbia *tam* et *quam* verbis etiam conjunguntur, sibique mutuo respondent. Cic. (9) *Xenomenes hospes* TAM *te* DILIGIT, QUAM *si* VIXERIT *tecum.* Sic etiam nomina *talis* et *qualis*, *tantum* et *quantum*, *tot* et *quot* sibi respondent.

§. 177. TAM, QUAM

* I. *Tam* et *quam* positiva frequentissime, superlativa rarius, comparativa rarissime sibi copulant. Cic. (10) *Nemo orator tam* MULTA, *ne in graeco quidem otio, scripsit, quam* MULTA *sunt nostra.* Sallust. (11) *Quam quisque* PESSIME *fecit, tam* MAXIME *tutus est.* Ter. (12) *Namque adolescens quam* MINIMA *in spe situs erit, tam* FACILLIME *boni patris pacem in leges conficiet suas.* Cic. (13) *Per dexteram te istam oro, . . . non tam in bellis et in praeliis, quam in promissis et fide* FIRMIOREM.

** II. Ponitur interdum *tam* separatim cum superlativo. Cic. (14) *Nondum erat vestris tam* GRAVISSIMIS *tamque multis judiciis ignominiisque concisus.* Quod passim usurpandum non videtur.

** III. *Tam, quam* pro *tanto, quanto* raro reperiuntur comparativo juncta. Virg. (15) TAM MAGIS *illa fremens et tristibus effera flammis* - QUAM MAGIS *effuso crudescunt sanguine pugnae.*

§. 178. *Adverbia in* um *et in* o *finita*

* I. Adverbia in *um* positivis gaudent, ut *parum, multum, nimium, tantum, quantum, aliquantum.* Cic. (16) *Quae de fratre meo scribis, sunt ea quidem parum* FIRMA. Id. (17) *Socer hujus vir multum* BONUS *est.* Id. (18) *Sed*

(1) Fam. 7, 15. (2) Fam. 15, 4. (3) De N. D. 2, 52. (4) Ap. Cic. Fam. 16, 21. (5) Topic. 5. (6) De Orat. 3, 6. (7) Fam. 13, 6. (8) B. G. 6, 26. (9) Fam. 16, 5. (10) Orat. 30. (11) Jug. 31. (12) Heaut. 5, 2, 44. (13) Pro Dejot. 3. (14) Phil. 12, 5. (15) Aen. 7, 787. (16) Att. 10, 11. (17) Agrar. 3, 3. (18) De Fin. 2, 27.

in rebus apertissimis nimium LONGI *sumus*. Id. (1) *Quae cogitatio . . . erat aliquantum* LABEFACTATA *atque* CONVULSA.

**II. *Tantum, quantum* non tam nominibus junguntur, quam verbis. Cic. (2) *Gratia tantum* POSSUMUS, *quantum victi*.

*III. *O* finita adverbia comparativo adhaerent, ut multo, paulo, tanto, quanto, aliquanto, nimio, nihilo, hoc vel eo, quo. Exempla supra adduximus lib. II. §. 103, V. in comparativis.

*IV. *Multo* etiam superlativis additur. Cic. (3) *Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiae multo* MOLESTISSIMA.

*V. Item *longe* pro *valde*. Cic. (4) LONGE *post natos homines* IMPROBISSIMUS.

*VI. *Facile*, cum *sine dubio* aut *sine controversia* significat, superlativis gaudet, aut iis quae eorum vim habent. Cic. (5) *Virum unum totius Graeciae* FACILE DOCTISSIMUM, *Platonem . . . in maximis periculis insidiisque esse versatum accepimus*. Id. (6) *Sextus Roscius . . . non modo sui municipii verum etiam ejus vicinitatis* FACILE PRIMUS. Id. (7) *Aulus Cluentius Avitus fuit . . . regionis illius et vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate* FACILE PRINCEPS.

**VII. *Longe* pro *multo* etiam jungitur comparativis. Virg. (8) *At pedibus* LONGE MELIOR *Lycus*.

**VIII. Pro *valde* jungitur et iis nominibus, quae vim superlativi habent. Cic. (9) *Lucius Castronius Paetus*, LONGE PRINCEPS *municipii Lucensis est ... bonus plane vir*. Id. (10) *Hujus* LONGE PRIMUS *civitatis est Epicrates quidam*.

**IX. Praeterea nominibus, quae diversitatem dissimilitudinemque significant, ut *longe alius, dispar, dissimilis*. Cic. (11) *O fortunam* LONGE DISPAREM.

**X. Item adverbiis *aliter, secus, ante, post* et verbis *antecello, praesto, antepono*, quae adverbium *multo* etiam admittunt.

§. 179. DE INTERJECTIONIS CONSTRUCTIONE

*I. *O* tribus casibus adjungitur: nominandi. Ter. (12) *O* VIR FORTIS *atque* AMICUS! Accusandi. Ter. (13) *O* INFELICEM ADOLESCENTULUM, O SCELESTUM PARMENONEM! Cic. (14) *O* ME PERDITUM! *o* AFFLICTUM! Vocandi. Ter. (15) *O* DAVE, *itane contemnor abs te?* Propert. (16) *O me felicem*, O NOX *mihi* CANDIDA!

**II. Interdum o omittitur, cum lenior est affectus. Cic. (17) MISERUM ME! *cum hac me nunc peste atque labe confero?* Id. (18) ME CAECUM, *qui haec ante non viderim!*

*III. *O* non solum, cum adverbium est vocandi, vocativo adhaeret, verum etiam cum est interjectio. Cic. (19) O *paterni generis* OBLITE, *materni vix* MEMOR.

*IV. *Heu* et *proh* modo nominandi vel potius vocandi, modo accusandi casum postulant. Virg. (20) *Heu* PIETAS, *heu* PRISCA FIDES! Horat. (21) *Proh*

(1) Fam. 5, 13. (2) Fam. 4, 7. (3) Divin. Verr. 11. (4) De Cl. Orat. 62. (5) Pro Rab. Post. 9. (6) Pro Rosc. Amer. 6. (7) Pro Cluent. 5. (8) Aen. 9, 556. (9) Fam. 13, 13. (10) Verr. act. 2, 2, 22. (11) Pro Fontejo, 17. (12) Phorm. 2, 2, 10. (13) Eun. 5, 5, 1. (14) Fam. 14, 4. (15) Andr. 3, 2, 12. (16) El. 2, 15, 1. (17) In Pison. 1. (18) Att. 10, 10. (19) In Pison. 26. (20) Aen. 6, 879. (21) Od. 3, 5, 7.

CURIA INVERSIQUE MORES! Cic. (1) *Heu* ME MISERUM! *cur senatum cogor, quem laudavi semper, reprehendere?* Id. (2) *Proh deûm hominumque* FIDEM. Id. (3) *Quae enim res unquam, proh* SANCTE JUPITER! *non modo in hac urbe, sed in omnibus terris est gesta major?*

**V. *Heu* etiam dativo gaudet. Plaut. (4) *Heu* MISERAE MIHI.

**VI. *Hei, vae* dativo gaudent. Ter. (5) *Hei* MISERO MIHI. Id. (6) *Vae* MISERO MIHI.

**VII. *Cedo* et *apage*, cum verba sint imperativi modi, non est, cur interjectionibus adnumerentur: postulant autem accusativum. Cic. (7) *Cedo* TABULAS. Vatin. (8) *Apage* TE *cum nostro Sexto Servilio. Cedo* dativum quoque personae cum accusativo habet. Cic. (9) *Cedo* MIHI LEGES ATINIAS.

§. 180. DE CONJUNCTIONIS CONSTRUCTIONE

*I. Conjunctiones copulativae et disjunctivae, cum ad idem verbum referuntur, similes casus connectunt. Cic. (10) *Quis non dolet interitum talis et* CIVIS *et* VIRI? Id. (11) *Quid de pratorum viriditate aut arborum* ORDINIBUS *aut vinearum olivetorumve* SPECIE *dicam?*

*II. *Quam, nisi, an, praeterquam* eosdem itidem casus copulant. Cic. (12) *An existimas ab ullo me malle mea legi probarique, quam* A TE? Id. (13) *Quem unquam senatus civem, nisi* ME, *nationibus exteris commendavit?* Id. (14) *Refert etiam, qui audiant, senatus an* POPULUS, *an* JUDICES. Id. (15) *Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis praemium virtutis . . . postulo, praeterquam hujus diei* MEMORIAM SEMPITERNAM.

*III. Interdum huic constructioni certa dictionum proprietas obstat: ut fui *Romae* et *Athenis*: vel *Brundusii* aut *Sulmone* mortuus est: emisti ne librum *centusse* an *minoris?* Malim *Panormi* quam *Syracusis* esse. Cui modo jungantur conjunctiones diximus §. 153, II. seqq.

DE FIGURATA CONSTRUCTIONE

§. 181. *Orationis virtutes ac vitia*

**I. Oratio tres virtutes habere debet: ut emendata, ut dilucida, ut ornata sit: quibus virtutibus totidem vitia contraria sunt: nam emendatae barbara, dilucidae obscura, ornatae inornata adversatur.

**II. Duo sunt vitia, quibus oratio barbara atque rustica efficitur, *soloecismus* et *barbarismus*, quae qui pure et emendate loqui volet, omni contentione velis, ut ita dicam, remisque fugiet.

§. 182. *Quid sit soloecismus et quot modis fiat*

**I. *Soloecismus*, constructionis atque emendatae orationis, de qua hactenus egimus, hostis infestissimus, est vitiosa partium orationis compositio.

**II. Is fit quatuor modis; adjectione, cum aliquid orationi contra praecepta grammaticae adjicitur: ut scribo *cum* calamo, ludo *cum* pila. II. De-

(1) Phil. 7, 4. (2) Divin. Verr. 3. (3) Phil. 2, 13. (4) Merc. 4, 3, 2. (5) Heaut. 2, 2,5. (6) Hecyr. 4, 2, 29. (7) Verr. act. 2, 4, 20. (8) Ap. Cic. Fam. 5, 10. (9) Verr. act. 2, 1, 42. (10) Phil. 12, 10. (11) De Sen. 16. (12) Att. 4, 5. (13) Pro Sext. 60. (14) De Orat. 3, 55. (15) Catil. 3, 11.

tractione, cum aliquid eodem modo detrahitur: ut eo forum, pro *in* forum: redeo agro, pro *ex* agro; ne hoc fecit, pro ne hoc *quidem* fecit. III. Transmutatione, cum partium orationis ordo turbatur: ut *quoque* ego, *enim* hoc voluit, *autem* non habuit: ne *quidem* hoc, pro ego quoque, etc. IV. Immutatione, cum pars una orationis pro alia ponitur; ut stulti *grave* ferunt res adversas: *grave* pro graviter, nomen pro adverbio.

**III. Fiunt *soloecismi* etiam per ceteras orationis partes. Item per ea, quae cognata sunt, idest ejusdem generis ac partis, ut eo *intus*, sum *intro*, quid *huc* agis? pro hic: quando *hic* venisti? pro huc; eo *apud* forum, pro in; scripsit ne Cicero hanc orationem *aut* Hortensius? pro an. *Non* feceris cuiquam injuriam, pro *ne*.

**IV. Denique fiunt et per ea, quae partibus orationis accidunt I. per genera, ut sapientes *laeto fronte* res adversas ferunt, pro laeta fronte. II. Per casus, ut quo is? *Romae*, pro Romam; venio *Brundusii*, pro Brundusio. III. Per numeros, ut si unum ad te vocans dicas; *venite*. IV. Per personas, ut si quempiam honoris causa ita alloquaris; *sedeat*, *accedat*, pro sede, accede. V. Per modos, ut peto a te, ut mihi opem *fers*, pro feras. VI. Per tempora, ut vincis, pro *vinces*. VII. Per genera verborum, ut mox *reddam*, pro redibo; ponitur enim activum verbum pro neutro.

**V. Fuerunt, ut ait Quintilianus (1), qui adjectionis vitium pleonasmon, detractionis eclipsin, transmutationis anastrophen appellarint; negantes haec vitia species esse soloecismi. Quorum sententia ita probanda est, si haec ad figuratam orationem pertineant, vel si quando apud probatos scriptores reperiantur.

§. 183. *De Barbarismo*

**I. *Barbarismus*, quem antiquiores romani *rusticum sermonem* appellabant, ut ait Gellius (2), est dictio aut omnino barbara aut latina quidem, sed vitiosa scripto vel pronunciatione barbara omnino et peregrina, ut *perla* pro unione, *aviso* pro admoneo, et alia generis ejusdem. Nonnulla tamen sunt usu recepta: ut Virg. (3) MAPALIA, MAGALIA, verbum punicum; Id. (4) GAZA, persicum; Horat. (5) ACINACES, medicum; Id. (6) PETORRITUM, vehiculum gallicum; Cic. (7) RHEDA; et alia.

** II. Latina dictio vitiosa fit pluribus modis. I. Per genera, ut *gladia* pro gladii. II. Per numeros, ut *scopa* pro scopae, *tritica* pro triticum. III. Per declinationem, ut *vasibus* pro vasis. IV. Per conjugationem, ut *instavi* pro institi, *consumabo* pro consumam, *veneravi* pro veneratus sum, *legebo* pro legam, etc.

** III. Divisione, cum in oratione soluta dividimus conjuncta, ut *siluae* trium, *dissoluo* quatuor syllabarum, pro silvae duarum, dissolvo trium.

** IV. Complexione, cum in soluta oratione divisa conjungimus, ut *Phaeton* pro Phaëton.

** V. Adjectione literae, ut *follium* pro folium; *patrium* pro patrum; *praecor* pro precor; adspirationis, ut *honus* pro onus; temporis cum syllabae

(1) Inst. 1, 5. (2) N. A. 13, 6. (3) Georg. 3, 340; Aen. 1, 421. (4) Aen. 1, 119. (5) Od. 1, 27, 5. (6) Sat. 1, 6, 104. (7) Pro Mil. 20.

brevi, quae unnm tempus habet, additur alterum, quo fiat longa, ut *circumdabo* penultima prodncta, pro circumdabo penultima correpta.

** VI. Detractione literae vel syllabae, ut *santus* pro sanctus; *preest* pro praeest; *tempta* pro contempta; adspirationis, nt *odie* pro hodie; temporis, cnm syllabac longae, quae duo habet tempora, nnnm detrahitnr, ut fiat brevis, ut *fecundata* penultima correpta, pro fecundata penultima producta.

** VII. Immutatione, cum litera una aut syllaba pro alia ponitur, ut *set* pro sed, *munnus* pro mundus.

** VIII. Transmntatione, cum litera aut syllaba e suo loco in alienum transfertnr: nt *interpetror* pro interpretor, *thrao* pro trabo.

** IX. Fiunt denique barbarismi tenore, cum accentu alio pro alio utimur: nt si praepositiones a suis casibns separemus, easque tenore acuto vel inflexo pronunciemus: ut *ad eum*, *ab illo*, *a quibus*, *circum litora;* cum gravi accentu dissimulata distinctione simul cum suis casibns pronunciandae sint, tamquam si una esset vox. De barbarismo vide Quintilianum (1), ex quo hnc pleraque.

** X. Cum leges apud Virgilinm *relliquias* pro rcliquias, *alituum* pro alitum, *extinxèm* pro extinxissem, *relligio* pro religio, *peculi* pro peculii, *steterunt* penultima correpta, *Italiam* prima producta et hisce similia, ne putes principem poëtarum barbarismum fecisse: multa enim poëtis conceduntur, quae ceteris scriptoribns denegantur. Neqne mireris, si apud M. Tullium oratorum principem *liberûm, nummûm, sestertiûm* pro liberorum, nummorum, sestertiorum, *cognoram*, *norunt* aliasque id genus verborum imminutiones offenderis, neque enim barbarismi sunt detractione; siquidem a consuetudine certissima loquendi regula impetratum est, nt etiam oratoribus sic loqui liceret.

§. 184. *Obscurae orationis vitia*

** I. Verba inusitata et a consuetudine quotidiani sermonis remota obscnritatem et tenebras orationi afferunt, ut si qnis *apludam* pro furfure, *bovinari* pro tergiversari, *aula* pro olla, *recentari* pro renasci, *consiliosum* pro prudenti dixerit. Vide Gellium (2). Eandem, ut ait Quintil. (3) obscurat vitium, quod a Graecis *acyron*, a Latinis *improprium* dicitnr, nt *sperare* pro *timere.* Virg. (4) *Hunc ego si potui tantum* SPERARE *dolorem.*

** II. Item ambiguitas, quae *amphibolia* graece appellatnr: idque vel in uno verbo, nt *taurus,* animal ne sit, an mons, an signum in caelo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinetum, non intelligitur: vel in sermone, ut Lachetem andivi percussisse Demeam.

** III. Obscuratur practerea oratio, cum sermoni deest aliquid, qnominus plenus sit; *μείωσις meosis*, hoc est, diminutio, dicitur, quae fit per figuram ellipsim; ut *ille domum recta,* desideratur *contendit:* quanquam multa excusat synecdoche figura verborum.

** IV. Vel contra, cum inani verborum turba atque copiosa loquacitate obruitur oratio, *perissologiam* vocant.

(1) Inst. 1, 5. (2) N. A. 11, 7; et 15, 25; et 4, 9. (3) Inst. 8, 2. (4) Aen. 4, 419.

** V. Impeditur denique sermo, quo minus dilucidus sit, si longa parenthesis interjiciatur, aut si verba confusa permixtaque longius trajiciantur. Horat. (1) *Namque pila lippis inimicum et ludere crudis.* Rectus enim ordo est: Namque pila ludere inimicum lippis et crudis. Quod vitium *synchysis* vel *hyperbaton obscurum*, hoc est, confusa ac perturbata verborum transgressio vocatur. Si haec vitia vitabimus, dilucida erit oratio.

** VI. Cum orationis structura decoris gratia variatur, neglecto simplici sermonis ordine, non vitium est, sed virtus; quae *hyperbaton* appellatur, idest transgressio verborum. Cic. (2) *Animadverti, judices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes:* in duas partes divisam esse simplex erat ordo, sed durus et incomptus.

** VII. Hyperbati sive transgressionis aliquot sunt species, quae elegantiae causa usurpantur.

** VIII. *Anastrophe* est duorum verborum ordo praeposterus: ut *mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum, quibus de rebus.* Anastrophe illa Virgilii (3) URBEM QUAM *statuo, vestra est:* pro quam urbem statuo; item illa Terentii (4) EUNUCHUM QUEM *dedisti nobis, quas turbas dedit:* pro quem eunuchum, etc. admodum dura est et fugienda.

** IX. *Tmesis* est, cum verbum compositum dividitur, aliqua dictione interposita. Cic. (5) PER *mihi* GRATUM *erit, si id curaris ad me perferendum.* Id. (6) *Omnia memoria tenebat* NON *domestica* SOLUM, *sed etiam externa bella.* Ejusdem generis sunt illa: *rem* vero *publicam* penitus amisimus; praeclarum est pro patria *reque publica* mortem oppetere.

**X. *Parenthesis* est brevis sensus sermoni, antequam absolvatur, interjectus. Cic. (7) *O paeclarum custodem ovium* (UT AJUNT) *lupum!* Liv. (8) *Huic pugnae equestri rem* (QUAM VERA SIT, COMMUNIS EXISTIMATIO EST) *mirabilem certe, adjiciunt quidam annales.* Illud vero cavendum diligenter, ne longior parenthesis, neve crebro adhibeatur.

§. 185. *Inornatae orationis vitia*

**I. *Cacophaton* sive *aeschrologus* est, ut definit Diomedes (9), cum orationi subest inverecunda suspicio. Quod fit vel uno verbo vel pluribus vel deformis literarum concursu. Illud animadvertendum ab illustribus scriptoribus censeri cacophaton, quoties *cum* particulam *n* litera sequitur: ut Virg. (10) *Numerum* CUM NAVIBUS *aequet. Cum notis* hominibus; Quintilianus (11) enim dici jubet *cum hominibus notis.* Vide etiam Ciceronem (12). Vitandus igitur harum consonantium concursus in hac particula.

**II. *Tapinosis* est, qua rei magnitudo vel dignitas minuitur; ut si quis *parricidam* hominem *nequam* vocet.

**III. *Macrologia* est longior, quam oporteat, sermo. Liv. (13) *Legati, non impetrata pace,* RETRO *domum,* UNDE VENERANT, *abierunt.*

**IV. *Tautologia* est ejusdem verbi aut sermonis iteratio sine causa. Verbi; ut nam, cujus *rationis ratio* non exstat, ei *rationi* ratio non est fidem ha-

(1) Sat. 1, 5, 49. (2) Pro Cluent. 1. (3) Aen. 1, 573. (4) Eun. 4, 3, 11. (5) Att. 5, 10. (6) De Senect. 4. (7) Phil. 3, 11. (8) Hist. 23, 48. (9) Lib. 2, 446, Putsch. (10) Aen. 1, 193; vide Servium in hunc locum. (11) Inst. 8, 3. (12) Orat. 45; et Fam. 9, 22. (13) Ap. Quintil. 8, 3.

bere. Sermonis; ut ibant, qua poterant, *qua non poterant, non ibant.* Hanc alii *battologiam* appellant a Batto garrulo pastore; cujus battologiam expressit Ovidius (1). *Sub illis montibus, inquit, erant; et* ERANT SUB MONTIBUS ILLIS.

**V. Vitanda est nimia ejusdem literae assiduitas; ut *Quidquam quispiam cuiquam, quod* convenit, neget?

**VI. *Pleonasmus* est vitium, cum supervacaneis verbis oneratur oratio; ut *ego oculis meis* vidi; satis est enim *vidi.*

**VII. Cavendum etiam diligenter est, ne consonantes aspere concurrant, ut *s* ultima cum *x* proxima, ut *exercitus Xerxis.* Durior etiam fit concursus, si utraque seipsam sequatur, ut *ars studiorum, rex Xerxes.*

**VIII. Vitandi et crebri vocalium concursus, qui vastam et hiantem orationem reddunt, ut *baccae aeneae amoenissimae impendebant: viro optimo obtemperasti olim.*

**IX. Illud quoque vitium est, si multae voces ejusdem exitus in unum locum congerantur: ut *flentes, plorantes, lacrymantes, obtestantes.*

**X. Et si verbi prioris ultimae syllabae sint primae sequentis; ut (2) *O fortunatam natam,* me consule, Romam.

**XI. Si quando puer apud graves scriptores aliquid offenderit, quod supervacaneum aut otiosum esse videatur, ne id sine causa factum putet. Adduntur enim interdum quaedam affirmationis gratia. Ter. (3) HISCE OCULIS *egomet vidi.* Virg. (4) *Vocemque* HIS AURIBUS *hausi.*

**XII. Adduntur et alia, quae aut consuetudine aut auctoritate aut vetustate aut necessitate denique excusantur. Cic. (5) *Ubi* TERRARUM *esses, ne suspicabar quidem.* Id. (6) *Tu abes longe* GENTIUM. Id. (7) *Ceteri heredes adeunt* AD *Verrem.* Id. (8) *Impetrant,* UT *ne jurent.* Id. (9) *Diem scito esse nullum, quo* DIE *non dicam pro reo.*

§. 186. *Quid sit figurata constructio, quid figura.*

**I. Cum apud viros doctos et qui pure loquendi laude floruerunt, aliquid legerimus, quod grammaticorum legibus repugnare videatur, non continuo existimabimus eos soloecismum fecisse; cum ipsorum auctoritate testimoniisque soleant grammatici ipsi sua praecepta confirmare. Nam sunt quaedam, quae faciem quidem soloecismi habent, vitiosa tamen non sunt. Hoc novum loquendi genus figura verborum aut sermonis aut orationis sive, ut Graeci loquuntur, σχῆμα λέξεως appellatur. Est enim figura nova loquendi ratio a trito et vulgari sermone remota, quae fere ratione aliqua usuve disertorum nititur.

§. 187. *Archaismus*

** I. Archaismus est loquendi genus a prisca vetustate frequentatum vel in usu vocum singularum vel in vocum junctura sive syntaxi.

(1) Metam. 2, 702: alii aliter legunt. (2) In Fragm. poët. et Ap. Quintil. Inst. 9, 4. (3) Adelph. 3, 2, 31. (4) Aen. 4, 359. (5) Att. 5, 10. (6) Att. 6, 3. (7) Verr. act. 2, 1, 47. (8) Verr. loco cit. (9) Ad Q. Fr. 3, 3.

**I. [Nominativum graecum in *as* et *es* primae declinationis Latini veteres per *a* malebant efferre, ut *Aenea*, *Anchisa* pro *Aeneas*, *Anchises*, ut docet Quintil. (1). Hinc nominandi casu Propert. (2) ATRIDA, Cic. (3) HERMAGORA dixit: vocandi casu *Atrida* Hor. (4) *Nequis humasse velit Ajacem* ATRIDA *vetas cur?* eodem casu o APELLA pro *Apelles* Plaut. (5).]

**II. [Priscis temporibus genitivus singularis latinus etiam in *as* syllabam terminabatur. Virg. (6) *Nihil illa nec* AURAS - *Nec sonitus memor.* Vide ibi Servium et Asperum. Quare etiam nunc dicitur *paterfamilias, materfamilias, filiusfamilias.* Livius (7) tamen PATRISFAMILIAE maluit dicere.]

**III. [*Aulai*, *pictai*, *terrai*, *frugiferai* et similes interrogandi casus pro *aulae*, etc. frequentes sunt apud Lucretium, interdum apud Virgilium, et alios poëtas. Virg. (8) *Dives equûm*, *dives* PICTAI *vestis et auri.* Vix nunc in carmine usurpaverim.]

**IV. [*Alter*, *alius* et cetera adjectiva anomala in genitivo et dativo singulari priscis temporibus usitatam ac tritam declinandi rationem servabant. Ter. (9) *Hoc ipsa in itinere* ALTERAE *dum narrat, forte audivi.* Varr. (10) *Institutum ... ut ex caprino genere ad* ALII *Dei aram sacrificaretur, ad* ALII *non sacrificaretur.* Cic. (11) ALIAE *pecudis.* Gell. (12) *Emoriantur repente haec omnia nulli* ALIAE *causae obnoxia.* Cat. (13) SOLI *Lucilii Manilii beneficium gratum fuit.* Ter. (14) *Mihi* SOLAE *ridiculo fuit.* Auct. ad Herenn. (15) *Non enim res* TOTAE *rei necesse est similis sit.* Catull. (16) *Nec pili* (hanc) *facit* UNI. Lucr. (17) *Efficitur quiddam quadratum* UNAEQUE *figurae.* Varr. (18) *Singula jugera quaternis operis* UNO *operario ad conficiendum satis esse.* Cat. (19) UNAE *fibulae locum facito.* Plaut. (20) *Quasi vero corpori reliqueris tuo potestatem coloris* ULLI *capiendi.* Lucr. (21) *Neque sunt igni simulata neque* ULLAE - *Praeterea reii.* Ter. (22) *Quandoquidem tam iners, tam* NULLI *consili sum.* Lucr. (23) *Et potius* NULLAE *sibi turpis consciu'rei.* Varr. (24) *In declinationibus voluntariis maris, foeminae et* NEUTRI. Vide Priscianum (25), Charisium (26), et Donatum (27).]

**V. [*Alteruter* interdum flectebatur quoad utramque sui partem, adeo ut doceat Priscianus (28) reperiri usurpata *alterautra, alteriusutrius* a Cicerone, *alterumutrum* ab aliis.]

**VI. [Nominativus multitudinis declinationis secundae priscis temporibus *ei* diphthongo terminabatur *captivei*, *liberei*, ut a genitivo singulari *captivi*, *liberi*, differret. Vide Gell. (29) et Quintil. (30).]

**VII. [*Iter*, *anceps*, *biceps*, *praeceps*, *supellex* apud priscos Latinos nominandi casu habuerunt *itiner*, *ancipes*, *bicipes*, *praecipes*, *supellectilis* ut docet Charisius (31), vel, ut quidam putant, *supellectile.* Plaut. (32) *Quin tu*

(1) Inst. 1, 5. (2) El. 2, 14, 1. (3) Ap. Quintil. 1, 5. (4) Sat. 2, 3, 187. (5) Poen. 5, 4, 101. (6) Aen. 11, 801. (7) Hist. 1, 45. (8) Aen. 9, 26. (9) Heaut. 2, 3, 30. (10) R. R. 1, 2. (11) De Divin. 2, 13. (12) N. A. 9, 4. (13) Orig. I, ap. Prisc. 6, 694 Putsch. (14) Eun. 5, 7, 5. (15) Rhet. 4 sub fin. (16) Carm. 17, 17. (17) De N. R. 2, 778. (18) R. R. 18. (19) R. R. 19. (20) Truc. 2, 2, 37. (21) De N. R. 1, 688. (22) Andr. 3, 5, 2. (23) De N. R. 6, 392. (24) De L. L. 8, 38. (25) Lib. 6, 678 et 694 et 13, 959, Putsch. (26) Lib. 2, 132, Putsch. (27) In Ter. Andr. 3, 5, 2. (28) Lib. 5, 667 et 6, 693, Putsch. (29) N. A. 13, 24. (30) Inst. 1, 7. (31) Lib. I, 67 et 117, Putsch. (32) Merc. 5, 2, 8.

ergo ITINER *exsequi meum me sinis?* Lucr. (1) ITINERQUE *sequatur*. Plaut. (2) *Saliam in puteum* PRAECIPES. Hinc habes cur in genitivo crescant duabus syllabis.]

**VIII. [Graeca nomina foeminina *Calypso, Dido* prisci *Calypsonis, Didonis* declinabant; vide Prisc. (3). Quintilianus (4) *Nunc recentiores*, inquit, *instituerunt graecis nominibus graecas declinationes potius dare: quod tamen ipsum non semper fieri potest. Mihi autem placet latinam rationem sequi, quousque patitur decor; neque enim jam* CALYPSONEM *dixerim ut* JUNONEM, *quanquam secutus antiquos C. Caesar utitur hac ratione declinandi; sed auctoritatem consuetudo superavit.* Hanc veterum declinandi rationem Phocas (5) adeo reprehendit, ut errare eos censeat dicique velit *Dido, Didois, Didoi, Didoēm, ab hac Didoē*. At contra probat eam Charisius (6): et Probus (7) tum graecam rationem in *us* tum latinam in *onis* recipit, *Dido Didus, Dido Didonis.*]

**IX. [Accusativus multitudinis declinationis tertiae exiit in *is* vel *eis* cum genitivus certorum nominum desinit in *ium*, ut *omnis, urbis*, vel *omneis, urbeis*; uter alteri sit praeferendus, judicabunt aures. Vide Gellium (8).]

**X. [Genitivus singularis declinationis quartae interdum in *i* literam terminabatur, ut *ornati, tumulti*. Ter. (9) *In aedibus nihil* ORNATI, *nihil* TUMULTI. Saepe etiam desinebat in *uis* ut *Senatuis, anuis, domuis, fluctuis*, pro *Senatus, anus, domus, fluctus*. Ter. (10) *Ejus anuis causa*. Apud vetustissimos exiit et in *uos*; hinc in decreto de Bacchanalibus ter legimus *Senatuos* pro *Senatus*.]

**XI. [Dativus ejusdem declinationis priscis saeculis etiam in *u* exibat. Virg. (11) *Parce* METU *Cytherea*. Id. (12) *Aliae* VICTU *invigilant*. Propert. (13) *Solus - Tantaleae poterit tradere poma* MANU. Sic *anu* etc. Vide Gellium (14).]

**XII. [Genitivus et dativus singularis declinationis quintae aliquando exibant in *e*. Horat. (15) *Prodiderit commissa* FIDE. Ovid. (16) *Prima* FIDE *vocisque ratae tentamina sumpsit-Caerula Liriope*. Id. (17) *Utque* FIDE *pignus dextras utriusque poposcit*. Sallust. (18) *Vix decima parte* DIE *reliqua*, idest *diei*. Vide Priscianum (19).]

**XIII. [Genitivus exiit et in duplex *ii*. Virg. (20) *Munera laetitiamque* DII: hoc est *diei*. Sic olim *pernicii, progenii, acii* pro *perniciei, progeniei, aciei*. Vide Gell. (21).]

**XIV. [Sunt qui putant genitivum exisse et in *es*. Virg. (22) *Libra* DIES *somnique pares ubi fecerit horas*. Sed praeter quam quod alii *die* vel *dii* legunt, miror neminem adhuc advertisse, *dies* commode haberi posse ut accusativum pluralem.]

**XV. [Veteres genitivum *mis, tis* pro *mei, tui*, usurparunt. Plaut. (23) *Quia* TIS *egeat, quia te careat*. Serv. (24). *Possumus*, inquit, *dicere mei cau-*

(1) De N. R. 6, 338. (2) In frag. ap. Prisc. 6, 724, Putsch. (3) Lib. 6, 685, Putsch. (4) Inst. 1, 5. (5) P. 1704, Putsch. (6) Lib. 1, 47, Putsch. (7) Lib. 2, 1449, Putsch. (8) N. A. 13, 19. (9) Andr. 3, 2, 28. (10) Heaut. 2, 3, 46. (11) Aen. 1, 257. (12) Georg. 4, 158. (13) El. 2, 1, 65. (14) N. A. 4, 16. (15) Sat. 1, 3, 95. (16) Metam. 3, 341. (17) Metam. 6, 506. (18) Ap. Gell. 9, 14. (19) Lib. 7, 781, Putsch. (20) Aen. 1, 636, ut legit Gellius N. A. 9, 14. (21) N. A. 9, 14. (22) Georg. 1, 208. (23) Mil. 4, 2, 42. (24) In 2. edit. Donat. 1786, Putsch.

sa a te peto: et MIS *causa,* TIS *causa a te peto; sed* MIS et TIS *de usu recesserunt.* Quintilianus etiam (1) *olli, quianam, pone et* MIS recenset inter vocabula, quibus dignitatem dat antiquitas.]

**XVI. [*Ipsus* pro *ipse* passim occurrit apud Terentium et Plautum. Verum ab usu recessit.]

**XVII. [Prisci *hic* et *haec nostratis, vestratis, Arpinatis, Privernatis* et similia etiam dicebant pro *nostras, vestras, Arpinas, Privernas.* Cat. (2) *Si quis mortuus est* ARPINATIS, *ejus haeredem sacra non sequuntur.* Neutrum (ut placet grammaticis) desinebat in *e*, *Privernate* etc. Verum eruditius saeculum maluit una figura omnia complecti genera; *hic, haec, hoc Arpinas* etiam in neutro genere. Liv. (3) *Eodem anno* PRIVERNAS *bellum initum.* Cic. (4) *In quo* (Ponte Tireno) *flexus est ad iter* ARPINAS. Sextus tamen horum casus saepius in *e* desinit *Arpinate, Privernate*, etc.]

**XVIII. [A substantivis interdum risus gratia Plautus (5) superlativum fingit: *O patrue, o patrue mi,* PATRUISSUME! Et a gentili *Poenus* format (6) POENIOR. Gellius (7) a *plautinus* PLAUTINISSIMUS. Catullus (8) a substantivo *cinaedus* CINAEDIOREM. A pronomine *ipse* graeco more IPSISSIMUS Plaut. (9).]

**XIX. [MIRIFICISSIMUS a *mirificus* duxit Terentius (10), PARVISSIMUS a *parvus* Lucretius (11), PROXIMIOR a *proximus* Seneca (12), POSTREMISSIMUS a *postremus* Caius Gracchus (13). Cave, imiteris.]

§. 189. *Archaismus conjugatione*

**I. [Imperfectum quartae conjugationis *audiebam*, etc. saepe *e* litera imminutum a veteribus usurpari testantur Diom. (14), et Prisc. (15): hinc Virg. (16) LENIBANT *curas.* Id. (17) *Cervus erat... Tyrrhidae pueri quem matris ab ubere raptum* - NUTRIBANT *Tyrrheusque pater.* Id. (18) *Auro* INSIGNIBAT. Et (19) *Tum mihi prima genas* VESTIBAT *flore juventa.* Et (20) *Turbatae Palladis arma - Certatim squamis serpentum auroque* POLIBANT. Et (21) *Infula cui* (Aemonidae) *sacra* REDIMIBAT *tempora vitta.* Catull. (22) AUDIBANT *eadem haec leniter et leviter.* Ter. (23) *Te mihi fidelem esse aeque, atque egomet sum mihi,* SCIBAM. Et rursum. (24) *A primo homo* INSANIBAT. Plaut. (25) PRAESAGIBAT *mihi animus, frustra me ire.* Id. (26) SERVIBAS *mihi.* Et ejusmodi apud poëtas non pauca, quae minime ipse tibi in soluta praesertim oratione permiserim.]

** II. [Futurum ejusdem quartae in *am*, ut *audiam;* sed et in *ibo* poëtae praesertim comici interdum usurpant. Ter. (27) *Chrem. Cave resciscat quisquam. Sophron. Nemo ex me* SCIBIT. Plaut. (28) *Nunquam* AUDIBIS *verba tot tam suavia:* quin etiam Horat. (29) MOLLIBIT *aversos penates*, et Propert. (30) LENIBUNT *tacito vulnera nostra situ.* Sic apud Nonium (31) inve-

(1) Inst. 8, 3. (2) Orig. ap. Prisc. 4, 629, Putsch. (3) Hist. 8, 19. (4) Att. 16, 13. (5) Poen. 5, 4, 24. (6) Poen. 5, 2, 31. (7) N. A. 3, 3. (8) Carm. 10, 24. (9) Trin. 4, 2, 146. (10) Phorm. 5, 6, 31. (11) De N. R. 3, 200. (12) Ep. 108, ante med. (13) Ap. Gell. 15, 12. (14) Lib. 1, 342, Putsch. (15) Lib. 9, 845, Putsch. (16) Aen. 4, 528. (17) Aen. 7, 483. (18) Aen. 7, 790. (19) Aen. 8, 160. (20) Aen. 8, 436. (21) Aen. 10, 538. (22) Carm. 84, 8. (23) Phorm. 4, 1, 16. (24) Phorm. 4, 3, 87. (25) Aulul. 2, 2, 1. (26) Capt. 2, 1, 50. (27) Phorm. 5, 1, 38. (28) Poen. 1, 2, 97. (29) Od. 3, 23, 19. (30) El. 3, 21, 32. (31) Lib. 10, 15 et 25.

nies *aperibo*, *operibo* et alia, quae a poëtis raro usurpata jam exoleverunt, eaque ne in carmine quidem facile permiserim.]

** III. [Futurum perfectum primae conjugationis apud priscos *asso* syllabis terminabatur, ut *amasso amassis*. Plaut. (1) *Si me* IRRITASSIS, *hodie lumbifragium hinc auferes*. Id. (2) AMASSIS dixit pro *amaveris*. Id. (3) COMMONSTRASSO; rursum (4) *Verbo cave* SUPPLICASSIS. Apud Cic. (5) INTERROGASSIT, JUDICASSIT, IMPERASSIT, CREASSIT, LOCASSIT et passive TURBASSITUR; et Ennius apud Cic. (6) *Curamve* LEVASSO.]

** IV. [Secundae conjugationis in *esso*, ut *habesso*. Cic. (7) *Separatim nemo* HABESSIT *Deos. Prohibesso*. Id. (8) *Ni par majorve potestas populusve* PROHIBESSIT. Plaut. (9) *Non pedem discedat, si* LICESSIT; idest *licuerit*. Lucr. (10) *Magis hanc* COHIBESSIT, idest *cohibuerit*. JUSSO autem pro *jussero* apud Virg. (11) antiquum esse ait Servius (12).]

** V. [Tertiae in *im*, ut *faxim, ausim, eduim, perduim, duim*. Plaut. (13) *Si istuc, quod dicis*, FAXIS: idest *feceris*. Huc pertinent etiam, quae sequuntur: pleraque tamen eorum non sunt in usu.]

** VI. [*Edim, edis, edit:* plur. *edimus, editis, edint* pro *edam, edas*, etc. io mangi. Caecil. (14) *Nihilne tibi esse quod* EDIM? idest *edam*. Plaut. (15) *Miser homo est, qui ipse sibi quod* EDIT *quaerit et aegre invenit*. Novius (16) *Quod* EDITIS (idest *quod edatis*) *nihil est*. Plaut. (17) *Quanquam sumus pauperculi, est domi, quod* EDIMUS idest *edamus*.]

** VII. [*Comedim, comedis*, etc. pro *comedam, comedas*, io mangi. Cic. (18) *Cura si me amas, ut valeas, ne ego, te jacente, bona tua* COMEDIM, alii legunt *comedam*. Plaut. (19): *Quod* COMEDIM *congreget pater*.]

** VIII. [*Faxim, faxis, faxit:* plur. *faxitis, faxint* pro *faciam, fecero* vel *fecerim*. FAXIM Plaut. (20) FAXIS Ter. (21); *faxit* Cic. (22) *Qui secus* FAXIT. FAXITIS. Liv. (23), FAXINT. Cic. (24) et Ter. (25).]

** IX. [*Ausim, ausis, ausit*, idest *audeam* seu *ausus ero, fuero* vel *fuerim*. Liv. (26) *Nec satis scio, nec si sciam, dicere* AUSIM.]

** X. [*Auxim, auxis*, idest *augeam*. Liv. (27) *Ea vos omnia bene juvetis: bonis auctibus* AUXITIS.]

** XI. [AXIM pro *egerim*. Non. (28), AXIT pro *egerit*. Festus (29).]

** XII. [*Duim, duis, duit, duint*, pro *dem, des, det, dent* aut *dederim, dederis, dederit, dederint*. DUIS pro *dederis*. Liv. (30) et Fest. (31), DUIT pro *det*. Plaut. (32), DUINT pro *dent*. Ter. (33).]

** XIII. [*Perduim, perduis, perduit* pro *perdam*. PERDUIS Plaut. (34), PERDUINT. Ter. (35).]

(1) Amph. 1, 1, 298. (2) Mil. 4, 5, 16. (3) Epid. 3, 4, 5. (4) Asin. 2, 4, 61. (5) De Legib. 3, 3, 4. (6) De Senect. 1. (7) De Legib. 2, 8. (8) De Legib. 3, 3. (9) Asin. 3, 3, 13. (10) De N. R. 3, 445. (11) Aen. 11, 467. (12) In hunc locum. (13) Asin. 3, 3, 22. (14) Ap. Non. 10, 18. (15) Capt. 3, 1, 1. (16) Ap. Non. 10, 18. (17) Poen. 3, 1, 33. (18) Fam. 9, 20, ap. Non. 2, 104. (19) Bacch. 4, 4, 91. (20) Amph. 1, 3, 1, 3, et Trin. 1, 2, 184. (21) Andr. 4, 4, 14 et Heaut. 1. 2, 13. (22) De Legib. 2, 8. (23) Hist. 29, 27. (24) Att. 16, 1. (25) Heaut. 1, 1, 109. (26) Hist. 1, 1. (27) Hist. 29, 27. (28) Ex Pacuv. 10, 7. (29) In *Axitiosi*. (30) Hist. 10, 19. (31) In *Duis*. (32) Aulul. 1, 1, 23. (33) Andr. 4, 1, 42 et Phorm. 4, 5, 1. (34) Amph. 2, 2, 215. (35) Heaut. 4, 6, 7, et Phorm. 1, 2, 73.

** XIV. [*Creduim, creduis, creduit* pro *crediderim, credideris, crediderit.* Plaut. (1) *Nunquam edepol tu mihi divini quicquam* CREDUIS *post hunc diem.* Id. (2) *Nunquam edepol mihi quisquam homo mortalis posthac duarum rerum* CREDUIT. Similiter dicitur ab eodem (3) *creduam, creduas, creduat* pro *credam, credas, credat.*]

** XV. [A prisco futuro perfecto in *asso* formabant veteres infiniti futurum *assere*, ut *expugnassere, impetrassere*, hoc est *expugnaturum, impetraturum esse.* Plaut. (4) *Sese igitur summa vi virisque eorum oppidum* EXPUGNASSERE. Id. (5) *Credo te facile* IMPETRASSERE. Id. (6) *Illum confido domum in his diebus me* RECONCILIASSERE.]

** XVI. [In tertiae quartaeque conjugationis gerundiis in *di, do, dum* ac participiis ejusdem flexionis in *dus* veteres *e* penultimae syllabae per *u* efferebant. Ter. (7) *Nam in prologis* SCRIBUNDIS *operam abutitur*, idest *in scribendis prologis.* Id. (8) *Dii date facultatem, obsecro, huic* PARIUNDI, pro *pariendi.* Apud Plautum haec crebra sunt et apud Sallustium antiquitatis affectatorem: (9) *Hunc* (Catilinam) *post dominationem Lucii Sullae lubido maxuma invaserat reipublicae* CAPIUNDAE. Id. (10) *Anxius erat* (Cicero), *in maxumo scelere tantis civibus deprehensis, quid facto opus esset; poenam illorum sibi oneri, impunitatem* PERDUNDAE *reipublicae fore.* Id. (11) *Tanta vis hominis* (Crassi) LENIUNDA *magis, quam exagitanda videbatur.* Alii quoque scriptores interdum. Liv. (12) *In nos quid arma polleant vestra, si patiendo* EXPERIUNDUM *est, inermes experiemur.* Cic. (13) *In consiliis* CAPIUNDIS. Id. (14) *Existimavi tamen esse* FACIUNDUM. Id. (15) *Homines inermes, qui ad constitutum* EXPERIUNDI *juris gratia venissent.* Ita haec Ciceronis exempla leguntur in libris aldinis, manutianis, lambinianis, etc. Sic *rei gerundae*, etc. ex quo nonnulli gerundia dicta esse arbitrantur.

** XVII. [Hinc apud jurisconsultos, qui veterum edicta legesque interpretati sunt, exstant in pandectis tituli, *communi* DIVIDUNDO, *ad legem Juliam de* REPETUNDIS, *familiae* HERCISCUNDAE; idest *rei hereditariae dividendae.* Quas veterum loquendi formulas Cicero aliique scriptores nunquam sibi putarunt immutandas. Cic. (16) *Quod jus statues communi* DIVIDUNDO. Id. (17) *Etiamne .... C. Caesaris legem de pecuniis* REPETUNDIS (Vatinius) *non putat esse legem?* Id. (18) *Si quis apud me te, T. Atti, reum velit facere, clames te lege pecuniarum* REPETUNDARUM *non teneri.* Et (19) *Nomine heredis arbitrum familiae* HERCISCUNDAE (Aebutius) *postulavit.* Et (20) HERCISCUNDAE *familiae causam agere non possit.* Rursum (21) *Juris* DICUNDI. Denique (22) *Scitis Cn. Sertium, M. Modium ... dixisse, se isti pecuniam ob jus* DICUNDUM *dedisse;* et ejus generis alia. Haec de verborum conjugatione apud priscos latinos in universum innuisse sufficiat; nunc de certis verbis aliquid singillatim annotemus.]

(1) Amph. 2, 2, 40. (2) Truc. 2, 2, 52. (3) Poen. 3, 5, 2 et Trin. 3, 1, 5, et Bacch. 4, 8, 6. (4) Amph. 1, 1, 55. (5) Mil. 4, 4, 35. (6) Capt. 1, 2, 64. (7) Andr. prol. 5. (8) Andr. 1, 4, 5. (9) Catil. 5. (10) Catil. 46. (11) Catil. 48. (12) Hist. 6, 26. (13) Fam. 9, 14. (14) Fam. 2, 19. (15) Pro Caecin. 12. (16) Fam. 7, 12. (17) Pro Sext. 64. (18) Pro Cluent. 53. (19) Pro Caecin. 7. (20) De Orat. 1, 56. (21) Pro Mur. 20. (22) Verr. act. 2, 2, 84.

** XVIII. [*Sum*, cuius verbi conjugatio habetur §. 38. ab antiquis verbis *esum*, *fuo*, *forem* conflatur. De primo Varro (1) *Sum*, inquit, *quod nunc dicitur, dicebatur* ESUM. Hinc *es*, *est*, *eram*, *essem* et alia quae ab *e* inchoantur: hinc priscis *estunto* pro *sunto*. Cic. (2) *Ast quando duellum gravius*, *discordiaeve civium* ESTUNTO. . . . *genus idem juris*, *quod duo consules*, *teneto*. De secundo Virg. (3) *Tros Rutulusve* FUAT, *nullo discrimine habebo*, idest *sit*. Plaut. (4) *Caveto mihi iratus* FUAS. Hinc *fui*, *fueram*, *futurus* et alia. A tertio est *forem*, quod est *essem*, et *fore*, quod est *futurum esse*, quamvis interdum *esse* significet, ut diximus §. 155, XXXVII.]

** XIX. [Conjunctivi praesens plenum est *siem*, *sies*, *siet*, quo passim utuntur Plaut. ac Ter. et interdum alii; hinc *possiem* apud eosdem. Nunc utimur imminuto *sim*, *sis*, *sit*. Cic. (5) SIET, inquit, *plenum est*, SIT *imminutum*.]

** XX. [Participium praesentis temporis *ens* formavit Sergius Flavius, quod durum quidem, minime tamen aspernandum censet Quintil. (6): tu cave illud usurpes, si eleganter loqui velis.]

** XXI. [*A possum*, *potessem*, *potesse* dicebant prisci pro *possem*, *posse*. Plaut. (7) *Censen' talentum magnum exorari* POTESSE *ab isthoc sene?* Ter. (8) *Nihil* POTESSE.]

** XXII. [Priscis etiam apud Nonium (9) ac Diomedem (10) passiva vox hujus verbi erat *potestur*, *poteratur*, *possetur*. Lucr. (11) *Quod tamen expleri nulla ratione* POTESTUR. Sic aliqui illud Virg. (12) legunt: *Quod fieri ferro liquidove* POTESTUR *electro;* rectius tamen *potest* legitur, ut sit versus spondaicus cum *electrum* primam producat graece ἤλεκτρον: Ovid. (13) *De ramis* ELECTRA *novis*.]

** XXIII. [Eadem plane ratione passiva voce *quitur*, *queuntur*, *queatur*, *quitus sum* dicebant veteres auctore Diomede (14) Sic etiam *nequitur* et *nequitum est* apud Festum (15). Lucr. (16) *Dum veniant aliae* (atomi) *ac suppleri summa* QUEATUR. Ter. (17) *Forma in tenebris nosci non* QUITA EST. Vide ibi Donatum.]

**XXIV. [Pro verbis *nolo* et *malo* apud Plautum invenies *mavolo*, et *nevolo* atque ex his *mavellem*, *mavelim;* *nevis*, *nevult*, et alias voces (18); *Char. Filiam meam tibi desponsatam esse audio. Lys. Nisi tu* NEVIS.]

**XXV. [Verbum *Eo* in futuro imperfecto aliqui inflexerunt ad legem verbi *audio*. Sic sunt qui legunt apud Tibullum (19) TRANSIET *aetas* pro *transibit*, et apud Senecam (20) *Nullam* INIET *gratiam*, pro *inibit*. Haec tamen loca et his similia, utpote dubiae lectionis et cum probata consuetudine pugnantia vix censuerim imitanda.]

**XXVI. [Imperativum verborum *dico*, *duco*, *facio*, *fero*, veteres plene efferebant *dice*, *duce*, *face*, *fere*. Plaut. (21) DICE, *demonstra*, *praecipe*, *quae ad patrem vis nuntiari*. Quare et in composito Virg. (22) *Tu*; *Voluse*, *ar-*

(1) De L. L, 8, 57. (2) De Legg. 3, 3, (3) Aen. 10, 108. (4) Capt. 2, 5, 71. (5) Orat. 47. (6) Inst. 8, 3. (7) Aulul. 2, 4, 30. (8) Eun. 4, 3, 24. (9) L. 10, 30. (10) Lib. 1, 380 et 381, Putsch. (11) De N. R. 3, 1023. (12) Aen. 8, 402. (13) Metam. 2, 365. (14) Lib. 1, 380 et 381, Putsch. (15) De Signific. verb. in his vocibus. (16) De N. R. 1, 1044. (17) Hecyr. 4, 1, 57. (18) Trin. 5, 2, 32. (19) El. 1, 4, 27. (al. 23.) (20) De Benef. 2, 1. (21) Capt. 2, 2, 109. (22) Aen. 11, 463.

mari Volscorum EDICE *maniplis*, pro *edic.* Plaut. (1) DUCE *me, amabo.* Ter. (2) *Tu illas abi et* TRADUCE. Id. (3) *Hunc* ABDUCE. Apud poetas etiam *face*. Ter. (4) *Nos missos* FACE. Ovid. (5) FACE *expectes*, ut veteres legunt codices. Id. (6) *Jane*, FACE *aeternos pacem pacisque ministros.* Rursum (7) *Verba* FACE, *ut vita, quam dedit ipse, fruar.* Auctor hic Aldus et alii.]

**XXVII. [Praeter verbum *coepi* apud priscos fuit in usu etiam *coepio* in temporibus infectis. Plaut. (8) *Lites* COEPIO. Id. (9) *Ubi nihil habeat, alium quaestum* COEPIAT. Hinc Ter. (10) *Prius olfecissem, quam ille quicquam* COEPERET, idest *inciperet*. Ita hic legit Priscianus. (11).]

**XXVIII. [*Quaeso*, praeter primam personam pluralem praesentis *quaesumus*, alias olim habuit voces. Lucr. (12) *Non divûm pacem votis adit, ac prece* QUAESIT - *Ventorum pavidus paces, animasque secundas?* Phocas (13) ait *quaesere* apud Sallustium et Tullium lectum esse.]

§. 190. *Archaismus constructione*

**I. [Adiectivum numero dissentiens a substantivo. Ter. (14) *Nescio quid profecto* ABSENTE NOBIS *turbatum est domi*; h. e. *absentibus nobis.*]

**II. [Nominativus pro genitivo cum verbo *poenitet*. Plaut. (15) *Et me quidem haec* CONDITIO *nunc non poenitet:* h. e. *huius conditionis.*].

**III. [Genitivus pro alio casu additus verbis *fastidio, studeo, careo, abundo, scateo*, vel *scato, vereor*. Plaut. (16), *Abiit, neque me certiorem fecit: fastidit* MEI *(me)*. Lucil. (17) *Tristes, difficiles sumu', fastidimu'* BONORUM *(bonos)*. Vetus poëta (18) *Qui* (parens) *te nec amet, nec studeat* TUI *(tibi)* Lucil. (19) *Quarum et abundemus* RERUM *(rebus)*. Ter. (20) *Praeterquam* TUI *carendum quod erat (te)*. Lucr. (21) *Terra* FERARUM *Nunc etiam scatit (feris)*. Ter. (22) *Neque* HUIUS *sis veritus* FOEMINAE *primariae (hanc foeminam)*.]

**IV. [Genitivus pluralis additus gerundio in *di* locò accusativi. Cic. (23) *Doleo, tantam stoicos vestros epicureis irridendi* SUI *facultatem dedisse (se)*. Plaut. (24) *Nominandi tibi* ISTORUM *erit magis, quam edendi copia (ista)*. Ter. (25) *Date crescendi copiam,* NOVARUM *qui spectandi faciunt copiam sine vitiis*; i. e. *novas comoedias*. Sueton. (26) *Permissa, imo exacta iocandi licentia diripiendique* POMORUM *(poma)*.]

**V. [Dativus additus verbis *misereor* et *refert*. Quintil. (27) *Hanc* (matrem) *accusari aequum est,* CUI *misereri satis non possumus? (cuius)*. Vix usurpaverim. Hor. (28) *Quid referat intra Naturae fines* VIVENTI *(viventis)*.]

**VI. [Accusativus additus verbis *careo, egeo, indulgeo, inservio, invideo, medeor*. Turpil. (29). MEOS PARENTES *careo (meis parentibus)*. Ca-

(1) Mostell. 1, 4, 11, (2) Adelph. 6, 7, 19. (3) Adelph. 3, 4, 36. (4) Andr. 5, 1, 14. (5) Heroid. 2, 98. (6) Fast. 1, 287. (7) Ex Pont. 2, 2, 64. (8) Men. 5, 5, 57. (9) Truc. 2, 1, 23. (10) Adelph. 3, 3, 43. (11) Lib. 10, 879, Putsch. (12) De N. R. 5, 1228. (13) P. 1718, Putsch. (14) Eun. 4, 3, 7. (15) Stich. 1, 1, 50. (16) Aulul. 2, 2, 67. (17) Ap. Non. 9, 3. (18) Ap. Cic. de N. D. 3, 29. (19) Ap. Non. 9, 6. (20) Heaut. 2, 4, 20. (21) De N. R. 5, 40. (22) Phorm. 5, 8, 78. (23) De Divin. 2, 17. (24) Capt. 4, 2, 72. (25) Heaut. prol. 29. (26) Octav. 98. (27) Declam. 2, 72. (28) Sat. 1, 1, 49. (29) Ap. Nonium 9, 5.

to (1) *Vitio vertunt, quia* MULTA *egeo (multis)*. Ter. (2) *Ejiciunda hercle haec mollities animi: nimis* ME *indulgeo;* alii tamen *mi*. Plaut. (3) *Si* ILLUM *inservibis solum (illi)*. Accius (4) *Quisnam* FLOREM *liberûm invidit meûm. Ut videre*, inquit Cicero (5), *sic invidere* FLOREM *rectius quam* FLORI *dicitur. Nos consuetudine prohibemur; poëta jus suum tenuit, et dixit audacius*. Sic Ovidius (6) TROADAS *invideo;* et Horatius (7) *Invideor* passive usurpavit. Ter. (8) QUAS (cupiditates), *cum res adversae sint, paulo mederi possis (quibus)*.

** VII. [Item verbis *potior, vescor, fungor, utor, abutor*. Ter. (9) *Ille alter sine labore* PATRIA *potitur* COMMODA. Lucr. (10) *Adde Heliconiadum comites. quorum unus Homerus*-SCEPTRA *potitus eadem aliis sopitu' quiete est*. Plin. (11) *Vesci* CAPRINUM JECUR. Id. (12) *Vesci* ABSINTHIUM. Ter. (13) *Neque boni neque liberalis functus* OFFICIUM *est viri*. Plaut. (14) CETERA QUAEQUE *volumus uti, graeca mercamur fide*. Ter. (15) *Nam in prologis scribundis* OPERAM *abutitur*. Quae videntur obsolevisse.

** VIII. [Et verbo *pluit*. Cic. (16) SANGUINEM *pluisse, senatui nuntiatum est*. Nisi vel hic sit casus infiniti, vel *sanguine* legatur. Liv. (17) *In area Vulcani, et Concordiae* SANGUINEM *pluit*. Rarum id, si locus mendo caret; nam alioqui pluere *lapidibus, imbri lapideo, lacte, terra, sanguine*, etc. nusquam non apud Livium obvia sunt.

** IX. [Accusativus pro ablativo additus nominibus *opus* et *usus*, et praepositioni *clam*. Plaut. (18) *Puero opus est* CIBUM. Id. (19) *Hoc ego oppidum admoenire, ut hodie capiatur, volo: ad eam rem usus est* HOMINEM ASTUTUM. Id. (20) *Ut mihi bona multa faciam clam* MEAM UXOREM.]

** X. [Verba communia passive usurpata in temporibus infectis. Cic. (21) *Hoc restiterat etiam ut* A TE *fictis aggrederer donis*. Varro (22) AB AMICIS *hortaretur*. Cic. (23) *Qui habet ultro appetitur, qui est pauper* ASPERNATUR, idest *spernitur*. Hirt. (24) *Intellexit... regem vagum ab suisque desertum* AB OMNIBUS *aspernari*. Cic. (25) *Observantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore* DIGNANTUR. Id. (26) *O domus antiqua heu quam* DISPARI *dominare* DOMINO! Plura exempla veterum in verbis *vereor, utor, consolor* et aliis affert Gellius (27); plurima item Priscianus (28) in verbis *adulor, consequor* et aliis quamplurimis, quae nunc sunt deponentia; quae notanda videntur potius quam imitanda; itaque tirones, praesenti maxime et imperfecto et ab his derivatis temporibus, significatione passiva abstinebunt.

** XI. [*Misereor* et *vereor* impersonaliter usurpata. Turpil. (29) *Quam matris, nunc patris me* MISERETUR *magis*. Pacuv. (30) *Nihilne* TE POPULI *veretur, qui vociferare in via?* Accius (31) *Si* TUI *veretur* TE PRO-

(1) Ap. Gell. N. A. 13, 22. (2) Eun. 2, 1, 16. (3) Mostell. 1, 3, 59. (4) Ap. Cic. Tusc. 3, 9. (5) Loc. cit. (6) Heroid. 13, 137. (7) Art. poët. 56. (8) Phorm. 5, 4, 3, ap. Prisc. lib. 8, 795, Putsch. (9) Adelph. 5, 4, 17. (10) De N. R. 3, 1050. (11) H. N. 8, 50. (12) H. N. 11, 37. (13) Adelph. 3, 4, 17. (14) Asin. 1, 3, 47. (15) Andr. prol. 5. (16) De Divin. 2, 27. (17) Hist. 40, 19. (18) Truc. 5, 10. (19) Pseud. 1, 4, 152. (20) Casin. 2, 8, 31. (21) Ad Nepot. ap. Prisc. 8, 793, Putsch. (22) Ap. Prisc. 8, 793, Putsch. (23) Ap. Prisc. 8, 792, Putsch. (24) Bell. Afr. 93. (25) De Invent. 2, 53. (26) De off. 1, 39. (27) N. A. 15, 13. (28) Lib. 8, 791, et seqq. Putsch. (29) Ap. Non. 7, 80. (30) Apud Non. 9, 3. (31) Ap. Non. l. c.

GENITORIS, *cedo*. Quos semel imitatus est Cic. (1) *Aristippi Cyrenaicorumque omnium*, QUOS *non* EST VERITUM *in voluptate ... summum bonum ponere*.

** XII. [Accusativus additus verbo *exigor*, exempli gratia *exigor pecunias, portorium*. Vide Gellium (2). Quare videntur prisci etiam dixsse, *exigo te pecunias, portorium*, quae saeculum eruditius reiecit.]

** XIII. [Futurum infiniti fixum, idest nulla numeri aut generis variatione usurpatum. Valer. Ant. (3) *Haruspices dixerunt* OMNIA *ex sententia* PROCESSURUM *esse*. C. Gracch. (4) *Credo ego* INIMICOS MEOS *hoc* DICTURUM. Quos imitatur Cic. (5) HANC *sibi* REM *praesidio sperant* FUTURUM. Vide Gell. (6) Invariatum etiam erat infinitum in *assere*, de quo §. 189, XV.]

** XIV. [Infinitum *ire* et supinum in *um* alterius verbi pro infinito praesenti verbi ejusdem. Plaut. (7) *Desistas tanto opere* IRE OPPUGNATUM, idest *oppugnare*. Liv. (8) *Vitricus tuus ... famam, spem vitamque tuam* PERDITUM IRE *hoc facto properat*, idest *perdere*. Gell. (9) *Homo nobis familiaris ...* ADIUTUM, *inquit*, ORNATUMQUE *volo* IRE *noctes tuas*, idest *adiuvare* atque *ornare*.]

** XV. [*Ne* prohibentis cum imperativo. Plaut. (10) *Abi, ne* IURA, *satis credo*. Virg. (11) *Ne* FUGITE *hospitium, neve* IGNORATE *latinos*. Non passim usurpandum.]

** XVI. [Adverbium in *um* ante comparativum. Ter. (12) *Ejus frater* ALIQUANTUM *ad rem est avidior*.]

§. 191. HELLENISMUS

**I. Hellenismus est figura, quae graeci, non latini sermonis leges servat. Praeter exempla, quae variis locis attulimus, operae pretium erit alia commemorare quae saepius occurrunt apud poetas et historicos.

**II. Verbum dissentiens numero a nominativo intellecto. Prop. (13) EST, *quibus Eleae concurrit palma quadrigae*, EST *quibus in celeres gloria nata pedes*.

**III. Adiectivum neutrum substantivo masculino aut foeminino adjunctum. Cic. (14) *Cum omnium rerum* MORS *sit* EXTREMUM Virg. (15) VARIUM et MUTABILE *semper foemina*. Id. (16) TRISTE *lupus stabulis* Id. (17) DULCE *satis humor*.

**IV. Participium consentiens cum minus praecipuo e duobus substantivis Cic. (18) *O delirationem incredibilem! Non enim omnis error stultitia* DICENDA *est*. Liv. (19) *Gens universa Veneti* APPELLATI. Id. (20) *Populus frequens dona deae in palatium tulit lectisterniumque et ludi fuere, Megalesia* APPELLATA.

**V. Relativum expressum casu quem postulat verbum antecedens, non consequens, a quo pendet. Luccej (21) *Cum scribas et aliquid agas eorum*, QUORUM *consuesti, gaudeo*.

(1) De Fin. 2, 13. (2) N. A. 15, 14. (3) Ap. Gell. N. A. 1, 7. (4) Ap. Gell. N. A. 47. (5) Verr. act. 2, 5, 65. (6) N. A. 1, 7. (7) Bacch. 5, 2, 52. (8) Hist. 39, 10. (9) N. A. 14, 6. (10) Pers. 4, 3, 20. (11) Aen. 7, 202. (12) Eun. 42, 51. (13) El. III, 9, 11. (14) Fam. 6, 21. (15) Aen. 4, 569. (16) Ecl. 3, 80. (17) Id. 8. (18) Divin. 2, 43. (19) Hist. 1, 1. (20) Ib. 29, 14. (21) Apud Cic. Fam. 5, 14.

** VI. Nominativus pro vocativo, Atticorum more. Liv. (1) *Audi tu* POPULUS ALBANUS. Luc. (2) *Degener o* POPULUS. Virg. (3) *Projice tela manu, sanguis* MEUS. Id. (4) *Corniger Hesperidum* FLUVIUS *regnator aquarum adsis* o *tandem*.

** VII. Genitivus pro Nominativo. Cic. (5) *Venit mihi* PLATONIS *in mentem*.

** VIII. Genitivus pro dativo cum adjectivis *fidus, par, aequalis*. Virg. (6) *Praeterea regina* TUI *fidissima dextra - Occidit ipsa sua*. Lucan. (7) *Quem metuis, par* HUJUS *erat*. Cic. (8) *Conferam autem avum tuum Drusum cum C. Graccho* EJUS *fere aequali*.

** IX. Genitivus additus adjectivo neutro pluralis numeri, ut *abdita rerum, angusta viarum, occulta saltuum, ardua montium, amoena camporum* et ejusmodi alia, quae poetis cum historicis communia sunt.

** X. Genitivus pro ablativo post adjectiva *alienus, dignus, dives, orbus, cassus, onustus, immunis;* et post verba *libero, impleo,* et *compleo*. Cic. (9) *Quis alienum putat* EIUS *esse* DIGNITATIS? Balb. (10) *Obsecro te, Cicero, suscipe curam et cogitationem dignissimam* TUAE VIRTUTIS. Virg. (11) *Dives* OPUM VARIARUM. Senec. (12) *Animus* VITIORUM *immunis*. Quintil. (13) *Immunis* MALORUM *omnium*. Virg. (14) BELLI *immunis*. Ovid. (15) *Curvique immunis* ARATRI. Liv. (16) *Senatus nec liberavit* EJUS CULPAE *regem, neque arguit*. Cic. (17) *Aestimationes tuas vendere non potes neque ollam* DENARIORUM *implere*. Liv. (18) *Celeriter adolescentem suae* TEMERITATIS *implet*. Plaut. (19) *Qui* (Parasitus) *me complevit* FLAGITII *et formidinis*.

** XI. Genitivus pro ablativo cum praepositione *ab* cum verbis *abstineo, desino*. Hor. (20) *Desine* MOLLIUM *tandem* QUERELARUM. Id. (21) *Abstineto, dixit,* IRARUM CALIDAEQUE RIXAE.

** XII. Genitivus regiminis pro casu apposito. Cic. (22) *Cassius* (est) IN OPPIDO ANTIOCHIAE: pro *in oppido Antiochia*. Virg. (23) *Celsam* BUTHROTI *accedimus* URBEM. Quae tamen vix videntur imitanda.

** XIII. Genitivus pro ablativo vel accusativo *spatii*. Cic. (24) *Hanc epistolam dictavi sedens in rheda, cum in castra proficiscerer, a quibus aberam* BIDUI; nempe *iter* aut *viam*.

** XIV. Genitivus post verba *miror* et *regno*. Virg. (25) IUSTITIAE *ne prius mirer, belli ne* LABORUM. Hor. (26) *Qua Daunus agrestium regnavit* POPULORUM.

** XV. Dativus pro ablativo, et praepositione *ab* additus verbis passivis. Cic. (27) *Auditus est* NOBIS *Leliae Caji filiae saepe sermo*. Cic. (28) *Notantur* MIHI *ad divinandum signa*. Ovid. (29) *Cum toties eadem dicam, vix audior* ULLI.

(1) Hist. 1, 24. (2) Phars. 2, 16. (3) Aen. 6, 836. (4) Ibid. 8, 77. (5) Fin. 5, 1. (6) Aen. 12, 659. (7) Phars. 10, 389. (8) Fin. 4, 24. (9) Fin. 1, 4. (10) Balb. ap. Cic. Att. 8, post ep. 15. (11) Georg. 2, 468. (12) De vit. Beat. 26. (13) Declam. 9, 8. (14) Aen. 12, 559. (15) Met. 3, 11. (16) Hist. 41, 19. (17) Fam. 9, 18. (18) Hist. 1, 46. (19) Men. 5, 5, 3. (20) Od. 2, 9, 17. (21) Ib. 3, 27, 69. (22) Att. 5, 18. (23) Aen. 3, 293. (24) Att. 5, 17. (25) Aen. 11, 126. (26) Od. 3, 24, 11. (27) De clar. Orat. 58. (28) Fam. 6, 6. (29) Pont. 3, 9, 39.

** XVI. Dativus additus verbo *defendo* et adjectivis *alienus* et *absonus.* Virg. (1) *Solstitium* PECORI *defendite.* Hor. (2) *Faunus et igneam defendit aestatem* CAPELLIS *Usque* MEIS *pluviosque ventos*, idest *capellas ab aestu*. Cic. (3) *Id dicit quod* ILLI *causae maxime est alienum.* Id. (4) *Non aliena* RATIONI *nostrae fuit illius haec praepropera prensatio.* Liv. (5) *Nihil absonum* FIDEI *divinae originis.*

** XVII. Dativus pro nominativo cum substantivis *nomen*, *cognomen*, *cognomentum.* Cic. (6) *Nam duo isti sunt Titi Roscii, quorum alteri* CAPITONI *cognomen est;* pro *Capito.*

** XVIII. Accusativus pro ablativo partis. Hor. (7) *Tremis* OSSA *pavore.* Virg. (8) *Os humerosque deo similis.* Hor. (9) *Qua notam duxit, niveus videri,* CETERA *fulvus.* Mela (10) *Totum* (*Sarmatae*) *braccati corpus et, nisi qua vident, etiam* ORA *vestiti.* Hor. (11) *Ornatus* TEMPORA. Virg. (12) *Latos humeros subjectaque colla - Veste super fulvique insternor pelle leonis.* Hor. (13) *Nasum nidore supinor.* Curt. (14) *Itaque revocatus* VESTEM *fratris, eam ipsam, quae in sella posita fuerat, induitur.* Virg. (15) *Deinde comantem Androgei galeam clypeique insigne decorum - Induitur.* Liv. (16) *Falarica erat Saguntinis missile telum hastili abiegno et cetera tereti, praeterquam ad extremum unde ferrum exstabat.* Accusativus *cetera* frequens est apud Livium et Plinium: reliqui accusativi fere sunt poëtarum.

**XIX. Indicativus pro conjunctivo in praepositione conditionali praeteriti. Ovid. (17) *Solus* ERAM, *si non saevus adesset amor.* Id est *solus essem* Hor. (18) *Me truncus illapsus cerebro* SUSTULERAT, *nisi Faunus ictum Dextra* LEVASSET; pro *sustulisset.* Martial. (19) *Si non errasset,* FECERAT *ille minus;* id est *fecisset.*

**XX. Infinitum pro gerundio genitivo. Caesar. (20) *Vercingetorix ... consilium capit, omnem ab se equitatum* NOCTU DIMITTERE. Liv. (21) *Tempus esse ajunt, aut pacem* COMPONI, *aut bellum naviter* GERI. Cic. (22) *Sed jam tempus est ad id, quod instituimus,* ACCEDERE. Virg. (23) *Amor casus* COGNOSCERE *nostros.* Id. (24) *Nec sit mihi cura* MEDERI. Virg. (25) *Soli* CANTARE *periti Arcades.* Id. (26) *Certa* MORI. Hor. (27) *Doctus sagittas* TENDERE *sericas.* Id. (28) *Pro patria timidus* MORI. Tibull. (29) *Causa* PERIRE *fuit,* id est *pereundi.*

** XXI. Infinitum pro gerundio ablativo. Virg. (30) *Boni quoniam convenimus ambo-Tu calamos* INFLARE *leves ego* DICERE *versus.* Id. (31) *Septima post decimum felix et* PONERE *vitem - Et prensos* DOMITARE *boves.* Hor. (32) *Audax omnia* PERPETI Id. (33) *Hic saxo, liquidis ille coloribus sollers nunc hominem* PONERE, *nunc deum.* Hor. (34) *Rite maturos* APERIRE *partus*

(1) Ecl. 7, 47. (2) Od. 17, 22. (3) Pro Caecin. 9. (4) Att. 1, 1. (5) Hist. 1, 16. (6) Rosc. amer. 6. (7) Sat. 2, 7, 57. (8) Aen. 1, 589. (9) Od. 4, 2, 59. (10) Geogr. 2, 5. (11) Od. 4, 8, 33. (12) Aen. 2, 721. (13) Sat. 2, 7, 38. (14) Hist. 10, 7. (15) Aen. 2, 391. (16) Hist. 21, 8. (17) Amor. 1. 6, 34. (18) Od. 2, 17, 27. (19) Ep. 1, 22. (20) B. gall. 7, 71. (21) Hist. 30, 4. (22) Topic. 1. (23) Aen. 2, 10. (24) Ecl. 8, 89. (25) Ecl. 10, 32. (26) Aen. 4, 561. (27) Od. 1, 29, 9. (28) Od. 3, 19, 2. (29) El. 3, 2, 30. (30) Ecl. 5, 1. (31) Georg. 1, 284. (32) Od. 1, 3, 25. (33) Ib. 4, 8, 7. (34) Carm. Saec. 13.

lenis Hilithyia, Id. (1) *Vosque veraces* CECINISSE *Parcae*. Id. *Vitabis ... celerem sequi Ajacem*.

**XXII. Infinitum pro gerundio accusativo et praepositione *ad*. Virg. (2) *Non nos aut ferro libycos* POPULARE *penates Venimus aut raptas ad litora* VERTERE *praedas*. Hor. (3) *Omne cum Proteus pecus egit altos* VISERE *montes*. Ter. (4) *Vultisne eamus* VISERE? Stat. (5) *Forsitan ausonias ibis* FRENARE *cohortes*. Ovid. (6) *Omnia namque tuo senior te* QUAERERE *misso - Retulerat nato Nestor*. Hor. (7) *Fons etiam rivo* DARE *nomen idoneus* - Id. (8) *Segnesque nodum* SOLVERE *Gratiae*. Id. (9) *Conjurata tuas* RUMPERE *nuptias*. Vir. (10) *Et* CANTARE *pares et* RESPONDERE *parati*. Cic. (11) *Id, quod parati sunt* FACERE Id. (12) *Mitto quod invidiam, quod pericula . . .* SUBIRE *paratissimus fueris*.

** XXIII. Infinitum pro participio in DUS. Virg (13) *Dederatque comam* DIFFUNDERE *ventis*. Id. (14) *Ille suo moriens dat* HABERE *nepoti*.

** XXIV. Infinitum pro supino passivo. Virg. (15) *Erat tum dignus* AMARI idest *amatu*, vel *qui amaretur*, sive *ut amaretur*.

§. 192. *Synesis*

**I. *Synesis* est figura, qua nominativus et verbum, adjectivum et substantivum, relativum et antecedens interdum, praesertim apud historicos et poëtas, sensu et significatione consentiunt, quamvis voce discrepent. Virg. (16) *Pars in frusta* SECANT *veribusque trementia* FIGUNT. Liv. (17) *Pars in juvenales lusus* VERSI, *pars* VESCENTES *sub umbra, quidam somno etiam strati*. Ter. (18) *Ubi* ILLIC SCELUS *est*, QUI *me perdidit? illic scelus*, hoc est *ille sceleratus*.

§. 193. *Ellipsis*

**I. *Ellipsis* figura est, cum id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est. Cic. (19) *Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum*: subintelligitur *proficisci*. Id. (20) *Ridere convivae, cachinnari ipse Apronius*: subintelligitur *coeperunt*. Id. (21) *Quid mihi auctor es?* (subintelligitur *ut faciam?*) *advolo ne, an maneo?* Id. (22) *Pro uno filio duo patres deprecamur;* subintellige *nos*. Cic. (23) *Quae* (statua) *ad Opis per te posita in excelso est*. Coel. (24) *Cum senatus habitus esset ad Apollinis*, subintellige *aedem* sive *templum*.

** II. Ante gerundium dativum eleganter desiderantur *par, utilis, aptus*. Cic. (25) SOLVENDO *non erat*. Liv. (26) *Ea modo, quae* RESTINGUENDO *igni forent, portantes in agrum romanum ruebant*. Id. (27) *Sitne aliquis plebejus* FERENDO *magno honori*.

** III. Aliquod substantivum intelligi putant etiam in locutionibus illis *aequi bonique facio* vel *aequi boni facio boni consulo*. Ter. (28) *Ceterum equi-*

(1) Ib. 25. (2) Aen. 1, 527. (3) Od. 1, 2, 7. (4) Phorm. 1, 2, 52. (5) Silv. 4, 338. (6) Ovid. 1, 37. (7) Ep. 1, 16, 12. (8) Od. 3, 21, 22. (9) Od. 1, 15, 7. (10) Ecl. 7, 5. (11) Quint. 2. (12) Fam. 15, 4, post med. (13) Aen. 1, 319. (14) Ib. 9. 362. (15) Ecl. 5, 89. (16) Aen. 1, 212. (17) Hist. 37, 20. (18) Andr. 3, 5, 1. (19) Att. 15, 17. (20) Verr. act. 2, 3, 25. (21) Att. 13, 40. (22) Pro Planc. 43. (23) Att. 6, 1. (24) Ap. Cic. Fam. 8, 4. (25) Att. 13, 10. (26) Hist. 30, 6. (27) Hist. 4, 35. (28) Heaut. 4, 5, 39.

dem istuc, Chreme, AEQUI BONIQUE *facio.* Cic. (1) *Tranquillissimus animus meus, qui totum istuc* AEQUI BONI *facit.* Senec. (2) *Hanc coqui ac pistoris moram* BONI *consulo.*

**IV. Neque minus eleganter omittitur conjunctio *ut* Cic. (3) *Nunc vero censeo, quod commodo tuo facere poteris*, VENIAS. Id. (4) *Quare velim, ut scribis, ceteris quoque rebus quamplurimis eum locum* ORNES. (5). *Illud abs te peto,* DES *operam, ut ante cal. Jan. ubicumque erimus*, SISTAS. Cic. fil. (6) *Quare quod polliceris te buccinatorem fore existimationis meae, firmo id constantique animo* FACIAS, *licet.*

§. 194. *Zeugma*

*I. *Zeugma* figura est, cum id, quod in oratione desideratur, e proximo assumitur manente eodem genere, numero, casu ceterisque attributis. Cic. (7) *Nulla possessio, nulla vis auri et argenti pluris quam virtus* AESTIMANDA EST. Id. (8) *Virtus et honestas et pudor cum consulibus esse* COGEBAT.

**II. Si id, quod assumitur ad orationem implendam, primum est, *protozeugma* dicitur. Cic. (9) EGIT *et pater et filius, ut tibi sponderem.* Si medium, *mesozeugma.* Auct. ad Herenn. (10) *Formae dignitas aut morbo* DEFLORESCIT *aut vetustate.* Si postremum, *hypozeugma.* Cic. (11) *Mihi et res et conditio* PLACET.

§. 195. *Syllepsis*

**I. *Syllepsis* est, cum id, quod in oratione deest, e proximo assumitur, mutato tamen genere aut numero aut casu aut aliquo e ceteris accidentibus. Cic. (12) *Paene* ILLE *timore, ego risu* CORRUI. Liv. (13) *Nemo miles romanus magis assiduus in castris vestris* FUIT, *quam* EGO FRATRESQUE MEI. Virg. (14) VOS *o* CALLIOPE, *precor, adspirate canenti:* ubi intelligit ceteras musas. Cic. (15) *Quamobrem hoc* vos *doceo* SULPICI: ubi intelligitur etiam *Cotta.*

§. 196. *Prolepsis*

**I. *Prolepsis* est, cum dictio aliqua totum significans praecessit, quae rursus in partibus intelligitur neque explicatur: ut *duo reges* Romam auxerunt, *Romulus* bello, *Numa* pace. Liv. (16) *Ita* DUO *deinceps* REGES, *alius alia via,* ILLE *bello,* HIC *pace civitatem auxerunt.* Sallust. (17) EXERCITUS *hostium* DUO, UNUS *ab urbe,* ALTER *a Gallia obstant.*

§. 197. *Enallage*

**I. *Enallage* figura est, qua pars una orationis pro alia ponitur: ut *vivere* pro vita, *nullus* pro non, *facto* pro fieri. Cic. (18) *Quam turpis est assentatio, cum* VIVERE *ipsum turpe sit nobis.* Id. (19) *Philotimus ...* NULLUS *venit.* Ter. (20) *Ita* FACTO *opus est*, pro *fieri.* Virg. (21)? HORRENDUM *stridens*, pro *horrende.*

(1) Att. 7, 7. (2) Ep. 123. (3) Att. 1, 4. (4) Loc. cit. (5) Att. 3, 25. (6) Ap. Cic. Fam. 16, 21. (7) Parad. 6, 2. (8) Pro Rab. 8. (9) Att. 16, 1. (10) Rhet. 4, 27. (11) Att. 12, 25. (12) Ad Q. Fr. 2, 10. (13) Hist. 37, 53. (14). Aen. 9, 525. (15) De Orat. 2, 47. (16) Hist. 1, 21. (17) Catil. 58. (18) Att. 13, 28. (19) Att. 11, 24. (20) Andr. 4, 2, 82. (21) Aen. 6, 288.

**II. Sunt et alia nomina, quae pro adverbiis ponuntur, ut *recens*, *sublime*, *frequens*. Sueton. (1) *Inde Romam* RECENS *conditam cum magna clientium manu commigravit*. Cic. (2) *Ea scuta, quae fuerant* SUBLIME *fixa, sunt humi inventa*. Id. (3) *Venio in senatum* FREQUENS. Sic *torvum*, *horrendum* et alia id genus apud poëtas. Nomen interdum loco interjectionis indignantis ponitur. Cic. (4) *Quae*, MALUM, *ista fuit amentia?* Contra adverbium nonnunquam partes nominis agit. Plaut. (5) BENE *sit tibi*. Cic. (6) *Lucio Antonio* MALE *sit*. Sic *satis*, *abunde*, *parum*, de quibus in constructione adverbii dictum est. Denique verbum loco interjectionis blandientis ponitur. Cic. (7) AMABO *te*, *incumbe in eam rem*.

**III. Perfectum conjunctivi pro futuro perfecto indicativi. Plaut. (8) *Quis mihi igitur drachmam reddet, si* DEDERIM *tibi!* Ter. (9) *Si te inde* EXEMERIM, *ego pro te molam*. Id. (10) *Nec mora sit, si* INNUERIM, *quin pugnus continuo in mala haereat*. Et in passivae vocis futuro. Ter. (11) *Te sedulo et moneo et hortor, ne cujusquam misereat, quin spolies, mutiles, laceres, quemquem* NACTA SIS. Quae idem sunt ac *dedero*, *exemero*, *innuero*, *nacta eris*. Vide Gellium (12).

** IV. Futurum infectum indicativi pro praesenti conjunctivi post optandi particulas. Ter. (13) *Ita me Dii* AMABUNT: (*ament*).

** V. Perfectum conjunctivi in sententia cum dubitatione enuntiata. Horat. (14) *Quis Martem tunica tectum adamantina digne* SCRIPSERIT? idest *scribere possit?* Cic. (15) *Et pomeridianas quadrigas quam postmeridianas quadrigas libentius* DIXERIM. Plin. (16) *Nec facile* DIXERIM, *qua id aetate coeperit*. Cic. (17) *Ego enim ipse cum eodem ipso* (Platone) *non invitus* ERRAVERIM. Id. (18) *Ego vero libenter* AUDIERIM. Virg. (19) EXUERINT *silvestrem animum*. Huc spectant praemonitiones illae, *ut ita dixerim*, *pace tua dixerim*, etc. Haec et alia in loco usurpata ornamentum addunt orationi, et atticam urbanitatem redolent.

**VI. Sunt qui praepositionem *ad* pro *a* usurpatam dicunt. Plin. (20) *Myrrham petere* AD *Troglodytas*. Dicam potius quoddam breviloquentiae genus esse, vel, ut alii loquuntur, duarum notionum confusionem pro: *ad Troglodytas proficisci indeque petere*. Hanc interpretationem confirmat geminus accusativus verbo *peto* ab eodem auctore adscriptus, ut *petere jura Cordubam*, (21) et alia ejusdemmodi; quae nulla ratione sunt imitanda.

**VII. Sunt et aliae figurae paene propriae poëtarum: de quibus agemus lib. III, cap. XI, et XIV.

(1) Tiber. 1. (2) De Divin. 2, 31. (3) De Senect. 11. (4) Verr. act. 2, 2, 17. (5) Merc. 2, 2, 55. (6) Att. 15, 15. (7) Att. 5, 17. (8) Pseud. 1, 1, 89. (9) Andr. 1, 2, 29. (10) Adelph. 2, 1, 17. (11) Hecyr. 1, 1, 8. (12) N. A. 18, 2. (13) Heaut. 3, 1, 54. (14) Od. 16, 13. (15) Orat. 47. (16) G. N. 48. (17) Tusc. 1, 17. (18) De legg. 1, 4. (19) Georg. 2, 51. (20) H. N. 2, 15. (21) H. N. 3, 1.

LIBER TERTIUS

ARS METRICA

CAPUT I.

DE LITERIS AC SYLLABIS

Versus ex pedibus constat, pedes e syllabis: at syllabae, de quibus nunc agendum est, fiunt ex literis vel una vel pluribus: ut *i*, *e*, *runt*. Literae partim sunt vocales, partim consonantes.

Vocales sunt sex *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, *y*.

Ex vocalibus fiunt sex diphthongi *ae*, *au*, *ei*, *eu*, *oe*, *yi*, ut *praemium*, *aurum*, *hei*, *Europa*, *poena*, *harpyia*.

Consonantes in mutas et semivocales dividuntur.

Mutae sunt octo *b*, *c*, *d*, *g*, *k*, *p*, *q*, *t*.

Semivocales itidem octo *f*, *l*, *m*, *n*, *r*, *s*, *x*, *z*.

Ex his quatuor sunt liquidae, *l*, *m*, *n*, *r*.

Sed *m* et *n* raro liquescunt, idque in graecis tantum dictionibus, ut *Tecmessa*, *cycnus*.

Duae *x*, *z*, sunt duplices, hoc est valent duas consonantes; *x cs* vel *gs*, *z sd*. Veteres *z* per duplex *ss* reddebant, ut *massa*, *patrisso* pro maza, patrizo.

F praeposita liquidis *l* et *r* vim habet mutae et syllabam facit communem. Virg. (1) *Stridit* REFLUENTIBUS *undis*. Id. (2) *Mollia colla* REFLECTUNT. Enn. (3) *Portasque* REFREGIT. Ideo hanc plerique mutis adscribunt.

S quamvis immunis ac sui juris sit, (neque enim inter liquidas, aut duplices numeratur), interdum tamen liquescit, ut suo loco dicemus.

H sitne litera an adspirationis nota, dubium controversumque est; in carmine vix ejus habetur ratio.

I inter duas vocales posita consonans est atque duplex *i* valet, ut *major*, *ajo*, *Maja*, *pejor*. Veteres *i* geminabant *maiior*, *aiio*, *Maiia*, *peiior*. Vide Quintilianum (4) et Priscianum (5).

Multi sibi persuadent, veteres *j* consonantem molliter pronunciasse sono potius ad vocalem quam ad *g* accedente, ut *Pompejus* non Pompegius, *majestas* non magestas, quod sine dubio verum est.

J et *v* cum vocalibus praeponuntur easque comprimunt, fiunt consonantes, ut *janua*, *jecur*, *conjicio*, *jocus*, *judex*, *vates*, *velox*, *vita*, *vox*, *vultus*. Jota Graecorum nunquam est consonans. Quare in *Iason*, *iambus*, *iaspis*, et ceteris, quae plane sunt graeca, prima litera vocalis est.

Jod apud Hebraeos semper consonans est, cum vocalibus praeponitur, ut *Jesus*, *Joannes*, *Jacobus*. Itaque qui haec atque alia ejusdem generis nomina per *j* consonantem efferunt, optime quidem pronunciant; qui vero

(1) Georg. 4, 262. (2) Aen. 11, 622. (3) Ap. Horat. Sat. 1, 4, 61. (4) Inst. 1, 4. (5) Lib. 1, 545, et lib. 7, 729, Putsch.

per vocalem, Graecos imitantur. Claudian. (1) Graecornm more dixit: *Ne laceres versus, dux* IACOBE, *meos.* Antiquis tamen poëtis major habeuda est fides. Horat. (2) *Credat* JUDAEUS *Apella.*

U post *q* literam semper liquescit, ut *quare, quaero, quia,* etc. At post *g* et *s* modo liquescit, ut *lingua, langueo, anguis, extinguo, suadeo, suavis:* modo integra est suamque vim retinet, ut *exiguus, suus.*

Literae liquescunt, cum vim roburque vocalis aut consonantis amittunt.

SCHOLION

De h *adspiratione*

H adspiratio interdum vice consonantis fungitur. Tiboll. (3) *Et tantum venerata virum* HUNC *sedula curet.* Juvenal. (4) *Vivendum recte est, cum propter plurima, tum* HIA; ubi m non eliditur propter *h* consequens, quod etiam vocalem praecedentem alioqui brevem positione producit. Ejusdem generis haec sunt. Ter. (5) *Percussit illico animum, at, at* HOC *illud est:* ubi *at, at* jambus est, posteriore *at* propter *h* consequens producto; et alia plurima.

II. In his vero *h* synaloephen excludit. Ter. (6) *Hecyra est huic nomen fabulae;* HAEC *cum data est.* Plaut. (7) *Memorare nolo* HOMINUM *mendicobula.* Virg. (8) *Posthabita coluisse Samo:* HIC *illius arma.* Id. (9) *Aetas Lucinam justosque pati* HYMENAEOS; et aliis similibus.

III. Charisius (10), Diomedes (11), Donatus (12), Servius (13), Sergius (14), Cledonius (15), Marius Victorinus (16) et Alcuinus (17) doceot vocalem alioqui correptam in fine dictionis fieri communem, si consonantem unam habeat, et ab *h* excipiatur in altera dictione. Afferunt exempla longa. ut illud Virgilii (18) *Versaque juvencum – Terga fatigamus* HASTA; et huic similia. Beda (19) vero, licet his assentiat, tamen ex quorundam grammaticorum sententia negat exempla apta esse: propterea quod syllabae illae videri possint beneficio caesurae produci. Nos exempla attulimus aptiora. Idcirco Cledonius (20) ait, quoties *h* vocalem juvat, esse consonantem, quoties non juvat, adspirationem. Idem fere Diomedes (21). Quae studiosus observabit in veterum scriptis; ipse vero in componendo carmine perinde contemnet *h*, ac si non esset.

Syllabae, quas temporibus metimur, aut sunt breves aut longae aut communes.

II. Tempus est spatium intervallumque, quo syllaba pronunciatur. Syllaba brevis ex uno tempore atque spatio constat, ut *at, sed:* longa ex duobus, ut *ah, en*: communis est, quae in versu tum brevis tum longa esse potest, quales sunt priores in *Atlas, Cyclops,* mediae in *tenebrae, pharetra.*

III. Nulla vocalis apud Latinos perpetuo brevis aut longa est: apud Graecos ε et ο, quae *e* et *o* breve valent, perpetuo sunt breves; ut *Origenes, Timotheus, Herodotus, Macedones;* η et ω, quae *e* et *o* longum valent, semper sunt longae; ut mediae syllabae in *eremus, idolum.*

CAPUT II.

PRAECEPTA GENERALIA DE SYLLABARUM BREVITATE AC LONGITUDINE

Praeceptum I. De vocali ante vocalem

Vocalem breviant alia subeunte Latini.
Produc, ni sequitur r, fio et nomina quintae,
Quae geminos casus e longo assumit in ei.
Verum e corripies fideique speique reique.

(1) Ep. ult. (2) Sat. 1, 5, 100. (3) El. 1, 5, 33. (4) Sat. 9, 118. (5) Andr. 1, 1, 98. (6) Hecyr. prol. 1. (7) Aulul. 4, 8, 3. (8) Aen. 1, 16. (9) Georg. 3, 60. (10) Lib. 1, 4, Putsch. (11) Lib. 2, 425, Putsch. (12) Edit. 1, 1738, Putsch. (13) Pag. 1802, Putsch. (14) In edit. 1 Donat. 1830, Putsch. (15) Pag. 1881, Putsch. (16) Lib. 1, 2472, Putsch. (17) Pag. 2085, Putsch. (18) Aen. 9, 609. (19) Pag. 2353, Putsch. (20) Pag. 1884, Putsch. (21) Lib. 2, 417, Putsch.

Ius commune est vati: producito alius;
Alterius brevia: Pompei et cetera produc.
Eheu produces semper, variabitur ohe.

Vocalis ante vocalem in latinis dictionibus brevis est, ut *puer*, *fuit*, *ruit*. Virg. (1) *Disce*, PUER, *virtutem ex me verumque laborem.*

Exceptiones

Fio *i* habet longum, nisi sequatur *r*, ut *fiebam*. Juvenal. (2) FIENT *ista palam*, *cupient et in acta referri.*

Sin *r* sequatur, breve est, ut *fierem*, *fieri*, *confieri*. Virg. (3) CONFIERI *possit*, *paucis*, *adverte*, *doceba.*

II. Interrogandi ac dandi casus quintae declinationis *e* producunt inter duo *i* positum, ut *diei*, *speciei*. Horat. (4) *Ventum erat ad Vestae quarta jam parte* DIEI. Corripe igitur *rei*, *spei*, *fidei*. Quamvis apud Lucretium vox *rei* modo monosyllaba sit, cui saepius additur *i*; modo dissyllaba *e* producta; ut (5) *Aut aliae cujus desiderium insideat* REI. Et (6) *Tempore inane potest vacuum subsistere* REII. Demum (7) *Cujus*, *uti memoro*, REI *simulacrum et imago*. Sic etiam *fidei* *e* producta apud eundem (8) *Nec jacere indu manu*, *via qua munita* FIDEI. Non videtur hoc imitandum.

III. Genitivus in *ius* habet *i* longum in soluta oratione; in carmine tum breve tum longum, ut *illius*, *unius*, *ipsius*. *Alius* in genitivo penultimam producit, *alter* corripit, reperitur tamen a Terentiano (9) producta. Virg. (10) *Namque erit ille mihi semper deus*, ILLIUS *aram*. Id. (11) *Quam nostro* ILLIUS *labatur pectore vultus*. Id. (12) UNIUS *ob noxam et furias Ajacis Oilei*. Id. (13) *Navibus*, *infandum*, *amissis* UNIUS *ob iram*. Id. (14) IPSIUS *ante oculos ingens a vertice pontus*. Id. (15) *Nunc ultro ad cineres*, IPSIUS *et ossa parentis.*

IV. *Cai*, *Pompei*, *Voltej* et si qui sunt similes vocandi casus, penultimam habent longam. Martial. (16) *Quod peto da*, CAI, *non peto consilium*. Ovid. (17) *Accipe*, POMPEI, *deductum carmen ab illo*. Sic *Caïus* trisyllabum apud Catullum (18).

V. *Eheu* priorem habet longam. Horat. (19) *Quanti emtae? Parvo. Quanti ergo? Octussibus.* EHEU!

VI. *Ohe* priorem habet communem. Martial. (20) OHE, *jam satis est*, OHE *libelle*. Phaleucius est.

Appendix de graecis vocibus

Graeca per Ausoniae fines sine lege vagantur;
Quaedam etenim brevibus, veluti symphonia, gaudent,
Et quaedam longis; ceu dia, chorea, Thalia,
Darius, Cytherea, aër, elegia, platea,
Atque alia. At choream rapuit plateamque poëta,
Solvit et in geminas, veluti Cythereïa, longam.

Aër, *chorea*, *platea*, *Cytherea*, *elegia*, *Darius* et alia hujus generis, quae vocalem ante vocalem longam habent, graeca sunt. Ovid. (21) *Terra feras cepit, volucres agitabilis* AER. Id. (22) *Saepe sub hac Dryades festas duxere* CHOREAS. Virg. (23) *Parce metu*, CYTHEREA, *manent immota tuarum.*

II. *Chorea*, *platea* interdum a poëtis corripiuntur. Virg. (24) *Pars pedibus plaudunt* CHOREAS *et carmina dicunt*. Horat. (25) *Purae sunt* PLATEAE *nihil ut meditantibus obstet.*

III. Nonnunquam, soluta diphthongo, *ε* in *e* longum mutatur, ut Κυθερεΐα, ἐλεγεΐα Cythereïa, elegeïa. Ovid. (26) *Exigit indicii memorem* CYTHEREÏA *poenam*. Id. (27) *Flebilis indignas* ELEGEÏA *solve capillos.*

IV. *Idea*, *Andreas*, *sophia*, *philosophia*, *symphonia*, *etymologia*, *orthographia* et alia quamplurima vocalem ante vocalem corripiunt; licet eadem nomina acuta penultima multi viri docti more Graecorum in soluta oratione pronuncient. Horat. (28) *Ut gratas inter mensas* SYMPHONIA *discors.*

(1) Aen. 12, 435. (2) Sat. 2, 136. (3) Aen. 4, 116. (4) Sat. 1, 9, 35. (5) Lib. 3, 931. (6) Lib. 2, 236, et lib. 2, 548, et alibi. (7) Lib. 2, 111. (8) Lib. 5, 103. (9) Pag. 2433 et ap. Prisc. lib. 6, 695, Putsch. (10) Ecl. 1, 7. (11) Ecl. 1, 64. (12) Aen. 1, 41. (13) Aen. 1, 251. (14) Aen. 1, 114. (15) Aen. 5, 55. (16) Ep. 2, 30. (17) Pont. 4, 1, 1. (18) Carm. 40, 30. (19) Sat. 2, 3, 156. (20) Ep. 4, 91. (21) Met. 1, 75. (22) Met. 8, 746. (23) Aen. 1, 257. (24) Aen. 6, 644. (25) Ep. 2, 2, 71. (26) Met. 4, 190. (27) Amor. 3, 9, 3. (28) Art. poët. 374.

Diphthongus longa est in graecis atque latinis:
Prae rape praepositam vocali dicque praeustus.

Diphthongus longa est tum in graecis tum in latinis dictionibus, ut *Aeneas*, *Meliboeus*, *praemium*, *laus*. Virg. (1) *Miratur molem* AENEAS, *magalia quondam*. Id. (2) *O* MELIBOEE, *Deus nobis haec otia fecit*.

Exceptio

Praepositio *prae* composita, cum vocalem praecedit, brevis est, ut *praeustus: praeeo*. Virg. (3) *Stipitibus duris agitur, sudibusve* PRAEUSTIS. Producitur apud Stat. (4) *Praemia, cum vacuus domino* PRAEIRET *Arion*.

Praeceptum III. De positione

Vocalis longa est, si consona bina sequantur
Aut duplex aut i vocalibus interjectum.

Vocalis ante duas consonantes vel ante unam duplicem vel ante *i*, sequente alia vocali ejusdem dictionis, longa est positione, ut *terra*, *arma*, *Araxes*, *gaza*, *majora*, *Trojo*. Virg. (5) TERRA *procul vastis colitur mavortia campis*. Lucan. (6) *Sub juga jam Seres, jam barbarus isset* ARAXES. Virg. (7) *Sicelides musae, paulo* MAJORA *canamus*. Id (8) *Hostis habet muros; ruit alto a culmine* TROJA.

Appendix

Consona principium verbi sortita sequentis,
Seu duplex, seu bina, nihil praeeuntibus augent
Temporis, ut fiant longae: ceu clara Zacynthos.

Si altera consonans fuerit in fine praecedentis dictionis, altera in principio sequentis, vocalis nihilominus longa erit, ut *at* pius: *a* longum est positione duarum consonantium *t* et *p*, quamvis sint in diversis dictionibus. Virg. (9) AT *pius Aeneas per noctem plurima volvens*.

II. Si utraque consonans aut una duplex fuerit in principio sequentis dictionis, nihil fere praecedentem vocalem brevem juvabit. Ovid. (10) *In solio Phoebus claris* LUCENTE *smaragdis*. Virg. (11) *Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos*. Lucan. (12) *Tales fama canit tumidum super aequora Xerxem*. *Lucente*, *nemorosa*, *aequora* ultimas habent breves, quamvis duae consonantes aut una duplex sit in principio sequentium dictionum.

Exceptio I. De liquescentibus

Contrahit orator, variant in carmine vates,
Si mutam liquidamque simul brevis una praeibit.

Vocalis brevis ante mutam et liquidam ejusdem dictionis in carmine communis est, ut *cyclops*; at in soluta oratione, cum penultima est, corripitur, ut *volucris*, *tenebrae*. Virg. (13) *Ferrum exercebant vasto* CYCLOPES *in antro*. Id. (14) *Lustro domosque traho vastosque ab rupe* CYCLOPAS. Ovid. (15) *Et primo similis* VOLUCRI, *mox vera* VOLUCRIS.

Appendix

At mutam et liquidam quoties ab origine longa
Praecedit, rapitur nunquam; ceu matris, aratrum.

Necesse est praecedere mutam, sequi liquidam, ut *petra;* alioqui syllaba non liquescit, ut *reperta;* deinde oportet vocalem natura brevem esse; nam vocalia natura longa nunquam liquescit, ut *matris*.

II. Agnoscitur autem syllaba natura brevis saepe ex nominativo, in quo liquida *r* non jungitur mutae proxime praecedenti, ut *Calaber*, *Cantaber*, *pater* *a* literam natura brevem habent, quod vel accentus docet vel exempla poëtarum. Quare in *Calabro*, *Cantabro*, *patre* *a* litera natura brevis liquescit. At *salubre*, *matre*, *atrum* nunquam corripiuntur; quia *saluber*, *mater*, *ater* longa sunt.

III. Ubi haec regula in usu non est, accentus usui erit aut exempla poëtarum. Nam quae accentu gravi deprimuntur, natura brevia sunt, ut *tenebrae*, *latebrae*, *pharetra*, *cerebrum:* quae acuto attolluntur, natura longa sunt, ut *ambulacrum*, *delubrum*, *ventilabrum*, *volutabrum*. Vide infra praec. 8. Item quae brevia reperiuntur apud poëtas, sunt natura brevia, ut *atrox*. Virg. (16) *Saevit* ATROX *Volscens, nec teli conspicit usquam*.

(1) Aen. 1, 421. (2) Ecl. 1, 6. (3) Aen. 7, 524. (4) Theb. 6, 519. (5) Aen. 3, 13. (6) Lib. 1, 19. (7) Ecl. 4, 1. (8) Aen. 2, 290. (9) Aen. 1, 305. (10) Met. 2, 24. (11) Aen. 3, 270. (12) Lib. 2, 671. (13) Aen. 8, 424. (14) Aen. 3, 647. (15) Met. 13, 607. (16) Aen. 9, 420.

Utraque vocalem si consona juncta sequentem
Non ferit, anteiens brevis est, velut obruo, nunquam.

IV. Necesse est etiam, ut muta et liquida ad sequentem vocalem spectent: quocirca *ubluo*, *obruos sublevo*, *adrepo* et ceters ea hisce praepositionibus composita nunquam primam corripiunt; quia muta ad praecedentem vocalem pertinet. Composita tamen ex *re*, ut *reflecto*, *refringo*, *refreno*, *recludo*, *reprimo*, primam saepe corripiunt, quia muta ad sequentem vocalem refertur. *F* enim, ut diximus, habetur in mutis.

V. *M* et *n* raro liquescunt, idque in graecis dictionibus dumtaxat; ut *Tecmessa*, *cycnus*, *therapnae*, *ichneumon*. Horat. (1) *Forma captivae dominum* TECMESSAE; sapph. est. Id. (2) *Donatura* CYCNI, *si libeat, sonum*; asclep. est. Sil. (3) *Non unquam affirmat* THERAPNAEIS *Ilion armis*. Martial. (4) *Delectat Marium si perniciosus* ICHNEUMON.

Exceptio II.

Quadrijugus rapitur, bijugus conjungitur illi,
In quibus i duplex non est, sed consona simplex:
Subjicit et subicit dicunt in carmine vates.

I inter duas vocales in compositis *bijugus quadrijugus* simplex consonans est, non duplex; quare merito praecedens vocalis corripitur. Virg. (5) *Interea* BIJUGIS *infert se Lucagus albis*. Id. (6) *Centum* QUADRIJUGOS *agitabo ad flumina currus*.

Verbis a *jacio* compositis, ut *abjicio*, *adjicio*, *dejicio*, *rejicio*, *subjicio* poetae interdum detrahunt alterum *i*, ut syllabam corripiant. Virg. (7) *Sic ait atque oculos Rutulorum* REJICIT *arvis*. Stat. (8) *Tela manu* REICITQUE *cunes in vulnus hiantes*. Virg. (9) *Quantum vere novo viridis se* SUBICIT *alnus*. Sil. (10) *His acuit stimulis* SUBICITQUE *haud mollia dictu*. Id. (11) *Arietat in primos* OBICITQUE *immania membra*. Id. (12) *Murice suspirans* INICIT *velamina et auro*. Virg. (13) *Spargit humi atque* ABICIT *servatum gramine bulbum*.

SCHOLION

De positione in diversis dictionibus

Positionem in alteram quoque dictionem excurrere, quamvis praecedens dictio vocali terminetur, concors est veterum grammaticorum sententia. Probus (14) in hoc versu PROSSE *graves*, etc. deficere positionem ait ob mutam et liquidam, indicans alioqui non defecturam fuisse. Charisius (15), Diomedes (16), Max. Victorinus (17), Sergius (18) et Cledonius (19) docent, communem esse syllabam, cum correptam vocalem sequitur *f* cum liquida in altera dictione eamque mutae locum obtinere, atque in bis *aptare flagello*, *talia flammato*, *ore fremebant* *l* et *r* liquescere significant: cum breves sunt ultimae, ut saepe sunt, id adscribendum subsequenti *f* mutae cum liquida.

II. Quamvis cum bis etiam vi positionis interdum producuntur. Catull. (20) PROPONTIDA *trucemve ponticum sinum*. Id. (21) *Et inde tot per* IMPOTENTIA *freta*. Id. (22) *Habebat uncti et* ULTIMA *Britannia?* Sic legunt emendati codices. Id. (23) *Patria o* MEA *creatrix*; dimidium versus galliambici, *mea* iambus est. Cic. (24) *Lentiscus triplici* SOLITA *grandescere fetu*. Martial. (25) *Quaedam me cupit*, INVIDA *Procille*. Lucr. (26) *Sunt* SOLIDA *primordia*.

III. Etiam cum finalem vocalem brevem consonantis post se expertem excipit *s* cum muta in dictione sequenti aut duplex *x* et *z*, praecedens syllaba communis est, quia tunc *s* quasi liquescit. Ita Donatus (27), Sergius (28), Servius (29), Beda (30), Alcuinus (31) et Diomedes (32), qui ait: *S litera, syllabae rationis communis velut sibilus posita, vim consonantis amittit*. Idem fere Cledonius (33): *Quando juvat vocalem, consonans est, quando non juvat, sibilus est. Est longa sic*, UNDA *spissa comam: brevis*, PONITE *spes sibi quisque suas*. Priscianus (34) etiam ait: *S in metro apud vetustissimos vim suam frequenter amittit*. Virg. (35) PONITE *spes sibi quisque*. Et (36) rursum: *Tribus consonantibus sequentibus potest fieri communis syllaba, quando in principio syllabae sequentis post vocalem correptam S et muta et post eam liquida sequatur: quippe cum S in metro subtrahi more soleat veteri*.

(1) Od. 2, 4, 6. (2) Od. 4, 3, 20. (3) Lib. 13, 43. (4) Ep. 7, 86. (5) Aen. 10, 575. (6) Georg. 3, 18. (7) Aen. 10, 473. (8) Theb. 4, 574. (9) Ecl. 10, 74. (10) Lib. 1, 113. (11) Lib. 4, 149. (12) Lib. 10, 570. (13) Moret. 95. (14) Lib. 1, 1389, Putsch. (15) Lib. 1, 4, Putsch. (16) Lib. 2, 424, Putsch. (17) Pag. 1963, Putsch. (18) In edit. 1. Donat. 1830, Putsch. (19) Pag. 1884, Putsch. (20) Carm. 4, 9. (21) Carm. 4, 18. (22) Carm. 29, 4. (23) Carm. 63, 50. (24) De Divin. 1, 9. (25) Ep. 1, 116. (26) Lib. 2, 156. (27) Io 1. edit. 1738, Putsch. (28) In edit. 2. Donat. 1830, Putsch. (29) Pag. 1802, Putsch. (30) Pag. 2353, Putsch. (31) Pag. 2085, Putsch. (32) Lib. 2, 424, Putsch. (33) Pag. 1884, Putsch. (34) Lib. 1, 557, Putsch. (35) Aen. 11, 309. (36) Lib. 2, 577, Putsch.

ut Horat. (1) *Linquimus, insani ridentes* PRAEMIA *scribae.* Et sane Lucilius (2) *Tristem et corruptum scabie et* PORRIGINI' *plenum.* Terentianus (3) propemodum negat corripi posse praecedentem vocalem. Affert sua exempla. QUISQUE *scire cupit vel* QUISQUE *scribere curat.* Sergius (4) denique adnotat ultimam corripi, sequentibus *x* vel *z* in graecis nominibus, ut NEMOROSA *Zacynthos;* et *super* AEQUORA *Xerxem.*

IV. Suppetunt nobis ad idem confirmandum exempla. Catull. (5) *Nec deprecor jam si* NEFARIA *scripta; ria* iambus est in scazonte. Martial. (6) *Quid gladium demens* ROMANA *stringis in ora?* Sil. (7) *Gelidos* NE *scandere tecum — Deficiam montes?* ubi *ne* enclitica producitur. Virg. (8) *Ferte citi flammas, date* TELA, *scandite muros.* Boët. (9) *Sed quis* NOTA *scire laborat: nota* spondaeus est in anapaestico. Enn. (10) *Auspicio regni* STABILITA *scamna solumque.*

V. Sunt et alia. Tibull. (11) *Pro* SEGETE *spicas.* Martial. (12) *Ut* DIGNA *speculo fiat imago tuo.* Sil. (13) IMMANE *stridens agitur.* Lucan. (14) *Aut pretium* QUIPPE *stimulo.* Stat. (15) *Praeceleres* AGILE *studium.* Catull. (16) *Nulla fugae ratio,* NULLA *spes.* Quae et alia pleraque ne dixeris produci beneficio caesurae, nam plura ipse non proferes, quibus vocalis in fine corripiatur sequente *s* cum muta. Certe grammatici probant sexcentas finales syllabas natura produci, quamvis in iis sit caesura. Etsi vero, qui versus suavitati student, hanc ultro sibi legem statuerunt, ne finalem brevem subsequente *s* et muta corripiant: castigandus tamen minime est, si quis interdum sibi et poëtarum nonnullis exemplis et suo quasi jure permiserit.

Praeceptum IV. De praeteritis dissyllabis

Praeterita assumunt primam dissyllaba longam,
Sto, do, scindo, fero rapiunt, bibo, findo priores.

Praeterita dissyllaba habent priorem longam, ut *veni, vidi, vici.* Virg. (17) *Quos ubi confertos audere in praelia* VIDI. Id. (18) VENIT *summa dies et ineluctabile tempus.*

Exceptio

Steti, dedi, scidi, tuli, bibi, fidi a *findo* corripiunt primam. Martial. (19) *Dixit et ardentes avido* BIBIT *ore favillas.* Lucan. (20) *Aut* SCIDIT *et medias fecit sibi litora terras.* Virg. (21) DIFFIDIT *ac multa porrectum extendit arena.*

Appendix

Abscidit, abscidit modulatur utrumque poëta.

Compositum *abscidi* habet penultimam communem. Lucan. (22) ABSCIDIT *impulsu ventorum adjuta vetustas.* Id. (23) ABSCIDIT *nostrae multum sors invida laudi.* Martial. (24) ABSCIDIT *vultus ensis uterque sacros.* In soluta tamen oratione corripiendum videtur. Verisimile enim est, quando a poëtis producitur, deduci ab inusitato praesenti *abscido ex abs* et *caedo;* quando vero corripitur, ab usitato *abscindo.*

Praeceptum V. De geminantibus primam

Praeteritum geminet si primam, corripe utramque,
Ut pario peperi; vetet id nisi consona bina.
Caedo cecidit habet longam, ceu pedo pepedi.

Cum prima syllaba praeteriti geminatur, eadem et secunda brevis est, nisi obstent duae consonantes: ut *cecini, tetigi, peperi.* Virg. (25) *Tityre, te patulae* CECINI *sub tegmine fagi.*

Exceptio

Excipiuntur *cecidi* a *caedo*, *pepedi* a *pedo*, in quibus secunda longa est; ut in iis etiam, in quibus duae consonantes sequuntur, ut *cucurri, tetendi.* Juvenal. (26) *Ebrius ac petulans, qui nullum forte* CECIDIT. Horat. (27) *Nam, displosa sonat quantum vesica,* PEPEDI.

Praeceptum VI. De supinis dissyllabis

Cuncta supina volunt primam dissyllaba longam,
At reor et cieo, sero et ire sinoque linoque,
Do, queo et orta ruo breviabunt rite priores.

(1) Sat. 1, 5, 35. (2) Ap. Non. 2, 701. (3) Pag. 2406, Putsch. (4) In edit. 1. Donat. 1831 Putsch. (5) Carm. 44, 18. (6) Ep. 5, 70. (7) Lib. 3, 111. (8) Aen. 9, 37. Vid. Pierium in hunc loc. (9) Lib. 5, metr. 3, 14. (10) Ap. Cic. de Divin. 1, 48. (11) El. 1, 5, 28. (12) Ep. 2, 66. (13) Lib. 9, 575. (14) Lib. 5, 118. (15) Theb. 6, 551. (16) Carm. 64, 186. (17) Aen. 2, 347. (18) Aen. 2, 324. (19) Ep. 1, 43. (20) Lib. 3, 61. (21) Aen. 9, 589. (22) Lib. 3, 471. (23) Lib. 4, 502. (24) Ep. 3, 66. (25) Georg. 4, 566. (26) Sat. 3, 278. (27) Sat. 1, 8, 46.

*

Supina duarum syllabarum habent priorem longam, ut *visum*, *motum*. Virg. (1) *Terribiles* VISU *formae letumque, labosque*. Id. (2) *Quos ego: sed* MOTOS *praestat componere fluctus.*

Exceptio

A *reor ratum*, a *sero satum*, ab *eo itum*, a *sino situm*, a *lino litum*, a *do datum*, a *ruo rutum*, a *queo quitum*, supina dissyllaba primam corripiunt. Virg. (3) *Nos abiisse* RATI *et vento petiisse Mycenas*. Id. (4) *At non ille*, SATUM, *quo te mentiris, Achilles*. Ovid. (5) *Poscebatur humus; sed* ITUM *est in viscera terrae*. Id. (6) *Hic* SITUS *est Phaeton, currus auriga paterni*. Virg. (7) *Ardentes auro et paribus* LITA *corpora guttis*. Horat. (8) *Divitiaeque peregrinae, quibus* OBLITUS *actor*. Virg. (9) *Postquam introgressi et coram* DATA *copia fandi*. Ovid. (10) DIRUTA *sunt aliis, uni mihi Pergama restant*. Ter. (11) ... *Forma in tenebris nosci non* QUITA *est*. Pes ultimus iambus est in iambico tetrametro.

Appendix

Citum a *cieo* secundae conjugationis priorem brevem habet, unde *concitus*, *excitus* penultima brevi. Valer. Flacc. (12) *Vulnus et extrema sonuit* CITA *casside cuspis*. Virg. (13) *Altior insurgens et cursu* CONCITUS *heros*. Ovid. (14) *Nec fruitur somno vigilantibus* EXCITA *curis*.

II. *Citum* vero a *cio* quartae conjugationis priorem producit, unde *concitus*, *excitus* penultima longa. Lucan. (15) *Inde ruunt toto* CONCITA *pericula mundo*. Id. (16) *Rupta quies populis stratisque* EXCITA *juventus*.

III. *Ruo* nunc facit supino *ruitum*: priscis saeculis *rutum* fecit, unde composita *dirutum*, *erutum*, *obrutum*. Virg. (17) *Nec mihi cum Teucris ullum post* ERUTA *bellum*.

IV. *Statum* priorem producere in derivatis *staturus* et compositis docet Priscianus (18). Lucan. (19) *Tunc res immenso placuit* STATURA *labore*. Martial. (20) CONSTATURA *fuit megalensis purpura centum*. Stat. (21) *Quae sic orsa prior; spes ne* OBSTATURA *Pelasgis*.

V. In plurimis tamen derivatis corripitur, ut *status* substantivum et *status, ta, tum* adjectivum, sic *statio*, *statuo*, *statua*, *stabilis*, *stabulum*, etc.; et cum *a* in *i* mutatur in *praestitum*, *constitum*. Ovid. (22) *Hic* STATUS *in caelo multos permansit in annos*. Id. (23) *Musa quid a fastis non* STATA *sacra petis?* Virg. (24) *Nunc tantum sinus et* STATIO *male fida carinis*. Id. (25) *Urbem praeclarom* STATUI; *mea moenia vidi*. Horat. (26) *Infantes* STATUAS, *seu pingui tentus omaso*. Virg. (27) *Connubio jungam* STABILI *propriamque dicabo*. Id. (28) *Itur in antiquam silvam*, STABULA *alta ferarum*. Id. (29) *Centauri in foribus* STABULANT *scyllaeque biformes*.

Praeceptum VII. De supinis polysyllabis

Utum producunt polysyllaba cuncta supina.
De vi praeterito semper producitur itum.
Agnitus agnosco et cognosco cognitus effert.
Cetera corripies in itum quaecumque supina.

Supina in *tum* polysyllaba, praecedente *u*, habent penultimam longam, ut *solutum*, *argutum*, *indutum*. Virg. (30) *Quae ferimus: Rutuli somno vinoque* SOLUTI. Item in *itum* a praeteritis in *vi* per *v* consonantem ut *cupivi cupitum*, *petivi petitum*, *condivi conditum* a *condio*. Ovid. (31) *Exul eram requiesque mihi, non fama* PETITA *est*.

Exceptio

Agnovi tamen et *cognovi agnitum et cognitum* penultima brevi habent. Ovid. (32) *Idque recens praestas, nec longo* COGNITUS *usu*.

II. Supina in *itum* a praeteritis in *ui* per *u* vocalem ceteraque supina in *itum* habent penultimam brevem, ut *monui monitum*, *tacui tacitum*, *credidi creditum*. Virg. (33) *Discite justitiam* MONITI *et non temnere divos*. Id. (34) *Quis te, magne Cato*, TACITUM *aut te, Cosse, relinquat?* Excipe *recensitus*. Claudian. (35) *Prisca* RECENSITIS *evolvite soecula fastis*.

(1) Aen. 6, 277. (2) Aen. 1, 135. (3) Aen. 2, 25. (4) Aen. 2, 540. (5) Met. 1, 138. (6) Met. 2, 327. (7) Georg. 4, 99. (8) Epist. 2, 1, 204. (9) Aen. 11, 248. (10) Heroid. 1, 51. (11) Hecyr, 4, 1, 57. (12) Lib. 3, 197. (13) Aen. 12, 902. (14) Met. 2, 779. (15) Lib. 5, 597. (16) Lib. 1, 239. (17) Aen. 11, 279. (18) Lib. 4, 625. Putsch. (19) Lib. 3, 381. (20) Ep. 10, 41. (21) Theb. 7, 246. (22) Fast. 5, 33. (23) Fast. 1, 660. (24) Aen. 2, 23. (25) Aen. 4, 655. (26) Sat. 2, 5, 40. (27) Aen. 1, 73. (28) Aen. 6, 179. (29) Aen. 6, 286. (30) Aen. 9, 236. (31) Trist. 4, 1, 3. (32) Trist. 3, 5, 9. (33) Aen. 6, 620. (34) Aen. 6, 842. (35) In Eutrop. 2, 60.

Derivata patris naturam verba sequuntur.
Mobilis et fomes, laterna ac regula, sedes,
Quanquam orta e brevibus, gaudent producere primam;
Corripiuntur arista, vadum, sopor atque lucerna,
Nata licet longis: usus te plura docebit.

Derivata sequuntur naturam eorum, a quibus derivantur; ut *legebam*, *legam*, *lege*, *legito* prima brevi, quia oriuntur a praesenti *lego legis*, cujus prior brevis est.

II. At *legeram*, *legerim*, *legissem*, *legero*, *legisse* prima longa: quia a praeterito *legi* nascuntur, cujus prior longa est, cum sit praeteritum dissyllabum.

III. *Arotrum*, *simulacrum*, *ambulacrum*, *lavacrum*, *volutabrum*, *involucrum*, etc. penultima longa, quia a supinis *aratum*, *simulatum*, *ambulatum*, *lavatum*, *volutatum*, *involutum* deducuntur, quorum penultima similiter longa est.

IV. *Reditus*, *exitus*, *introitus*, *aditus*, *initus*, *obitus* penultima correpta, quia fiunt a supino *itum*, quod priorem corripit, ut supra diximus.

Exceptio

I. Multa, quae suae originis naturam non sequuntur, usu assiduaque poëtarum lectione sunt addiscenda, cujusmodi sunt haec longa; *denus*, *fidus*, *fomes* et *fomentum*, *humanus*, *imbecillus*, *jumentum*, *laterna*, *lex legis*, *macero*, *mobilis* et *momentum*, *nonus*, *regula*, *sedes*, *tegula*, *vox vocis* et alia, orta e brevibus *decem*, *fides*, *foveo*, *humus* sive *homo*, *baculus*, *juvo*, *lateo*, *lego*, *macer*, *moveo*, *novem*, *rego*, *sedeo*, *tego*, *voco*, quamquam *fomes* et *fomentum*, *jumentum*, *mobilis* et *momentum* potius a supinis longis *fotum*, *jutum* et *motum* oriri videntur.

II. Contra vero haec brevia: *acerbus*, *arena* et *arista*, *disertus*, *dux ducis*, *ligula*, *lucerna*, *mamilla*, *odium*, *ofella*, *quasillus*, *quater* et *quaternus*, *sagax*, *sigillum*, *sopor*, *tigillum*, *vadum* et alia orta e longis *acer*, *areo*, *dissero*, *duco*, *lingua*, *luceo*, *mamma*, *odi*, *offa*, *qualus*, *quotuor*, *saga* seu *sagio*, *signum*, *sopio*, *tignum*, *vado*.

Praeceptum IX. De compositis

Legem simplicium retinent composta suorum,
Vocalem licet aut diphthongum syllaba mutet.
Dejero sed juro dat pejeroque; innuba nubo
Pronubaque, atque hilum nihilum, dat semisopitus
Sopio, fatidicus fratresque a dico creantur.
Participale ambitum ab itum inter longa repone.

I. Composita brevitatem vel longitudinem simplicium sequuntur.

II. In *perlego*, *relego gis* tertiae conjugationis *e* ante *g* brevis est; quia in simplici *lego* etiam corripitur. Sed in *relego gas*, *allego gas* primae conjugationis eandem producitur, ut in simplici *lego gas*: in praeterito vero *perlegi*, *relegi* producitur, quia in simplici praeterito *legi* itidem longa est.

III. *Attigi*, *concidi*, *diffidi*, *ebibi*, *rescidi* *i* mediam habent brevem; quia in simplicibus eadem vocalis corripitur; nempe *tetigi*, *cecidi* a *cado*, etc.

IV. *Oblitum* ab *oblino*, *insitum*, *circumdatum*, *desitum* penultimam habent brevem: quia fiunt a supinis brevibus *litum*, *satum* etc. Tibull. (1) OBLITUS *et musto feriet pede rusticus uvas*. Producitur vero *oblitus* ab *obliviscor*.

Appendix

I. Quantitas simplicium servatur in compositis, quamvis vocales mutentur. Sic *concido*, *excido*, *incido*, *occido*, *recido* a *cado* penultimam corripiunt: *eligo*, *seligo* a *lego gis*. Contra *concido*, *excido*, *incido*, *occido*, *recido* a *caedo* eandem producunt: sic *allido* et *collido* a *laedo*: *exquiro*, *requiro* a *quaero*; *obedio obedis* ab *audio*. Virg. (2) OCCIDIT OCCIDERITQUE *sinas cum nomine Troja*. Juvenal. (3) OCCIDIT *miseros crambe repetita magistros*.

Exceptiones

I. Haec a simplicibus longis orta corripiuntur: *dejero*, *pejero* a *juro*; *pronuba*, *innuba* a *nubo*; *fatidicus*, *maledicus*, *causidicus*, *veridicus* a *dico cis*: *nihilum* ex *ni* et *hilum*. Cic. (4) *Saxum sudans nitendo neque proficit* HILUM. Horat. (5) *Stultitia ne erret*, NIHILUM *distabit*, *an ira*.

II. *Connubium* a *nubo* secundam syllabam habet communem. Virg. (6) *Hectoris Andromache Pyrrhin'* CONNUBIA *servas?* Id. (7) CONNUBIO *jungam stabili*, *propriamque dicabo*. Nisi forte in hoc

(1) El. 2, 5, 85. (2) Aen. 12, 828. (3) Sat. 7, 154. (4) Tusc. 1, 5. (5) Sat. 2, 3, 210. (6) Aen. 3, 319. (7) Aen. 1, 73.

posteriore primus ac secundus pes spondaei sint per synaeresim, ut etiam in eo Virgilii (1) SIDONIAS *ostentat opes* aliisque, de qua re cap. XI.

III. *Ambitus, ta, tum* participium media longa. Ovid. (2) *Jussit et* AMBITAE *circumdare litora terrae.* *Ambitus tus* nomen quartae eandem brevist. Lucan. (3) *Ipse sui populus letalisque* AMBITUS *urbi.*

IV. *Sopio* et *sopitus* primam producunt. Ovid. (4) *Pervigilem superest herbis* SOPIRE *draconem.* Virg. (5) *Hunc ego* SOPITUM *somno super alta Cythera.* *Semisopitus* tamen *so* corripit. Ovid. (6) *Thesea pressuras* SEMISOPITA *manus:* sic omnes fere codices.

Praeceptum X. De praepositione in compositione

Longa a, de, e, se, di, praeter dirimo atque disertus.
Sit re breve; at refert a res prodncito semper.
Corripe pro graecum, produces rite latinum.
Contrahe, quae fundus, fugio neptisque neposque
Et festus, fari, fateor fannmqne crearunt.
Hisce profecto addes pariterque procella, protervus
Atque propago, genus: propago protrahe vitis.
Propino varia, procuro, propago, profundo.
Corripe ab et reliquas, obstent nisi consona bina,
Quae sunt ad vel in, ob, per, sub, super, anteque, circum.

I. *A, e, de, di, se*, cum componunt, longae sunt; ut *amitto, erumpo, deduca, diripio, separo.* Virg. (7) AMISSOS *longo socios sermone requirunt.* Id. (8) DEDUCUNT *socii naves et litora complent.* Id. (9) *Quem Venus ante alios astrorum* DILIGIT *ignes.* Ovid. (10) SEPARAT *Aonios actaeis Phocis ab arvis.*

Exceptio

Dirimo et *disertus di* corripiunt. Virg. (11) *Cede deo dixitque et praelia voce* DIREMIT. Martial. (12) *Non tu, Pomponi, coena* DISERTA *tua est.*

II. *Re* praepositio in compositione corripitur; sed *refert* impersonale, idest interest, producitur. Virg. (13) *Collectasque fugat nubes, solemque* REDUCIT. Id. (14) *Est numerus; neque enim numero comprendere* REFERT.

III. *Pro* praepositio brevis est apud Graecos, ut *Propontis;* longa apud Latinos, ut *proveho, promoveo.* Ovid. (15) *Misit in has si quos longa* PROPONTIS *aquas.* *Propontis* tamen producitur a Manilio. (16) *Aequora et extremum* PROPONTIDOS *Hellespontum.* Virg. (17) PROVEHOR *et fando surgentes demoror austros.*

Verum corripiuntur *profundus, profugus, pronepos* et *proneptis, profestus, profari, profiteor, profanus, profecto, profectus* et *profecturus* a *proficiscor* (nam a *proficio* eandem producunt) *procella, protervus* et *propago* nomen, cum genus significat, nam *propago* idest vitis depressa, producitur. Lucan. (18) *Quam prior affatur Pompeji ignava* PROPAGO. Virg. (19) *Sed truncis oleae, melius* PROPAGINE *vites.*

IV. *Propino, procuro* et *propago* as verbum, primam habent communem. Tibull. (20) *Ipse* PROCURAVI, *ne, etc.* *Profundo dis* raro eandem producit: *propello* nonnunquam apud Lucr. (21) eandem corripit. *Est procul a tergo, quae provehat atque* PROPELLAT.

V. Praepositiones *ab*, ut *abeo; ad*, ut *adoro; in*, ut *inuro; ob*, ut *obeo; per*, ut *pereo; sub*, ut *subeo; super*, ut *superaddo; ante*, ut *antefero; circum*, ut *circumago*, corripiuntur: item *a* graeca particula: ut *adamas, adytum, atomus.* Ovid. (22) *Immolat hunc Briareus facta ex* ADAMANTE *securi.* Virg. (23) *Talibus ex* ADYTO *dictis cumaea sibylla.* Juvenal. (24) CIRCUMAGAT *madidas a tempestate cohortes.*

Praeceptum XI.

De a, e, i, o, dum compositi vocabuli partem priorem terminant

Produc a semper composti parte priore:
At simul e, simul i crebro breviare memento.

(1) Aen. 4, 75. (2) Met. 1, 37. (3) Lib. 1, 179. (4) Met. 7, 149. (5) Aen. 1, 680. (6) Heroid. 10, 10. (7) Aen. 1, 217. (8) Aen. 3, 71. (9) Aen. 8, 590. (10) Met. 1, 313. (11) Aen. 5, 467. (12) Ep. 6, 48. (13) Aen. 1, 143. (14) Georg. 2, 104. (15) Pont. 4, 9, 118. (16) Lib. 4, 277. (17) Aen. 3, 481. (18) Lib. 6, 590. (19) Georg. 2, 63. (20) El. 1, 5, 13. (21) Lib. 4, 195. (22) Fast. 3, 805. (23) Aen. 6, 98. (24) Sat. 7, 164.

Nequidquam produc, nequando, venefica, nequam,
Nequaquam, nequis sociosque videlicet addes.
Idem masculeum produc et siquis, ibidem,
Scilicet et bigae, tibicen, ubique, quadrigae,
Bimus, tantidem, quidam et composta diei.
Compositi o breviant Graeci : Samothracia testis.
Sed minotaurus pariterque geometra longum est.
O latium variat: producere namque alioquin
Et quandoque, at quandoquidem breviare solemus.

I. Si prior pars compositi *a* vocali terminetur, producitur, ut *trano, traduco, trado*. Virg. (1) *Ascanium; superant montes et flumina* TRANANT. Tibull. (2) *Me mea paupertas vitae* TRADUCAT *inerti*.

II. Si vero *e* vocali finiatur, fere brevis est, ut *nefas, archetypus, liquefacio, tepefacio, tremefacio, stupefacio, madefacio*. Juvenal. (3) *Credebant hoc grande* NEFAS. Virg. (4) *Eademque calor* LIQUEFACTA *remittit*. Horat. (5) *Ferrum* TEPEFECIT *acutum*.

III. Excipe *nequis, nequa, nequod, nequam, nequitia, nequaquam, nequidquam, nequando, videlicet, veneficus, venefica*. Virg. (6) NEQUA *meis esto dictis mora: Jupiter hac stat*. Ovid. (7) *Barbara narratur venisse* VENEFICA *tecum*.

IV. *Liquefacio, tepefacio* raro producuntur. Ovid. (8) *Thura* LIQUEFIUNT. Sil. (9) *Ossa* LIQUEFACTIS. Catull. (10) *Alta* TEPEFACIET. Producit quoque *expergefacio* et *patefio* Lucretius. (11) EXPERGEFACTIQUE *sequuntur*. Id. (12) *Causa* PATEFIET. *Patefacio* etiam et *rarefacio*. Id. (13) *Atque* PATEFECIT. Id. (14) *Et* RAREFECIT *calido miscente vapore*.

V. Si prior pars compositionis in *i* vel *y* desinat, corripitur ut *omnipotens, causidicus, siquidem, fidicen, lyricen, tubicen, Palinurus, Polydorus*. Virg. (15) *Tum Pater* OMNIPOTENS, *rerum cui summa potestas*. Martial. (16) *Carpere* CAUSIDICUS *fertur mea carmina, qui sit*. Lucan. (17) *Hoc* SIQUIDEM *solo civilis crimine belli*. Horat. (18) *Romanae* FIDICEN *lyrae;* glyconius est. Virg. (19) *Nudus in ignota*, PALINURE, *jacebis arena*. Id. (20) *Nam* POLYDORUS *ego: hic confixum ferrea texit*.

Exceptiones

VI. Habent *i* longum *ibidem, ubique, idem* pronomen virile (nam neutrum breve est) *bigae, quadrigae, siquis, siqua, siquod, sicubi, scilicet, ilice, tibicen, Trinacria, bimus, trimus, quadrimus, tantidem, quivis, quidam, quilibet, biduum, triduum* ceteraque composita ex *die*, ut *meridies, quotidie, pridie, postridie*: *quatriduum* corripitur interdum. Martial. (21) *Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es* IDEM. Virg. (22) SICUBI *magna Jovis antiquo robore quercus*. Horat. (23) TIBICEN *traxitque vagus per pulpita vestem*. Martial. (24) *Si totus tibi* TRIDUO *legatur:* phaleucius est. Id. (25) *Inter tepentes post* MERIDIEM *buxos;* scazon est. Ter. (26) *Venit Chremes* POSTRIDIE *ad me clamitans, postri* spondaeus est in iambico.

VII. *Ubicunque* frequentius *i* habet breve. Martial. (27) *Qui tecum cupis esse meos* UBICUNQUE *libellos*. Horat. (28) *Sis licet felix* UBICUNQUE *mavis*. Ovidius (29) produxit : *Servor* UBICUNQUE *est*.

VIII. *Ubivis, ubilibet* produci solent, quamvis *ubi* ultimam ancipitem habeat. Horatius (30) tamen corripuit *Non* UBIVIS *coramve quibuslibet*. Sic antepenultima in *matricida* et *parricida* invenitur producta ab Ausonio (31) *Ut* PARRICIDAE *regna adimat Didio;* et (32) MATRICIDA *Nero proprio se perculit ense;* ubi tamen alii legunt *matrique cida*. Nam alioquin brevis est. Horat. (33) *Telegoni juga* PARRICIDAE: *parri* trochaeus est.

IX. *O* in graecis dictionibus priorem compositi partem claudens corripitur ut *Cymothoë, Carpophorus, argonauta, Leucopetra*. Martial. (34) *Saecula* CARPOPHORUM, *Caesar, si prisca tulissent*. Id. (35) *Non nautas puto vos, sed* ARGONAUTAS; phaleucius est.

(1) Georg. 3, 270. (2) El. 1, 1, 5. (3) Sat. 13, 54. (4) Georg. 4, 36. (5) Sat. 2, 3, 136. (6) Aen. 12, 565. (7) Heroid. 6, 19. (8) Met. 7, 161. (9) Lib. 1, 178. (10) Carm. 64, 361. (11) Lib. 4, 992. (12) Lib. 6, 999. (13) Lib. 4, 346. (14) Lib. 6, 870. (15) Aen. 10, 100. (16) Ep. 5, 34. (17) Lib. 4, 258. (18) Od. 4, 3, 23. (19) Aen. 5, 871. (20) Aen. 3, 45. (21) Ep. 12, 47. (22) Georg. 3, 332. (23) Art. Poët. 215. (24) Ep. 2, 6. (25) Ep. 3, 20. (26) Andr. 1, 1, 117. (27) Ep. 1, 2. (28) Od. 3, 27, 13. (29) Met. 7, 736. (30) Od. 3, 29, 8. (31) Carm. 198. (32) Carm. 190. (33) Sat. 1, 4, 74. (34) Spectac. ep. 27. (35) Ep. 3, 67.

I. Quae per omega apud Graecos scribuntur, longa sunt, ut *geometra, minotaurus, lagopus:* nec plura facile invenies, quibus utantur latini. Virg. (1) MINOTAURUS *inest, Veneris monumenta nefandae.* Martial. (2) *Si meus aurita gaudet* LAGOPODE *Flaccus.*

II. *O* in latinis dictionibus compositis partim producitur, *ut alioquin, quandoque, quandocunque, introduco, retroversus:* partim corripitur, *ut quandoquidem, hodie, bardocucullus.* Horat. (3) *Indignor,* QUANDOQUE *bonus dormitat Homerus.* Propert. (4) QUANDOCUNQUE *igitur vitam mea fata reposcent.* Virg. (5) *Dicite,* QUANDOQUIDEM *in molli consedimus herbo.*

CAPUT III.

DE INCREMENTO SINGULARI NOMINIS

Admonitio

Quoniam, quae cap. III, IV, V, de incrementis habentur, si per praecepta tradantur, paulo difficiliora sunt: eaque ipsa usu postea facilius oddiscuntur, non videntur iis tirones initio onerandi, nisi ubi praeceptorum generalium, quae I, et II, traduntur capite, atque ultimarum syllabarum, quae VI, capite continentur, cognitione optime imbuti fuerint. Quia vero incrementa vel ad primas spectant syllabas ut pax pacis; das damus; *vel ad medias, ut* liber liberi; amas amamus: *ultimarum syllabarum praeceptis naturae ordine praeeunt.*

Quid sit incrementum nominum

Si genitivus singularis par fuerit nominativo syllabarum numero, nullum erit incrementum, ut *musa, musae, dominus, domini.* Sin longior fuerit, tum penultima genitivi incrementum erit, quae in omnibus casibus utriusque numeri semper genitivi quantitatem servat, ut *sermo sermonis sermoni sermonem; sermones sermonum sermonibus,* ubique *o* longum est. Praeter *bobus,* ubi *o* producitur, quamvis in genitivo singulari corripiatur *bovis.*

Ovid. (6) *Non profecturis litora* BOBUS *aras;* ubi tamen alii, *bubus.*

Appendix

Iter, supellex et composita ex *caput* literis *ps* finita duplici augentur incremento, *itineris, supellectilis, biceps bicipitis, triceps tricipitis* ut diximus lib. I, §. 13, I. et §. 14, XI. in tertia declinatione.

Incrementum primae et secundae declinationis

Casibus obliquis vix crescit prima: secunda
Corripit incrementa: tamen producit Iberi.

A incrementum primae declinationis nullum est, nisi longum apud poëtas, ut *aulai, pictai.* Virg. (7) AULAI *in medio libabant pocula Bacchi.* Id. (8) *Aetherium sensum atque* AURAI *simplicis ignem.*

E, i, u incrementa secundae declinationis corripiuntur, ut *miser miseri, vir viri, satur, saturi.* Virg. (9) *Arma* VIRUMQUE *cano, Trojae qui primus ab oris.* Id. (10) *Non ignara mali* MISERIS *succurrere disco.* Pers. (11) *Romulidae* SATURI *quid dia poëmata narrent.*

Exceptio

Iber, Iberi penultimam habet longam et ex eo compositum *Celtiber Celtiberi.* Lucan. (12) *Interea domitis Caesar remeabat* IBERIS. Martial. (13) *Vir* CELTIBERIS *non tacende gentibus;* iambicus est.

Incrementum a tertiae declinationis

Nominis a crescens, quod flectit tertia, longum est.
Mascula corripies al, et ar finita; simulque
Par cum compositis; hepar, cum bacchare nectar,
Cum vade mas et anas: queis junge laremque jubarque.

(1) Aen. 6, 26. (2) Ep. 7, 86. (3) Art. Poët, 359. (4) El. 2, 1, 71. (5) Ecl. 3, 55. (6) Heroid. 5, 116. (7) Aen. 3, 354. (8) Aen. 6, 747. (9) Aen. 1, 1. (10) Aen. 1, 630. (11) Sat. 1, 31. (12) Lib. 5, 237. (13) Ep. 1, 50.

A incrementum singulare tertiae declinationis longum est, ut *vectigal*, *Titan*, *pietas*, *pax*, *calcar* et *Ajax*. Ovid. (1) *Concitat iratus validos* TITANAS *in arma*. Virg. (2) *Pars mihi* PACIS *erit*, *dextram tetigisse tyranni*. Id. (3) *Seu spumantis equi foderet* CALCARIBUS *armos*.

Exceptio I. in vocibus latinis

Corripe masculina in *al* et *ar*, ut *sal*, *Hannibal*, *Hamilcar*, *par*, *impar*, *compar*, *dispar* etc. sic *lar*, *jubar*; *vas vasis* longum est, *vas vadis* breve; *Nar Naris* flumen et *Cares* populi primam producunt. Virg. (4) *Vela dabant laeti et spumas* SALIS *aere ruebant*. Sil. (5) HANNIBALEM *Fabio ducam spectante per urbem*. Virg. (6) *Pergameumque* LAREM *et canae penetralia Vestae*. Id. (7) *It portis* JUBARE *exorto delecta juventus*.

Exceptio II. in graecis vocibus

A quoque et as graecum breve postulat incrementum:
S quoque finitum si consona ponitur ante.
Et dropax, anthrax, Atrax cum smilace climax;
His atacem, panacem, colacem, styracemque facemque
Atque abacem, coracem, phylacem compostaque necte.

Graeca in *a* et *as*, ut *poëma*, *stemma*, *Pallas adis*, et quae consonantem habent ante *s*, ut *trabs*, *Arabs*, item *dropax* et reliqua in carmine enumerata incrementa habent brevia. Juvenal. (8) STEMMATA *quid faciunt? quid prodest*, *Pontice*, *longo?* Virg. (9) *Instar montis equum divina* PALLADIS *arte*. Ovid. (10) *Nam modo thurilegos* ARABAS, *modo despicit Indos*. Id. (11) *Et Crocon in parvos versum cum* SMILACE *flores*. Virg. (12) *Non* STYRACE *idaeo flagrantes tincta capillos*.

Appendix

Arctophylacis penultimam rectius corripies, quia simplex *phylax phylacis* mediam corripit apud Graecos. Sunt, qui Manilium (13) metri necessitate produxisse dicant; sed non desunt, qui aut versum spurium esse, aut *Arctophylacta* legendum putent. Contra vero mediam *Syphacis* a *Syphax* rectius cum antiquis poëtis Propertio (14) et Ovidio (15) produces, quam cum Claudiano (16) corripies; si tamen *Syphacem* dixit, et non potius *Hannibalem*, ut alii legunt.

Pharnacis mediam corripit Lucan. (17) sed ad incrementa non pertinet; dicimus enim in recto non *Pharnax*, sed *Pharnaces* ut est in Cic. (18). Sicut nec *Candax Candacis* dicitur, sed *Candaces* penultima correpta a graeca voce Κανδάκη, Κανδάκης.

E *incrementum tertiae*

E crescens numero breviabit tertia primo:
Verum protrahitur genitivus in enis, iberque
Ver, halex, locuples, heres mercesque quiesque,
Lex, vervex, halec, seps, plebs, rex: insuper adde
El peregrinum, er, es graecum, aethere et aëre demptis.

E incrementum singulare tertiae declinationis breve est, ut *grex*, *nex*, *degener*, *pulvis*, *funus*, *teres*. Ovid. (19) *Mille* GREGES *illi totidemque armenta per herbas*.

Exceptio

Genitivus *enis* penultimam habet longam, ut *ren renis*, *siren sirenis*.

Item peregrina in *el*, ut *Michaël*. Graeca etiam in *er* et *es*, ut *crater*, *later*, *soter*, *tapes*, *lebes*, praeter *aër*, *aether*. Producuntur quoque *Iber Iberis* (populus), *ver*, *halex* vel *halec* et reliqua, quae ponuntur in carmine. Virg. (20) VERE *novo*, *gelidus canis quum montibus humor*. Id. (21) CRATERAS *magnos statuunt et vina coronant*. Ovid. (22) *Viginti fulvos operoso ex aere* LEBETAS. Juvenal. (23) VERVECUM *in patria crassoque sub aëre nasci*.

I *vel* y *incrementum tertiae*

Corripiet pariter crescens i tertia primo
In numero: at graecum patrium producit in inis:
Gryps, vibex, Nesis, lis, dis, glis, addito Samnis.

(1) Fast. 3, 797. (2) Aen. 7, 266. (3) Aen. 6, 882. (4) Aen. 1, 35. (5) Lib. 8, 279. (6) Aen. 5, 744. (7) Aen. 4, 130. (8) Sat. 8, 1. (9) Aen. 2, 15. (10) Fast. 4, 569 (11) Met. 4, 283. (12) Cir. 168. (13) Lib. 1, 603. (14) El. 3, 11, 61. (15) Fast. 6, 769. (16) De B. G. 91. (17) Lib. 10, 475. (18) Att. 11, 21, et 22, et alibi. (19) Met. 4, 634. (20) Georg. 1, 43. (21) Aen. 1, 724. (22) Heroid. 3, 31. (23) Sat. 10, 50.

I vel *y* incrementum singulare tertiae declinationis breve est, ut *stips stipis, pollex, chlamys, chalybs, ordo, pugil, carmen, cespes, sanguis.* Ovid. (1) *Dic, inquam, parva cur* STIPE *quaerat opes?* Virg. (2) *At* CHALYBES *nudi ferrum virosaque Pontus.*

Exceptio I. Inis *vel* ynis *in graecis*

Genitivus *inis* vel *ynis* a nominibus graecis penultimam producit, ut *delphin, Phorcin, Salamis.* Item *vibex vibicis, glis gliris, Nesis Nesidis, gryps gryphis, Samnis itis, lis litis, dis ditis,* quibus adde *quirites.* Virg. (3) *Orpheus in silvis inter* DELPHINAS *Arion.* Id. (4) *Laomedontiaden Priamum* SALAMINA *petentem.* Pers. (5) *Si puteal multa cautus* VIBICE *flagellas.* Virg. (6) *Noctes atque dies patet atri janua* DITIS.

Exceptio II. Icis *vel* ycis

Ix produc, breviato histrix cum fornice, varix,
Coxendix choenixque, cilix natrixque calixque.
Adde et Eryx et onix, nix pixque salixque filixque
Sardonychis, calycis, laricis: sit Bebrycis anceps.
Sed brevibus junges, in gis cum patrius exit.
Attamen y longum coccyx coccygis amabit.

Nomina *ix* vel *yx* syllaba finita penultimam genitivi habent longam, ut *felix, bombyx bombycis, perdix, coturnix, matrix, pernix, lodix.* Virg. (7) *Vivite* FELICES, *quibus est fortuna peracta.*

Exceptio

Excipitur *histrix, fornix, cilix, varix, pix, natrix serpens, nix nivis, calix* et *calyx*, etc. Lucan. (8) *Armenios* CILICASQUE *feros, Taurosque subegi.* Id. (9) *Nunc* PICE, *nunc liquida rapuere incendia cera.*

Nomina item, quorum genitivus in *gis*, penultimam genitivi habent brevem, ut *Phryx Phrygis, Styx Stygis*, excipe *coccyx coccygis* penultima producta.

O *incrementum tertiae*

O crescens numero producimus usque priore.
O parvum in graecis brevia, producito magnum.
Corripitur genitivus oris, quem neutra dedere
Nomina; sed produc os oris. Sit brevis arbor
Et lepus et pus compositum, bos, compos et impos.
Adde his Cappadocem, Allobrogem cum praecoce et obs, ops.
Verum produces cercops hydropsque cyclopsque.

O incrementum singulare tertiae declinationis in latinis nominibus longum est, ut *sol, vox, velox, celox celocis, candor, unio, sacerdos, mando mandonis.* Ovid. (10) *Regia* SOLIS *erat sublimibus alta columnis.*

Exceptio I.

Graeca in *on*, quae in obliquis habent omicron, corripiuntur, ut *Philemon, Palaemon, sindon, Agamemnon, Jason, Amazon.* Sic *Senones, Britones, Lingones, Teutones, Vascones* et alia usu discenda. Virg. (11) *Pulsant et pictis bellantur* AMAZONES *armis.*

Latini interdum *n* literam omittunt, ut *Macedo, Macedonis, Brito, Vasco, Saxo, pepo, Agamemno.* Stat. (12) *Conclamant Danai stimulatque* AGAMEMNO *volentes.*

Quae vero per omega scribuntur, longa sunt, ut *Simon, agon, Sidon, Solon, lacon, Sicyon*, etc. Variatur *Orion.*

Exceptio II.

Genitivus in *oris* a nominibus graecis et latinis neutris, praeter *os oris* penultimam habet brevem, ut *Nestor, marmor, ebur, corpus.* His adduntur *memor, arbor, lepus,* et ex πούς ποδός composita, ut *tripus.* Item *bos, compos* et *impos.* Ovid. (13) *Ipse sui* DECORIS, *qualis quum deficit orbem.* Virg. (14) *Sic vos non vobis fertis aratra* BOVES.

Neutra comparativa sequuntur masculinorum quantitatem, ut *majus majoris, minus minoris* penultima longa, sicut *major mojoris, minos minoris.*

(1) Fast. 4, 350. (2) Georg. 1, 58. (3) Ecl. 8, 56. (4) Aen. 8, 158. (5) Sat. 4, 49. (6) Aen. 6, 127. (7) Aen. 3, 493. (8) Lib. 2, 593. (9) Lib. 3, 684. (10) Met. 2, 1. (11) Aen. 11, 660. (12) Achill. 1, 552. (13) Met. 2, 382. (14) In epigr.

Corripiuntur etiam *Coppadox, Allobrox, praecox,* item, quae consonantem habent ante *s*, ut *scrobs, Aethiops, Cecrops, Dolops,* praeter *cyclops, cercops, hydrops.* Martial. (1) CAPPADOCUM *saevis Antistius occidit oris.* Virg. (2) *Hic* DOLOPUM *manus, hic saevus tendebat Achilles.* Ovid. (3) *Tela reponuntur manibus fabricata* CYCLOPUM. Id. (4) CERCOPUM *exosus gentisque admissa dolosae.*

U crescens in tertia

U brevia incrementa feret : sed casus in udis,
Uris et utis ab us recto producitur : et fur,
Lux, frux. Sed brevis intercusque pecusque ligusque.

U incrementum tertiae declinationis breve est, ut *murmur, furfur, turtur, trux, redux, dux, tradux.* Virg. (5) *Magnanimosque* DUCES *totiusque ordine gentis.*

Exceptio

Interrogandi casus *udis, uris* et *utis* a nominibus in *us* penultimam habent longam, ut *palus paludis, tellus telluris, virtus virtutis.* Item *fur furis* cum ceteris obliquis; *Pollux, lux* et *frugis* a nominativo *frux* inusitato. Corripiuntur vero *intercus cutis, pecus pecudis, Ligus* (vel *Ligur*) *Liguris.* Virg. (6) *Quid domini faciant, audent quum talia* FURES! Tibull. (7) LUCE *sacra requiescat humus, requiescat arator.*

CAPUT IV.

DE INCREMENTO PLURALI NOMINIS

Penultima genitivi vel dativi pluralis numeri dicitur incrementum plurale, cum uterque casus longior est nominativo ejusdem numeri, ut *musae musarum, ambo amborum ambobus, qui quorum quibus, res rerum rebus.*

A, e, i, o, u

Pluralis casus si crescit, protrahet a, e
Atque o: corripies i, u: verum excipe bubus.

A, e, o incrementa multitudinis longa sunt, ut *quarum, harum, ambabus, rerum rebus, horum, quorum.* Ovid. (8) *Quum tamen a turba* RERUM *requieverit* HARUM. Virg. (9) *At Capys et* QUORUM *melior sententia menti.*

I et *u* incrementa multitudinis corripiuntur; ut *quibus, tribus, montibus, lacubus, verubus.* Virg. (10) MONTIBUS *in nostris solus tibi certet Amyntas.* Ovid. (11) *Praemia de* LACUBUS *proxima musta tuis.* Verum *bobus* seu *bubus* producitur.

CAPUT V.

DE VERBORUM INCREMENTO

Quid sit incrementum verborum

Secunda persona singularis modi indicativi norma est ad quam verborum incrementa diriguntur: cui si verbum sit aequale, nullum erit incrementum, ut *amat amant,* quia dissyllaba sunt, sicut *amas* (quae norma et regula est incrementorum) nullum habent incrementum. Sin verbum longius sit una syllaba, unum habebit incrementum, ut *amamus amatis,* quorum penultima incrementum est: nam ultima nunquam dicitur incrementum. Si duabus syllabis norma superetur, duo erunt incrementa, ut *amabitis, amabimus*; si tribus, tria, ut *amaveritis, amaverimus,* si denique quatuor, totidem erunt incrementa, ut *audiebamini.*

II. In verbis deponentibus fingenda est vox activa, ad quam verborum incrementa dirigantur.

(1) Ep. 9, 31. (2) Aen. 2, 29. (3) Met. 1, 259. (4) Met. 14, 92. (5) Georg. 4, 4. (6) Ecl. 3, 13. (7) El. 2, 1, 5. (8) Pont. 4, 5, 27. (9) Aen. 2, 35. (10) Ecl. 5, 8. (11) Fast. 4, 888.

III. Ultima syllaba, ut modo diximus, nunquam est incrementum, prima vero est, si norma ipsa sit monosyllaba, ut *das, fles, damus datis dabam dare* et cetera dissyllaba unum habent incrementum: eodem modo *flemus fletis flebam flere*, etc.

Praeceptum I. De incrementis verborum a *et* e

A crescens produc: do incremento excipe primo.
E quoque producunt verba increscentia. Verum
Corripiunt e ante r ternae duo tempora prima:
Sed reris vel rere datur penultima longis;
Sit brevis e, quando ram, rim, ro adjuncta sequentur,
Et beris atque bere in verbi breviato futuris.
Corripit interdum steterunt dederuntque poëta.

A in omni verborum incremento producitur, ut *stabam, stares, properamus, docebamus, legebamus, audiebamini*, etc. Ovid. (1) *Serius aut citius sedem* PROPERAMUS *ad unam*. Virg. (2) *Trojaque nunc* STARES *Priamique arx alta* MANERES.

Exceptio

A primum dumtaxat incrementum verbi *do das* corripitur, ut *damus dabunt dare*: ob quam causam pronunciamus *circumdamus circumdabunt circumdare, venundabo venundare*, etc. penultima brevi. Virg. (3) *His lacrymis vitam* DAMUS *et miserescimus ultro*. Id. (4) *Vela* DABANT *laeti et spumas salis aere ruebant*. Ovid. (5) *Jussit et ambitae* CIRCUMDARE *litora terrae*.

Redundamus autem, *redundabo redundare*, etc. longa sunt: non enim a *do das dedi* sunt, sed ab *undo as avi*. Sic etiam *abundare, exundare, inundare*, etc.

E in omnibus verborum incrementis producitur, ut *flebam, rebar, lacereris, docerem, legerunt*. Ovid. (6) FLEBAT *Aristaeus, quod apes cum stirpe necatas*. Virg. (7) *Sic equidem* DUCEBAM *animo* REBARQUE *futurum*. Martial. (8) *Daedale, lucano cum sic* LACERERIS *ab urso*.

Exceptio I.

E ante *r* breve est in quovis incremento praesentis et imperfecti tertiae conjugationis, ut *cognoscere, legerem, legeris* vel *legere* praesens passivum. *Reris* tamen vel *rere* producitur, ut *loquereris, prosequerere*, etc. Ovid. (9) *Ut neque* RESPICERES *neque* SOLARERE *jacentem* — *Dure nec exequias* PROSEQUERERE *meas?* Martial. (10) *Illud, laurigeros* AGERES *cum laeta triumphos* — *Hoc tibi, Roma, caput, cum* LOQUERERIS, *erat*.

Exceptio II.

E ante *ram, rim, ro* corripitur, ut *amaveram amaverim amavero, feceram fecerim fecero*.

De ceteris personis idem esto judicium: *amaveris amaverit amaverimus, fecerimus feceritis*. Ovid. (11) FECERAT *exiguas jam sol altissimus umbras*.

Exceptio III.

Beris et *bere* semper corripitur, ut *celebraberis* vel *celebrabere, mordeberis* vel *mordebere*. Virg. (12) *Semper honore meo, semper* CELEBRABERE *donis*. Ovid. (13) *Neu cave defendas, quamvis* MORDEBERE *dictis*.

Appendix

Poëtae in praeterito indicativi *e* literam ante *runt* syllabam pro suo jure interdum corripiunt. Virg. (14) *Obstupui* STETERUNTQUE *comae et vox faucibus haesit*. Tibull. (15) *Nec cithara intonsae* PROFUERUNTVE *comae*.

Ne tamen putent novi poëtae idem passim sibi licere, in brevi praesertim poëmate.

Praeceptum II. De incrementis verborum i, o *et* u

Corripit i crescens verbum; producitur ivi
Praeteritum: sed imus breviatur; deme velimus,
Nolimus, simus quaeque hinc composta dabuntur:
Et quodvis quartae incrementum i protrahe primum.

(1) Met. 10, 33. (2) Aen. 2, 56. (3) Aen. 2, 145. (4) Aen. 1, 35. (5) Fast. 1, 363. (6) Fast. 1, 323. (7) Aen. 6, 690. (8) Spect. ep. 8. (9) Trist. 1, 8, 13. (10) Ep. 3, 66. (11) Met. 3, 50. (12) Aen. 8, 76. (13) Trist. 1, 1, 25. (14) Aen. 2, 774. (15) El. 2, 3, 12.

Ri conjunctivi possunt variare poëtae.
O incrementum produc, u corripe semper,
Cuncta sed u longum reddent tibi verba futuri.

I in quovis verborum incremento corripitur, ut *linquimus, inquimus, amabimus, audiebamini.* Virg. (1) LINQUIMUS *Ortygiae portus pelagoque volamus.* Horat. (2) *Communi sensu plane caret,* INQUIMUS, *ehea!*

Exceptia

Penultima praeteriti in *ivi* longa est, ut *petivi.* Et primum incrementum quartae conjugationis, ut *oudivimus audite audirem.* Sic *venimus, reperimus* praesentis temporis. Sic *imus ibam ito* et composita. Corripitur tamen secundum incrementum, ut *oudivimus,* et tertium, ut *aadiveritis.* Virg. (3) *Cessi et sublato montem genitore* PETIVI. Id. (4) *Tu ne cede malis, sed contra audentior* ITO. Id. (5) *Jungimus hospitio dextras et tecta* SUBIMUS.

Haec etiam *i* longum habent: *nolito nolite nolimus nolitis, velitis, simus sitis* et composita, ut *possimus, adsimus, prosimus, obsimus, desimus,* etc. Ovid. (6) *Et documenta damus, qua* SIMUS *origine nati.* Id. (7) *Si quis, ut in populo, qui* SITIS *et unde requiret.*

Appendix I.

Imus in praeterito penultimam corripit, ut *venimus, reperimus, comperimus.* Virg. (8) *Non nos aut ferro lybicos populare penates* – VENIMUS *aut raptas ad litora vertere praedas.*

Appendix II.

Tempora conjunctivi modi syllabis *rimus* et *ritis* finita habeantne penultimam brevem an longam, etiam veteres *Grammatici certant et adhuc sub judice lis est.* Diomedes (9) enim docet praeteritum breve esse, futurum vero longum; Probus (10) utrumque longum esse affirmat. Quare, cum versus facies, poëtas optimos imitaberis, qui *ri* syllabam conjunctivi modo corripiunt, modo producunt, prout versus postulat. Sin tibi aliquid recitandum erit, ne sermonem des auditoribus, regionis consuetudini servies. Ovid. (11) *Accepisse simul; vitam* DEDERITIS *in unda.* Catull. (12) *Dein, cum millia multa* FECERIMUS; phaleucius est. Ovid. (13) *Haec tibi* DIXERITIS, *servet sua dona, rogate.*

O in verborum incrementis semper producitur, ut *facitote.* Ovid. (14) *Quumque loqui poterit, matrem* FACITOTE *salutet.*

U in verborum incrementis ubique corripitur, ut *sumus, possumus, volumus.* Horat. (15) *Nos numerus* SUMUS *et fruges consumere nati.* Id. (16) *Si patriae* VOLUMUS, *si nobis vivere cari.* Ab hac regula excipiuntur futura infiniti in *urum:* ut *futurum, amaturum, docturum.*

CAPUT VI.

DE ULTIMIS SYLLABIS

Syllabae, quae ultimum locum tenent, partim positione, ut *prudens, praecox*: partim diphthongo, ut *musae*; partim privatis praeceptionibus cognoscuntur, de quibus nunc agendum est.

A *in fine*

A finita dato longis, ita, postea deme,
Eja, quia et casus omnes; sed protrahe sextum.
Productis graecos casus adjunge vocandi.

A finita longa sunt ut *memora, contra, ultra, antea, frustra, triginta, quadraginta:* quanquam haec numeralia correpta reperiuntur interdum. Virg. (17) *Musa, mihi causas* MEMORA, *quo numine laeso.* Id. (18) TRIGINTA *capitum fetus enixa, jacebit.* Juvenal. (19) ULTRA *Sauromatas fugere hinc libet et glacialem.* *Contra* tamen correptum ab Ennio (20) Manilio (21) et Ausonio (22) invenitur.

Corripe *eja, postea, quia, ita.* Item casus omnes in *a,* ut *ancora, vela;* praeter ablativos, ut de *prora;* et vocativos graecos ab *as* sive primae, ut *Aenea:* sive tertiae, quorum genitivus in *antis,* ut o *Atla, Calcha, Palla.* Virg. (23) *Haud* ITA *me experti Bitias, et Pandarus ingens.* Id. (24)

(1) Aen. 3, 124. (2) Sat. 1, 3, 66. (3) Aen. 2, 804. (4) Aen. 6, 95. (5) Aen. 3, 83. (6) Met. 1 415. (7) Pont. 4, 5, 11. (8) Aen. 1, 527. (9) Lib. 1, 331, Putsch. (10) Lib. 1, 1412, et 1413, Putsch. (11) Met. 6, 357. (12) Carm. 5, 10. (13) Pont. 4, 5, 45. (14) Met. 9, 378. (15) Epist. 1, 2, 27. (16) Epist. 1, 3, 29. (17) Aen. 1, 8. (18) Aen. 3, 391. (19) Sat. 2, 1. (20) Ap. Varr. de L. L. 6, 2. (21) Lib. 2, 253. (22) Ep. 3. (23) Aen. 11, 396. (24) Aen. 3, 277.

ANCORA *de* PRORA *jacitur, stant litore puppes.* Id. (1) *Quid miserum,* AENEA, *laceras? jam parce sepulto.* Id. (2) *Nan haec, o* PALLA, *dederas* PROMISSA *parenti.* Ovid. (3) *Tempus,* ATLA, *veniet* TUA *qua spoliabitur aura.*

E *in fine*

Corripe e: sed primae quintaeque vocabula produc
Atque fame, cete, tempe, fermeque fereque.
Adde doce similemque modum et monosyllaba; praeter
Encliticas ac syllabicas: nec non (male dempto
Ac bene) produces adverbia cuncta secundae.

E litera finita corripiuntur, ut *nate, fuge, pone, paene, nempe.* Virg. (4) *Heu* FUGE, NATE *dea; teque his, ait,* ERIPE *flammis.* Id. (5) PAENE *simul tecum solatia rapta, Menalca.*

Exceptio I.

Producuntur nomina primae et quintae declinationis, ut *Anchisiades o Anchisiade; Calliope, re, die* et quae inde oriuntur, ut *quare, hodie:* quibus adde *fame, cete, tempe, ferme, fere, ohe.* Virg. (6) *Vos, o* CALLIOPE, *precor, adspirate canenti.* Martial. (7) *Non venias* QUARE *tam longo tempore Romam.* Virg. (8) *Objicit: ille* FAME *rabida tria guttura pandens.* Juvenal. (9) *Nulla* FERE *causa est, in qua non foemina litem.* Id. (10) *Mabilis et varia est* FERME *natura malorum.* Martial. (11) OHE, *jam satis est,* OHE *libelle;* phaleucius est.

Exceptio II.

Item verba imperativi modi numeri singularis secundae conjugationis, *ut mone, habe.* Virg. (12) *Tu vatem, tu diva* MONE: *dicam horrida bella.* Martial. (13) *Quae tua sunt, tibi* HABE, *quae mea, redde mihi.* Horat. (14) CAVE, CAVE, *namque in malos asperrimus;* senarius est. *Cave* tamen saepius corripitur. Horat. (15) *Vade, vale,* CAVE, *ne titubes mandataque frangas.* Ovid. (16) *Neu* CAVE *defendas, quamvis mordebere dictis.* Corripiuntur interdum *vide, vale, responde.* Pers. (17) *Auriculas?* VIDE *sis ne majorum tibi forte.* Ovid. (18) *Idque quod ignoti faciunt,* VALE *dicere saltem.* Martial. (19) *Si quando veniet, dicet,* RESPONDE, *poëta.* Hinc et apud Manil. (20) reperies *respondere* penultima correpta: *Sic etiam magna quaedam* RESPONDERE *munda.* Sed haec jamdiu desita sunt usurpari. Multa quippe secundae conjugationis verba olim erant tertiae. Vide Nonium (21), Ter. (22) *Cum* FERVIT *maxime.* Virg. (23) FERVERE *Leucaten auroque* EFFULGERE *fluctus.*

Exceptio III.

Sunt etiam longa monosyllaba, ut *me, te, se,* exceptis conjunctionibus encliticis *que, ne, ve,* quae *et, an, vel* significant et syllabicis adjectionibus *pte, ce, te: suapte, hisce, tute.* Virg. (24) TANTANE *vos generis tenuit fiducia vestri?* Id. (25) *O virga, nova mi facies* INOPINATE *surgit.* Horat. (26) HISCINE *versiculis speras tibi posse dolores.* Lucr. (27) *Accipe praeterea, quae corpora* TUTE *necesse est.*

Exceptio IV.

Longa praeterea sunt adverbia a nominibus secundae declinationis profecta, ut *placide, valde, minime;* praeter *bene* et *male;* et apud Lucretium *superne, inferne.* Martial. (28) *Excipe sollicitas* PLACIDE *mea dona libellos.* Id. (29) *Nil* BENE *cum facias, facis attamen omnia belle.* Horat. (30) Et MALE *tornatos incudi reddere versus.* Lucr. (31) *Tecta* SUPERNE *timent, metuunt* INFERNE *cavernas.* Id. (32) *Terra* SUPERNE *tremit magnis concussa ruinis.* Id. (33) *Ducere forte deos manes* INFERNE *reamur.*

Appendix

Adjectiva tertiae declinationis, cum in adverbia transeunt, ultimam habent brevem, ut *sublime, suave, dulce, facile, difficile.* Virg. (34) *Cantantes* SUBLIME *ferent ad sidera cycni.* Id. (35) *Ipse sed in pratis aries jam* SUAVE *rubenti.*

(1) Aen. 3, 41. (2) Aen. 11, 152. (3) Met. 4, 643. (4) Aen. 2, 289. (5) Ecl. 9, 18. (6) Aen. 9, 525. (7) Ep. 10, 36. (8) Aen. 6, 421. (9) Sat. 6, 242. (10) Sat. 13, 236. (11) Ep. 4, 91. (12) Aen. 7, 41. (13) Ep. 10, 51. (14) Epod. 6, 11. (15) Epist. 1, 13, 19. (16) Trist. 1, 1, 25. (17) Sat. 1, 108. (18) Erist. 1, 8, 21. (19) Ep. 3, 4. (20) Lib. 5, 747. (21) Lib. 10. (22) Adelph. 4, 1, 18, ap. Prisc. 9, 866, Putsch. (23) Aen. 8, 677. (24) Aen. 1, 132. (25) Aen. 6, 104. (26) Sat. 1, 2, 109. (27) Lib. 1, 270. (28) Ep. 9, 59. (29) Ep. 2, 7. (30) Art. Poët. 441. (31) Lib. 6, 596. (32) Lib. 6, 543. (33) Lib. 6, 764. (34) Ecl. 9, 29. (35) Ecl. 4, 43.

I produc; brevia nisi cum quasi graecaque quintae.
Jure mihi variare tibique sibique solemus.
Corripies ibi, ubi melius, dissyllabon et cui.

I vocali terminata longa sunt, ut *elassi, fieri.* Virg. (1) *Sic fatur lacrymans,* CLASSIQUE *immittit habenas.* Martial. (2) *Quam vellem* FIERI *meus libellus;* phaleucius est.

Exceptio I.

Corripe *nisi, quasi* et graeca quintae declinationis, quae in *i* vel *y* exeunt, ut *Palladi, Daphni, moly.* Ovid. (3) *Quid* NISI, *Pierides, solatia frigida, restat?* Stat. (4) PALLADI *litoreae celebrabat Scyros honorum.* Catull. (5) *Morte ferox Theseus qualem* MINOIDI *luctum.* Id. (6) *Luce autem canae* TETHYI *restituor.* Virg. (7) *Insere,* DAPHNI, *pyros, carpent tua poma nepotes.* Horat. (8) *Dulcem quae strepitum,* PIERI, *temperas;* asclep. est. Tibull. (9) *Sed cecinit pro te doctus,* MINOI, *Catullus.* Virg. (10) *Mirabar, quid maesta deos,* AMARYLLI, *vocares.*

Pyladi autem, *Oresti* et alia, quae veniunt a prima Graecorum, producuntur. Martial. (11) *Teque putas* PYLADI, *Calliodore, parem.*

Exceptio II.

Mihi, tibi, sibi ultimam habent communem.

Ibi, ubi, cui cum dissyllabum est, frequentius corripiuntur: sic compositum *sicubi.* Virg. (12) SICUBI *magna Jovis antiquo robore quercus.* Virg. (13) *Post* MIHI *non simili poena commissa luetis.* Id. (14) *Extremum hunc, Arethusa,* MIHI *concede laborem.* Martial. (15) *Sed norunt* CUI *serviant leones;* phaleucius est.

O in fine

O datur ambiguis; graeca et monosyllaba longis,
Ergo pro causa, ternus sextusque secundae,
Atque adeo atque ideo atque adverbia nomine nata.
Sed cito corripies modoque et scio, nescio et imo
Et duo. Sit varium sero et conjunctio vero.

O finita ambigua sunt, ut *ambo, quando, opto, nolo, eo, queo, vigilando:* quamquam gerundia rectius producuntur. Martial. (16) *Nec* VOLO, *boletos, ostrea* NOLO, *tace.* Id. (17) PONDERO, *poto,* CANO, *ludo, lavo, coeno, quiesco.* Juvenal. (18) *Plurimus hic aeger moritur* VIGILANDO: *sed illum.* Lucan. (19) AUDENDO *magnus tegitur timor, arma capessam.*

Exceptio I.

Excipe monosyllaba, ut o, *do, sto;* dativos et ablativos, ut *somno, tuo,* quae longa sunt: et graeca, quae habent omega, ut *Androgeo, Atho, Clio, Alecto, Erato, Dido* et similia, de quibus lib. I. §. 28. Virg. (20) o *lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrûm.* Id. (21) *Invadunt urbem* SOMNO VINOQUE *sepultam.* Id. (22) ALECTO *torvam faciem et furialia membra.*

II. *Ergo* pro causa semper producitur, auctore Probo (23). *Ergo* conjunctio, *porro* et *ideo,* quae passim producta leges, corripiuntur interdum. Juvenal. (24) ERGO *Deus quicunque adspexit, ridet et odit.* Id. (25) *Vester* PORRO *labor fecundior historiarum.* Martial. (26) *An* IDEO *tantum veneras, ut exires?* Secundus pes iambus in scazonte.

Exceptio II.

Longa sunt adverbia e nominibus orta, ut *subito, merito, multo, adeo, crebro;* etiam *sedulo, mutuo, profecto,* quamvis quidam variari putant. Virg. (27) *Eripiunt* SUBITO *nubes caelumque diemque.* Lucan. (28) *Hac illac jactatur aquis.* ADEO *ne molesta.* Virg. (29) CREBRA *ferit, demissae aures, incertus ibidem. Crebra* dixit pro *crebro,* quod longum erat.

II. *Sero* et *vero* variantur. Tibull. (30) *Heu* SERO *revocatur amor* SEROQUE *juventas.* Stat. (31) SERO *memor thalami moestae solatia marti.* Martial. (32) SERO *dedit poenas, discerpi noxia mater.* Virg.

(1) Aen. 6, 1. (2) Ep. 8, 72. (3) Pont. 4, 2, 45. (4) Achill. 2, 88. (5) Carm. 64, 248, (6) Carm. 66, 70. (7) Ecl. 9, 50. (8) Od. 4, 3, 18. (9) El. 3, 6, 41. (10) Ecl. 1, 37. (11) Ep. 10, (12) Georg. 3, 233. (13) Aen. 1, 136. (14) Ecl. 10, 1. (15) Ep. 1, 105. (16) Ep. 3, 45. (17) Ep. 4, 90. (18) Sat. 3, 232. (19) Lib. 4, 101. (20) Aen. 2, 281. (21) Aen. 2, 265. (22) Aen. 7, 415. (23) Lib. 1, 1426, Putsch. (24) Sat. 15, 71. (25) Sat. 7, 98. (26) Ep. 1, 3. (27) Aen. 1, 88. (28) Lib. 8, 699. (29) Georg. 3, 500. (30) El. 4. 8, 41. (31) Theb. 1, 596. (32) Ep. 5, 68.

(1) *Me* VERO *primum dulces ante omnia musae.* Valer. Flacc. (2) *Quod petimus; sin* VERO *preces et dictu superbus.* Hoc postremum vix imitabor. Multo minus *postremo* corripiam: quod enim apud Juvenalem (3) legitur: *Et Scauros et Fabricios* POSTREMO *severos – Censoris mores;* codices antiqui legunt *rigidique severos.*

III. Corripiuntur *modo* et composita *quomodo, postmodo, dummodo,* item *cito, immo.* Martial. (4) *Tam* SUBITO *corvus, qui* MODO *cycnus eras.* Id. (5) *Quidquid habent omnes, accipe,* QUOMODO *das.* Id. (6) *Alcidae* CITO *dii, sed tibi* SERO *dabunt.* Id. (7) *Non habet ergo aliud? non habet* IMMO *suum. Cito* tamen productum apud Manilium (8) reperitur.

IV. Haec quatuor, *scio, nescio, duo* et *ego* corripiuntur. Virg. (9) *Hoc sat erit:* SCIO *me danais e classibus unum* Id. (10) NESCIO *quis teneros oculus mihi fascinat agnos.* Id. (11). *Et nobis idem Alcimedon* DUO *pocula fecit.* Id. (12) *Non* EGO *te vidi Damonis, pessime, caprum.*

V. *Duo* et *ego* producuntur interdum caesurae beneficio: monendi tamen pueri, ut semper corripiant. Ovid. (13) *Sed quid* EGO *revoco haec? omen revocantis abesto.*

SCHOLION

Illud minime praetereundum non solum dativos et ablativos, sed nullum plane nominis casum in *o,* praeter *ego* et *duo;* nullam verbi vocem, praeter *scio* et *nescio,* apud antiquiores poëtas, ut Lucretium et Virgilium, correptam reperiri. Quod advertit Charisius (14), qui addit *scio* etiam et *nescio* apud eosdem produci duabus syllabis in unam per synaeresim contractis, de qua cap. XI. Sic dici posset in his; Virg. (15) ARIONORO *digna tuis* etc. et (16) STELLIO *lucifugis,* etc. (quibus tantum locis *o* finale nominum aut verborum apud Virgilium videtur corripi), primos pedes spondaeos esse synaeresi (cum praesertim, teste Pierio, (17) in omnibus codicibus legatur *Stellio et lucifugis*) atque illud Lucret. (18) *Verum aliquid genere esse ex hoc, quod* CONCIO *dicat,* esse spondaicum. Idipsum in odis et epistolis servat Horatius. Certe e posterioribus praestantiores poëtae, quamvis in ea re minus religiosi fuerint, fuere tamen *o* in fine corripiendo parciores: quod, qui elegantiae student, studeant imitari.

U, b, d, t *in fine*

U semper produc; b, d, t corripe semper.

U finita longa sunt, ut *manu, cornu, Panthu.* Virg. (19) *Tela* MANU *miseri jactabant irrita Teucri.* Ovid. (20) *Nec mora, curvavit* CORNU *nervoque sagittam.* Virg. (21) *Quo res summa loco,* PANTHU? *quam prendimus arcem?*

B, d, t, literis terminata corripiuntur, ut *ab, quid, audit.* Virg. (22) *Tum pater Aeneas puppi sic fatur* AB *alta.* Id. (23) QUIDQUID ID *est, timeo Danaos et dona ferentes.* Id. (24) AUDIIT *et triviae longe locus,* AUDIIT *amnis.* Lucr. (25) TUTEMET *in culpa cum sis ne cernere possis.*

II. *Obiit, petiit* et similia trisyllaba semper brevia sunt. Eadem per synaeresim facta dissyllaba *obit, petit* produci verisimilius est, quia duas vocales in unam contrahuntur. Juvenal. (26) *Magnus civis* OBIT *et formidatus Othoni.* Lucr. (27) *Virtutem* IRRITAT *animi, confringere ut arcta.* Id. (28) DISTURBAT *urbes et terrae motus obortus.* Virg. (29) *Sceptra palatini sedemque* PETIT *Evandri;* spondaicus est. Quibus locis praeteritum est pro *obiit, irritavit, iniit, disturbavit, petiit.* Verum videtur corripi a Virg. (30) *Hectore, qui* REDIT *exuvias indutus Achillis,* pro *rediit.*

C, l, m *in fine*

C longum est; varium hic pronomen: corripe donec
Et nec; fac pariter malunt breviare poëtae.
Corripe l; at produc sal, sol, nil multaque hebraea.
M vorat ecthlipsis: prisci breviare solebant.

(1) Georg. 2, 475. (2) Lib. 5, 321. (3) Sat. 11, 91, (4) Ep. 3, 43. (5) Ep. 10, 16. (6) Ep. 5, 66. (7) Ep. 6, 94. (8) Lib. 5, 163. (9) Aen. 3, 602. (10) Ecl. 3, 103. (11) Ecl. 3, 44. (12) Ecl. 3, 17. (13) Heroid. 13, 135. (14) Lib. 1, 5, Putsch. (15) Aen. 9, 296. (16) Georg. 4, 243. (17) Ad hunc loc. (18) Lib. 6, 210. (19) Aen. 2, 459. (20) Met. 11, 324. (21) Aen. 2, 322. (22) Aen. 8, 115. (23) Aen. 2, 49. (24) Aen. 7, 16. (25) Lib. 4, 913. (26) Sat. 6, 559. (27) Lib. 1, 71. (28) Lib. 6, 586. (29) Aen. 9, 9. (30) Aen. 2, 275.

C litera finita longa sunt, ut *sic, hoc, hic* adverbium. Virg. (1) SIC *oculos,* SIC *ille manus,* SIC *ora ferebat.* Id. (2) *Classibus hic locus,* HIC *acie certare solebant.*

Exceptio

Corripe *nec, donec: hic* pronomen virile est anceps: *fac* tutius corripitur. Ovid. (3) *Parve,* NEC *invideo, sine me liber ibis in urbem.* Virg. (4) *Hic vir,* HIC *est, tibi quem promitti saepius audis.* Id. (5) *Est* HIC, *est animus lucis contemptor et istum.* Martial. (6) *Signa rarius; aut semel* FAC *illud:* phaleucios est.

Appendix

Nullum latinum vocabulum *f* litera terminatur. At in *g Magog* peregrina vox per *ω* scribitur et longa est. In *h Joseph* pariter longa, quia per graecum *η* scribitur. Tum ejusmodi voces *Achab, David, Loth, Magog, Joseph* ad latinam flexionem traduces, *Achabus,* etc. Longae sunt etiam *vah,* et *ah,* utpote particulae indeclinabiles in *a.*

L finita brevia sunt, ut *Hasdrubal, semel, vigil, simul, consul, nihil* etc. Sil. (7) *Vertit terga citus damnatis* HASDRUBAL *ausis.* Horat. (8) *Quo semel est imbuta recens, servabit odorem.* Pers. (9) *De nihilo* NIHIL *in nihilum nil posse reverti.*

Exceptio

Sal, sol, nil contractum a *nihil* longa sunt. Item pleraque peregrina, ut *Nabal, Daniel, Saul;* quanquam *Baal* et *Michol* rectius corripiuntur. Stat. (10) *Non* SAL *oxyporumve caseusve.* Ovid. (11) *Ulterius medio spatium* SOL *altus habebat.* Martial. (12) NIL *aliud video, quo te credamus amicum.*

M finita olim corripiebantur neque a sequenti vocali, ut jam fit, excipiebantur. Enn. (13) *Insignita fere tum millia* MILITUM *octo.* Lucr. (14) CORPORUM *augebit numerum summamque sequetur.* Id. (15) *Nam quod* FLUVIDUM *est, e laevibus atque rotundis.* Id. (16) *Semina seque simul* CUM *eo commiscuit igni.* Hoc etiam nunc servatur in composita verbis. Juvenal. (17) *Quo te* CIRCUMAGAS? *quae prima aut ultima ponas?* Posteri sequente vocali *m* literam cum praecedente vocali elidendam putarunt: quod fit per figuram ecthlipsin, de qua infra cap. XI. Virg. (18) ITALIAM *Italiam primus conclamat Achates.*

N *in fine*

N longum est Graecis pariter pariterque Latinis.
En brevia, quod format inis breve: graeca secundae
Jungimus et quartum, si sit brevis ultima recti.
Forsitan, in, forsan, tamen, an, viden' adjice curtis.

N litera finita longa sunt, ut *sin, Titan, siren, Salamin, Actaeon* et cetera tertiae declinationis, quae in *on* exeunt. Virg. (19) SIN *absumpta salus et te, pater optime Teucrûm.* Lucan. (20) *Unde venit* TITAN *et nox ubi sidera condit.* Ovid. (21) ACTAEON *ego sum, dominum cognoscite vestrum.*

II. Item accusativus graecus nominum *as, es, e,* ut *Aenean, Anchisen, Calliopen,* et genitivus multitudinis cujusvis declinationis, ut *Chalybon.* Virg. (22) *Et saevum* AENEAN *agnovit Turnus in armis.* Id. (23) *Amitto* ANCHISEN: *hic me, pater optime, fessum.* Catull. (24) *Jupiter, ut* CHALYBON *omne genus pereat.*

Exceptio I.

Corripe *an, in, forsan, forsitan, tamen, attamen* et *viden; nostin',* apud Ovid. (25) NOSTIN', AN *exciderint,* etc. quod alii rectius legunt: Nescio, *an* exciderint. Sed *scin', audin'* et similia producuntur.

Item *en* syllaba finita, quam faciunt in genitivo *inis* penultima brevi, ut *nomen, lumen, flumen.* Virg. (26) FORSITAN *et Priami fuerint quae fata requiras.* Stat. (27) *Ipsa dedi:* VIDEN' *ut jugulo consumpserit ensem?* Ovid. (28) NOMEN *arionium siculas impleverat urbes.*

Exceptio II.

Corripiuntur etiam graeca in *on,* quae ad secundam nostram declinationem spectant, ut *Pelion, Ilion, Erotion.* Ovid. (29) ILION *et Tenedos Simoisque et Xanthus et Ide.* Id. (30) PELION *Haemoniae mons est obversus in austros.* Martial. (31) *Pallida nec nigras horrescat* EROTION *umbras.*

(1) Aen. 3, 490. (2) Aen. 2, 30. (3) Trist. 1, 1, 1. (4) Aen. 6, 792. (5) Aen. 9, 205. (6) Ep. 5, 40. (7) Lib. 17, 149. (8) Epist. 1, 2, 69. (9) Sat. 3, 84. (10) Silv. 4, 705. (11) Met. 2, 417. (12) Ep. 10, 14. (13) Annal. 10. (14) Lib. 1, 437. (15) Lib. 2, 465. (16) Lib. 6, 275. (17) Sat. 9, 81. (18) Aen. 3, 523. (19) Aen. 1, 555. (20) Lib. 1, 15. (21) Met. 3, 230. (22) Aen. 11, 910. (23) Aen. 3, 710. (24) Carm. 66, 48. (25) Heroid. 12, 71. (26) Aen. 2, 506. (27) Theb. 10, 808. (28) Fast. 2, 93. (29) Heroid. 13, 53. (30) Fast. 5, 381. (31) Ep. 5, post 35.

Omnes denique accusandi casus, qui a nominibus ultimam brevem habentibus proficiscuntur, ut *scorpion*, *Tethyn*, *Ityn*, *Majan*, *Aeginan*. Lucan. (1) SCORPION *incendis cauda chelasque peruris*. Ovid. (2) *Tantaque nox animi est*, ITYN *huc arcessite*, *dixit*. Stat. (3) *Namque ferunt raptam patriis* AEGINAN *ab undis*.

R *in fine*

R breve: sed longum est far, par cum pignore, lar, Nar,
Cur, fur cum graecis, quibus est genitivus in eris:
Addito Iber; sed cor melius breve, Celtiber anceps.

R litera terminata corripiuntur, ut *Hamilcar*, *semper*, *semivir*, *precor*, *Hector*, *turtur*. Sil. (4) *At senior siculis exsultat* HAMILCAR *in arvis*. Lucan. (5) *Inseruisse manus*, *impure ac* SEMIVIR, *audes?* Virg. (6) *Nec gemere aëria cessabit* TURTUR *ab ulmo*.

Exceptio

Producitur *cur*, *far*, *fur*, *Iber*, *lar*, *Nar*, *ver*, *par* cum compositis ut *compar*, *dispar*, *impar* et graeca, quae faciunt in genitivo *eris*, ut *aër*, *aether*, *crater*. Horat. (7) CUR *ego*, *si nequeo ignoroque*, *poëta salutor?* Martial. (8) *Callidus effracta nummos* FUR *auferet arca*. Lucan. (9) *Si tibi durus* IBER *aut si tibi terga dedisset*. Horat. (10) *Ludere* PAR IMPAR, *equitare in arundine longa*. Lucr. (11) *Inde mane*, *inde* AER, *inde* AETHER *ignifer ipse*.

Appendix

Cor non ausim producere: *Celtiber* anceps est. Ovid. (12) *Confiteor misero molle* COR *esse mihi*. Id. (13) *Molle* COR *ad timidas sic habet ille preces*. Martial. (14) *Ducit ad auriferas quod me Salo* CELTIBER *ora*. Catull. (15) *Nunc* CELTIBER *es celtiberia in terra*: scazon est: sic antiqui codices. Hinc Priscianus (16) unicum secundae *Iber* et compositum *Celtiber* produci ait, quamvis hoc loco alii legant: Nunc *Celtiberus* celtiberia in terra.

As *in fine*

As produc: quartum Graecorum tertia casum
Corripit et rectum, si in adis breve patrius exit.

As syllaba finita longa sunt, ut *Aeneas*, *Pallas Pallantis*, *fas*, *nefas*, *Calchas*, *Atlas*. Virg. (17) AENEAS *ignarus abest*, *ignarus et absit*. Id. (18) *Tela manusque sinit: hinc* PALLAS *instat et urget*. Id. (19) FAS *et jura sinunt rivos deducere nulla*.

Exceptio

Corripe graeca, quorum genitivus exit in *adis* penultima brevi, ut *arcas arcadis*, *Pallas Palladis*, *Najas Najadis*.

II. Item accusativos plurales tertiae declinationis nominum, ut *Troas*, *delphinas*, *heroas*. Ovid. (20) PALLAS *anum simulat falsosque in tempora canos*. Martial. (21) *Cum quibus Alcides et pius* ARCAS *erat*. Virg. (22) *Permixtos* HEROAS *et ipse videbitur illis*.

III. *Anas* volucris brevis est. Petron. (23) *Et pictis* ANAS *innovata pennis*. Phaleucius. *Anas* flumen ultimam longam habet.

Es *in fine*

Es quoque produces: breviat sed tertia rectum,
Cum patrii brevis est crescens penultima. Pes hinc
Excipitur, paries, aries abiesque Ceresque.
Corripe et es de sum et penes et pluralia graeca.

Es syllaba terminata longa sunt, ut *Anchises*, *locuples*, *quoties*, *octies*, *decies*, *tricies*, etc. Virg. (24) *Tum pater* ANCHISES: *animae quibus altera fato*. Martial. (25) *Orbus es et* LOCUPLES *et Bruto consule natus*. Id. (26) *Dicere te lassum* QUOTIES *ego credo Quirino*. Id. (27) *Uno nasceris* OCTIES *in anno*; phaleucius est.

(1) Lib. 1, 659. (2) Met. 6, 652. (3) Theb. 7, 319. (4) Lib. 2, 439. (5) Lib. 8, 552. (6) Ecl. 1, 59. (7) Art. Poët. 87. (8) Ep. 5, 43. (9) Lib. 6, 258. (10) Sat. 2, 3, 248. (11) Lib. 5, 499. (12) Pont. 1, 3, 32. (13) Heroid. 15, 79. (14) Ep. 10, 20. (15) Carm. 39, 17. (16) Lib. 7, 734, Putsch. (17) Aen. 10, 85. (18) Aen. 10, 433. (19) Georg. 1, 269. (20) Met. 6, 26. (21) Ep. 9, 35. (22) Ecl. 4, 16. (23) Satyr. (24) Aen. 6, 713. (25) Ep. 11. 45. (26) Ep. 10, 51. (27) Ep. 8, 64.

Corripe nomina tertiae declinationis, quae crescunt in obliquis penultima brevi, ut *dives, eques hospes, miles, pedes ditis*. Virg. (1) *Insula* DIVES *opum, Priami, dum regna manebant*. Id. (2) *Obvius armato seu quum* PEDES *iret in hostem*.

II. Praeter *abies, aries, Ceres, paries, pes* cum compositis, ut *compes, sonipes, tripes*. Virg. (3) *Populus in fluviis,* ABIES *in montibus altis*. Lucan. (4) *Non* ARIES *uno moturus limina pulsu*. Virg. (5) *Flava* CERES *alto nequidquam spectat olympo*. Ovid. (6) *Nec* PES *ire potest, intra quoque viscera saxum est*. Virg. (7) *Stat* SONIPES *ac frena ferox spumantia mandit*. *Pes* tamen et ex eo composita docet Probus (8) esse brevia; quem Ausonius (9) sequutus est; *Qui* BIPES *et quadrupes foret et* TRIPES, *omnia solus*.

Exceptio II.

Es a verbo sum breve est et ex eo composita, ut *potes, ades;* item *penes:* graeca neutra in *es*, ut *cacoëthes*. Praeterea nominandi vocandique casus Graecorum, ut *daemones, rhetores, Amazones, Troës, arcades*. Virg. (10) *Quisquis* ES, *amissos hinc jam obliviscere Grajos*. Martial. (11) *Tu* POTES *et patriae* MILES *et esse decus*. Horat. (12) *Quem* PENES *arbitrium est et jus et norma loquendi*. Juvenal. (13) *Scribendi* CACOETHES *et aegro in corde senescit*. Virg. (14) *Ambo florentes aetatibus,* ARCADES *ambo*. Id. (15) *Egressi optata potiuntur* TROES *arena*.

Is *vel* ys *in fine*

Corripias is et ys: plurales excipe casus,
Glis, sis, vis verbum ac nomen nolisque velisque,
Audis cum sociis; quorum et genitivus in inis
Entisve aut itis longum, producito semper.

Is vel *ys* finita corripiuntur, ut *apis, inquis, ais, Thetis, Tethys, Tiphys, Itys*. Ovid. (16) *Non* APIS *inde tulit collectos sedula flores*. Stat. (17) *Jamdudum tacito lustrat* THETIS *omnia visu*. Ovid. (18) TETHYS *et extremo saepe recepta loco est*. Virg. (19) *Alter erit tum* TIPHYS *et altera, quae vehat Argo*. Martial. (20) *Non est,* INQUIS, *idem; multo plus esse probabo*.

Exceptio I.

Excipe casus omnes multitudinis, ut *viris, armis, musis, nobis, vobis;* item *queis* pro *quibus*, et accusandi casus *omneis, urbeis, civeis*, quos aliqui scribunt *omnis, urbis, civis*, etc.

II. Item *glis* atque *vis* (nomen ac verbum) *velis*, et *sis* cum compositis *quamvis, nolis, adsis*.

III. Et secundas personas numeri singularis modi indicativi quartae conjugationis, ut *audis, nescis, sentis*. Virg. (21) *Praesentemque* VIRIS *intentant omnia mortem*. Id. (22) QUEIS *ante ora patrum Trojae sub moenibus altis*. Id. (23) *Non ea* VIS *animo nec tanta superbia victis*. Martial. (24) *Jam satis est: non* VIS *Afer, avere. vale*. Id. (25) NESCIS, *heu nescis dominae fastidia Romae*.

Exceptio II.

Longa praeterea sunt, quorum genitivus exit in *inis, entis, itis* penultima longa, ut *Salamis, Simois, Samnis, lis*. Ovid. (26) *Hac ibat* SIMOIS, *hic est sigeia tellus*. Horat. (27) *Grammatici certant et adhuc sub judice* LIS *est*.

Os *in fine*

Vult os produci: compos breviatur et impos
Osque, ossis: Graecorum et neutra et cuncta secundae
Addicta Ausonidum, graecus genitivus et omnis.

Os finita longa sunt, ut *os oris, dominos, Tros, Minos, heros, Athos, Androgeos* et cetera, quae per omega scribuntur a Graecis. Ovid. (28) *os homini sublime dedit caelumque tueri*. Virg. (29) TROS *Anchisiada facilis descensus Averno*. Id. (30) *Quaesitor* MINOS *urnam movet; ille silentum*.

(1) Aen. 2, 22. (2) Aen. 6, 881. (3) Ecl. 7, 66. (4) Lib. 10, 480. (5) Georg. 1, 96, (6) Met. 6, 309. (7) Aen. 4, 135. (8) Lib. 2, 1470, Putsch. (9) Idyll. 4, 39. (10) Aen. 2. 148. (11) Ep. 6, 25. (12) Art. Poët. 72. (13) Sat. 7, 52. (14) Ecl. 7, 4. (15) Aen. 1, 172. (16) Met. 13, 928. (17) Achill. 1, 126. (18) Fast. 5, 22. (19) Ecl. 4, 34. (20) Ep. 3, 46. (21) Aen. 1, 91. (22) Aen. 1, 95. (23) Aen. 1, 529. (24) Ep. 9, 8. (25) Ep. 1, 4. (26) Heroid. 1, 33. (27) Art. Poët. 78. (28) Met. 1, 85. (29) Aen. 6. 126. (30) Aen. 6, 432.

Corripe *os ossis*; *compos* et *impos* et graeca neutra, ut *chaos*, *melos*, *Argos*. Lucr. (1) *exos et exsanguis tumidos perfluctuat artus*. Ovid. (2) *Insequere et voti postmodo* COMPOS *eris*. Virg. (3) *Et* CHAOS *et Phlegethon, loca nocte tacentia late.*

II. Item *os* finita, quae a Graecis ad secundam Latinorum declinationem transeunt, ut *Tyros*, *Arctos*, *Ilios*. Lucan. (4) *Et* TYROS *instabilis pretiosaque murice Sidon*. Martial. (5) *Nescia nec nostri nominis* ARCTOS *erat*. Ovid. (6) ILIOS *et murus, quod fuit ante solum*.

III. Omnes denique interrogandi casus a quibuscunque rectis proficiscantur, ut *arcados*, *Pallados*, *Typhoëos*, *Tethyos*, *Tereos*. Ovid. (7) ARCADOS *hinc sedes et inhospita tecta tyranni*. Id. (8) *Alta jacet vasti super ora* TYPHOEOS *Aetne*. Lucan. (9) TETHYOS *unda vagae lunoribus aestuet horis*.

Us *in fine*

Us breve ponatur, produc monosyllaba, quaeque
Casibus increscunt longis, et nomina quartae
Excepto recto et quinto, et quibus exit in untis
Patrius, et conflata e pus contractaque graeca
In recto ac patrio, et venerandum nomen IESUS

Us syllaba terminata brevia sunt, ut *Deus*, *litus*, *intus*. Et nominandi vocandique casus singulares et dativi atque ablativi plurales quartae declinationis, ut *manus*, *sensibus*. Virg. (10) *Heu fuge crudeles terras, fuge* LITUS *avarum*. Id. (11) *Hic Dolopum* MANUS, *hic saevus tendebat Achilles*. Id. (12) SENSIBUS *haec imis, res est non parva, reponas*.

Exceptio I.

Excipe monosyllaba, ut *plus*, *rus*, *thus*, *mus*. Lucan. (13) PLUS *illa vobis acie, quam creditis, actum est*.

II. Et quae crescunt in obliquis penultima longa, ut *salus*, *tellus*, *palus udis*. Et nomina quartae declinationis, praeter casus antedictos, ut *aditus*, *vultus*. Ovid. (14) *Mox etiam fruges* TELLUS *inarata ferebat*. Id. (15) *Juncta* PALUS *huic est densis obsessa salictis*. Martial. (16) *Hos* ADITUS *urbem Martis habere decet*.

III. *Palus* tamen ab Horatio (17) correptum invenitur: *Regis opus sterilisque diu* PALUS *aptaque remis*.

Exceptio II.

Denique produc graeca nomina, quorum genitivus exit in *untis*, ut *Opus*, *Amathus*: et quae ex πούς ποδός componuntur, ut *tripus*, *Melampus*. Quaeque ex *oos* contrahuntur, ut *Panthus* ex *Panthoos*. Item genitivos in *us* a foemininis in *o*, ut *Manto Mantus Clio Clius*, etc. quae etiam ex *oos* contrahuntur. Virg. (18) *Est* AMATHUS, *est celsa mihi Paphus atque Cythera*. Id. (19) PANTHUS *Othryades arcis Phoebique sacerdos*. Id. (20) *Fatidicae* MANTUS *et tusci filius amnis*. Huc etiam IESUS sacrosanctum Domini atque Redemptoris nostri numen spectat.

VI. *Us* finita non contracta ab *os* syllaba profecta corripiuntur, ut *Pamphagus*, *Oribasus*, *Polypus*; quorum ultimum Aeoles per ος scribunt πολυπός quare a Latinis per *us* effertur ultima brevi. Ovid. (21) PAMPHAGUS *et* DORCEUS *et* ORIBASUS *arcades omnes*. Horat. (22) POLYPUS *an gravis hirsutis cubet hircus in alis*. Id. (23) *Delectant: veluti Balbinum* POLYPUS *Hagnae*.

CAPUT VII.

DE SYLLABA COMMUNI

Communis syllaba, ut supra diximus, est, quae modo brevis modo longa apud poëtas reperitur.

Praeceptum I.

Et diphthongus et vocalis longa communes fiunt, cum vocalem diversae dictionis praecedunt.

(1) Lib. 3, 721. (2) De Art. Am. 1, 484. (3) Aen. 6, 265. (4) Lib. 3, 217. (5) Ep. 9, 86. (6) Heroid. 1, 48. (7) Met. 1, 218. (8) Fast. 4, 491. (9) Lib. 1, 144. (10) Aen. 3, 44. (11) Aen. 2, 29. (12) Ecl. 3, 54. (13) Lib. 1, 107. (14) Met. 1, 109. (15) Met. 11, 363. (16) Ep. 8, 65. (17) Art. Poët. 65. (18) Aen. 10, 51. (19) Aen. 2, 319. (20) Aen. 10, 499. (21) Met. 3, 210. (22) Epod. 12, 5. (23) Sat. 1, 3, 40.

Breves. Virg. (1) INSULAE *Ionio in magno, quas dira Celaeno.* Id. (2) *Victor apud rapidum Simoënta sub* ILIO *alto.* Id. (3) *Credimus? an* QUI *amant, ipsi sibi somnia fingunt?* Propert. (4) *Tu quoque, o Eurytion, vino Centaure peristi.*

Longae. Virg. (5) *Ante tibi* EOAE *Atlantides abscondantur.* Id. (6) *Lamentis gemituque et* FOEMINEO *ululatu.* Id. (7) *Et sucus* PECORI *et lac subducitur agnis.* Ovid. (8) *o utinam tunc, cum Lacedaemona classe petebat.*

Breves et longae in eodem versu. Virg. (9) GLAUCO *et* PANOPEAE *et Inoo Melicertae.* Id. (10) *Ter sunt* CONATI *imponere* PELIO *Ossam.* Id. (11) *Clamassent, ut litus* HYLA, HYLA *omne sonaret.*

Praeceptum II.

Monosyllaba brevia interdum a poëtis more Graecorum producuntur.

Virg. (12) LIMINAQUE *laurusque dei totusque moveri.*

Praeceptum III.

Syllaba brevis, post quatuor primos pedes praesertim secundum et tertium relicta, nonnunquam a poëtis producitur, quam grammatici caesuram vocant.

Brevis post primum pedem producta. Virg. (13) PECTORIBUS *inhians spirantia consulit exta.* Id. (14) ORATIS? *equidem et vivis concedere vellem.* Martial. (15) *Meque* SINUS *omnis, me manus omnis habet.*

Post secundum. Virg. (16) *Nostrorum* OBRUIMUR *oriturque miserrima caedes.* Id. (17) *Emicat* EURYALUS *et munere victor amici.* Id. (18) *Nam tibi, Tymbree,* CAPUT *evandrius abstulit ensis.* Martial. (19) *Det tunicam* DIVES, *ego te praecingere possum.*

Post tertium. Virg. (20) *Ostentans artemque* PATER, *arcumque sonantem.* Id. (21) *Dona dehinc auro* GRAVIA *sectoque elephanto.* Id. (22) *Congredior, fer sacra* PATER *et concipe foedus.* Stat. (23) *Nequa det indignos* THETIDI *captiva nepotes.*

Post quartum. Virg. (24) *Muneribus tibi pampineo* GRAVIDUS *autumno.* Id. (25) *Graius homo infectos linquens* PROFUGUS *hymenaeos.* Id. (26) *Ille latus niveum molli* FULTUS *hyacintho:* verum in his duobus postremis versibus nonnulli *h* consonantis munere fungi putant, ut diximus cap. I.

His tribus praeceptionibus non in suis componendis, sed metiendis veterum poetarum carminibus utantur tirones.

Praeceptum IV.

Vocalis suapte natura brevis ante mutam et liquidam ejusdem dictionis communis est in carmine, quamvis in soluta oratione semper corripiatur, ut *Atlas*, *volucris*, *Cleopatra*, *Patroclus*, *lugubris*, *funebris*, *celebris*. Quae vero natura sua longa est, nunquam corripitur; ut cap. II. hujus libri diximus.

Virg. (27) *Cum tacet omnis ager, pecudes pictaeque* VOLUCRES. Id. (28) *Assuetae ripis* VOLUCRES *et fluminis alveo.* Ovid. (29) *Et primo similis* VOLUCRI *mox vera* VOLUCRIS.

Praeceptum V.

Ultima versus syllaba communis est, siquidem brevis pro longa, aut contra longa pro brevi ponitur. Cic. (30) *Postrema syllaba brevis an longa sit, ne in versu quidem refert.*

Virg. (31) *Posthabita coluisse Samo: hic illius* ARMA; — *Hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus* ESSE, — *Si qua fata sinant, jam tum tenditque* FOVETQUE. Ultimus pes in singulis his versibus chorrus est pro spondaeo, quem ratio versus poscit.

Martial. (32) *Nobis non licet esse tam* DISERTIS. — *Qui musas colimus* SEVERIORES. Ultimus pes in utroque spondaeus est, cum phaleucii pes ultimus choreus sit, qui ex longa constat et brevi.

(1) Aen. 3, 211. (2) Aen. 5, 261. (3) Ecl. 8, 108. (4) El. 2, 33, 31. (5) Georg. 1, 221. (6) Aen. 4, 667. (7) Ecl. 3, 6. (8) Heroid. 1, 5. (9) Georg. 1, 437. (10) Georg. 1, 281. (11) Ecl. 6, 44. (12) Aen. 3, 91. (13) Aen. 4, 64. (14) Aen. 1. 111. (15) Ep. 6, 61. (16) Aen. 2, 411. (17) Aen. 5, 337. (18) Aen. 10, 394. (19) Ep. 14, 153. (20) Aen. 5, 521. (21) Aen. 3, 464. (22) Aen. 12, 13. (23) Achill. 2, 28 1. (24) Georg. 2, 5. (25) Aen. 10, 720. (26) Ecl. 6, 53. (27) Aen. 4, 525. (28) Aen. 7, 33. (29) Met. 13, 607. (30) Orat 64. (31) Aen. 1, 16, et seqq. (32) Ep. 9, 12.

CAPUT VIII.

DE NECESSITATE METRICA ET LICENTIA POETICA

Lex necessitasque metri cogit poëtas breves interdum per ectasim producere: velut cum sunt tres breves continuae in carmine heroico; quod in *Italia*, *Priamides*, *Arabia* aliisque id genus usuvenit.

Virg. (1) *Ibitis* ITALIAM, *portusque intrare licebit.* Id. (2) *Atque hic* PRIAMIDEN *laniatum corpore toto.* Propert. (3) *Et domus intactae te tremit* ARABIAE.

II. Aut contra longas per systolen corripere: ut cum brevis inter duas longas est in heroico.

Propert. (4) *Haec tibi* CONTULERUNT *caelestia munera divi.* Tibull. (5) *Nec cithara intonsae* PROFUERUNTVE *comae.* Lucr. (6) PRODIOERUNT *vitare acherusia templa petentes.* Id. (7) TRANSTULERUNT, *proprio quae tum res nomine egebat.* Id. (8) OCCIDERUNT, *magnis qui gentibus imperitarunt.* Id. (9) DIDIDERUNT *quondam praeclaro nomine Athenae.* Id. (10) EXCIERUNT, *ne forte animas Acherunte reamur.* Juvenal. (11) STOICIDAE, *quid enim falsi, Lauronia? sed quid.* Sil. (12) TERRUERUNT *pavidos occenso Ceraunia nautas.* Quamquam tribus hisce postremis pes primus spondaeus videatur, facta synaeresi in *ie, oi, ue,* de qua cap. XI.

III. Interdum vero poëtae, ut quibus quidlibet audendi semper potestas fuit, abutuntur syllabis easque corripiunt nulla necessitate coacti.

Virg. (13) *Matri longa decem* TULERUNT *fastidia menses.* Id. (14) *Obstupui* STETERUNTQUE *comae et vox fouoibus haesit.* Tibull. (15) *Servitium et* DEDERUNT *regna superba tibi.* Lucr. (16) *Et primae* DEDERUNT *solatia dulcia vitae.* Propert. (17) *Et Theboe* STETERUNT *altaque Trojo fuit.* Ter. (18) *Menandri eunuchum postquam aediles* EMERUNT.

CAPUT IX.

DE PEDIBUS

ADMONITIO

Quoniam de syllabis tum brevibus, tum longis tum communibus dictum est, superest, ut de pedibus, qui ex ipsis syllabis, et de versu, qui ex pedibus constat, breviter dicamus.

Quid sit pes

Pes est pars versus certo syllabarum numero atque ordine definita.

Pedes dissyllabi quatuor

Spondaeus constat ex duabus syllabis longis, ut *omnes, possunt.*

Pyrrhichius seu corius ex duabus brevibus, ut *furor, age.*

Choreus, seu, ut alii vocant, trochaeus ex longa et brevi, ut *arma, vincor.*

Iambus ex brevi et longa, ut *viros, rogas.*

Pedes trisyllabi octo

Molossus ex tribus longis, ut *Aeneas, contendunt.*

Tribrachys, qui *trochaeus* a Cicerone (19) et a Quintiliano (20) dicitur, ex tribus brevibus, ut *tumidus, facere.*

Dactylus ex longa et duabus brevibus, ut *corpora, traximus.*

Anapaestus ex duabus brevibus et longa, ut *animos, capiunt.*

Bacchius ex brevi et duabus longis ut *dolores, parabunt.*

Antibacchius ex duabus longis et brevi, ut *maturus, audisse.*

Creticus seu amphimacer ex longa, brevi et longa, ut *maximos, audiunt.*

Amphibrachys sive scholius ex brevi, longa et brevi, ut *poëma, cadebat.*

(1) Aen. 3, 254. (2) Aen. 6, 494. (3) El. 2, 10, 16. (4) El. 2, 3, 25. (5) El. 2, 3, 12. (6) Lib. 3, 86. (7) Lib. 3, 135. (8) Lib. 3, 1041. (9) Lib. 6, 2. (10) Lib. 4, 41. (11) Sat. 2, 65. (12) Lib. 8, 633. (13) Ecl. 4, 61. (14) Aen. 3, 48. (15) El. 4, 5, 4. (16) Lib. 6, 4. (17) El. 2, 8, 10. (18) Eun. prol. 20. (19) Orat. 57. (20) Inst. 9, 4.

Ceteri pedes ex his compositi sunt, et oratorum magis sunt proprii, quam poëtarum. Quoniam tamen ab auctore sunt positi, visum est in hac editione reponere. Porro prudens magister viderit, an sint initio tironibus proponendi.

Pedes quadrisyllabi sexdecim

Dispondaeus constat ex duobus spondaeis, ut *oratores, contendebant.*

Proceleusmaticus ex duobus pyrrhichiis, ut *abiete, retulerat.*

Dichoreus ex duobus choreis, ut *civitate, dimicare.*

Diiambus ex duobus iambis, *propinquitas, quiesceres.*

Choriambus ex choreo et iambo, ut *nobilitas, distulerant.*

Antipaestus vel antipastus ex iambo et choreo, ut *amatote, recusare.*

Ionicus a majore e spondaeo et pyrrhichio, ut *calcaribus, cantabimus.*

Ionicus a minore ex pyrrhichio et spondaeo, ut *Diomedes, fugiendos.*

Paeones et epitriti

Paeones, quatuor sunt: omnes tribus brevibus et una longa constant hac lege, ut primus primam habeat longam, secundus secundam, tertius tertiam, quartus quartam. Quanquam Cicero (1) et alii duos tantum videntur agnoscere; quorum prior primam habeat longam, posterior ultimam.

I. Ex choreo et pyrrhichio, ut *temporibus, aspicite.*

II. Ex iambo, et pyrrhichio, ut *potentia, docebimus.*

III. Ex pyrrhichio et choreo, ut *animatus, moriatur.*

IV. Ex pyrrhichio et iambo, ut *calamitas, obierant.*

Epitriti seu hippii totidem sunt, sed paeonibus contrarii.

I. Ex iambo et spondaeo, ut *repentinos, repugnarunt.*

II. Ex choreo et spondaeo, ut *conditores, comprobarunt.*

III. Ex spondaeo et iambo, ut *discordiae, clamaveras.*

IV. Ex spondaeo et choreo, ut *fortunatus, pugnabamus.*

Pedes quinque syllabarum

Quinque syllabarum pedes inusitati sunt, praeter dochimum oratoriae compositioni maxime appositum. Constat ex iambo et cretico, ut *reipublicae, perhorrescerent.*

CAPUT X.

DE VERSU

Versus est oratio certo genere, numero atque ordine pedum alligata. Cujus praecipua genera haec sunt:

Hexametrum sive heroicum carmen

Hexametrum carmen constat sex pedibus, quorum quintus dactylus est, sextus spondaeus; reliqui promiscue dactyli vel spondaei.

Virg. (2) *Urbs antiqua ruit multos dominata per annos.*

Appendix

Quintus pes nonnunquam spondaeus est: unde versus spondaicus appellatur; quo vel rei alicujus gravitas et amplitudo vel ingens moeror animique angor vel aliud simile declaratur.

Virg. (3) *Cara Deûm soboles, magnum Jovis* INCREMENTUM. Id. (4) *Constitit atque oculis phrygia agmina* CIRCUMSPEXIT.

Pentametrum

Pantametrum carmen quod fere hexametrum comitatur, quinque pedes habet; quorum duo primi dactyli vel spondaei pro cujusque arbitrio sunt, adjuncta syllaba longa, quae caesura vel semipes dicitur: caeteri duo perpetuo sunt dactyli, quibus semipes itidem adjungitur; ut ex utroque semipede quintus pes fiat. Vel tertio loco est spondaeus, qui alterius verbi fine, alterius initio constat: deinde duo anapaesti.

Ovid. (5) *Et subito casu, quae valuere, ruunt.*

(1) De Orat. 3, 47, et Orat. 64. (2) Aen. 2, 363. (3) Ecl. 4, 49. (4) Aen. 2, 68. (5) Pont. 4, 3, 36.

Posterior ratio metiendi pentametrum Quintiliano (1) probatur. *Et quidem*, inquit, *optime est sibi junctus anapaestus, ut qui sit pentametri finis*. Id. (2) *Est quoddam in ipsa divisione verborum latens tempus, ut in pentametri medio spondaeo, qui nisi alterius verbi fine, alterius initio constet, versum non efficit.* Terentianus (3) utramque metiendi rationem cognoscit. Priorem his versibus: *Scandunt pentametrum, duo sint quasi commata, quidam - Ut pedibus bini semipedes superent.* Posteriorem his: *At quidam in medio spondaeum reddere malunt, - Semipedem et primum cum capite alterius.*

Glyconium

Glyconium carmen constat spondaeo et duobus dactylis, vel spondaeo, choriambo et pyrrhichio, quo Seneca (4) interdum choros scribit.

Tandem regia nobilis. Id. (5) *Fratrum composuit minas.*

Semel apud Horatium (6) choreum primo loco invenies.

IGNIS *iliacas domos*; ubi tamen alii melius legunt *pergameas.*

Alibi apud hunc aliosve poëtas classicos non invenies, qui Catulli (7) hac in re licentiam sibi interdixerunt.

Collis o Heliconei - Cultor Uraniae genus - etc.

Asclepiadeum

Asclepiadeum carmen constat spondaeo, duobus choriambis et pyrrhichio vel spondaeo, dactylo et syllaba longa, deinde duobus dactylis.

Horat. (8) *Maecenas, atavis edite regibus.*

Phaleucium hendecasyllabum

Phaleucium carmen quinque pedibus constat: spondaeo, dactylo, deinde tribus choreis.

Martial. (9) *Commendo tibi, Quinctiane, nostros - Nostros dicere si tamen libellos - Possum, quos recitat tuus poëta.*

Phaleucii pedibus abutitur Catullus (10); primae enim sedi iambum quoque et choreum attribuit.

ARIDA *modo pumice expolitum? - Corneli, tibi: namque tu solebas -* MEAS *esse aliquid putare nugas*

Quibus pedibus Statius, Martialis ac ceteri abstinent, quos malim imitari.

Sapphicum hendecasyllabum

Versus sapphicus quinque pedes hoc ordine admittit: choreum, spondaeum, dactylum, deinde duos choreos. Tertio cuique carmini fere nectitur adonius, qui ex dactylo et spondaeo constat.

Horat. (11) *Integer vitae scelerisque purus - Non eget mauris jaculis neque arcu - Nec venenatis gravida sagittis, - Fusce, pharetra.*

Anapaesticum dimetrum

Anapaesticum carmen, quo frequenter in choris utitur Seneca, constat quatuor pedibus, qui fere sunt dactyli vel spondaei permixtis anapaestis: ita tamen, ut secundo et quarto loco absit dactylus, secundus vero pes dictionem terminet, qui frequentissime est spondaeus.

(1) Inst. 9, 4. (2) Inst. 9, 4. (3) De metris 2421, Putsch. (4) Thyest. act. 2, chor. 1. (5) Thyest. act. 2, chor. 3. (6) Od. 1, 15, 36. (7) Carm. 61. (8) Od, 1, 1, 1. (9) Ep. 1, 53. (10) Carm. 1, 2, et seqq. (11) Od. 1, 22, 1, seqq.

Neque enim raro anapaesticus anapaestum habet nullum, quod tertius hic versiculus aperte docet.

Interserit Seneca dimetris anapaesticis saepe monometros.

Senec. (1) *Lugeat aether magnusque parens - Aetheris alti tellusque ferax - Et vaga ponti mobilis unda.*

Leviore manu (2) ex duobus anapaestis.

Nudent silvas (3), ex duobus spondaeis.

En diva fave (4), e spondaeo et anapaesto.

Potat Araxem (5), e dactylo et spondaeo; qui postremus apud ipsum frequentissime occurrit.

Iambicum et trochaicum eorumque leges ac genera

Duplicatis metimur pedibus carmina iambica, et trochaica, quibus anapaestica nonnulli addunt. Idcirco tum iambicum, tùm trochaicum quaternarium dicimus dimetrum, senarium, trimetrum, octonarium, tetrametrum.

Ex his quaedam dicuntur *acatalecta*, idest justa et suis numeris absoluta, in quibus nihil desit, nihil superfluat: quaedam *catalecta*, quibus desit syllaba, quaedam *brachycatalecta*, in quibus desideretur pes integer: quaedam denique *hypercatalecta*, in quibus syllaba vel pes redundet.

Horum omnium prima lex est, ut nec iambicus trochaeum, nec trochaicus iambum ne in liberiore quidem terentiana comoedia unquam admittat.

Secunda lex. Semper ultima sedes etiam apud comicos, in iambico iambo, in trochaico debetur trochaeo. Raro apud hos haec tribrachym aliosve pedes admittit. Catalectici ultima sedes censetur illa, quae syllabam ultimam deficientis pedis proxime antecedit.

Tertia lex. Iambum iambicus et trochaeum trochaicus quovis in loco recipit: censenturque iambici elegantissimi, qui solis iambis constant, quos sinceros Diomedes (6) appellat. Quanquam apud tragicos, ut majus pondus habeat versus, pedes quoque alii semper innectuntur.

Quarta lex. Praeter iambum iambicus in locis paribus, praeter ultimum, qui semper debetur iambo, admittit apud tragicos tribrachym: in imparibus vero, praeter hos, spondaeum ejusque dissolutiones dactylum et anapaestum, interdum proceleusmaticum. Apud Senecam tertia in sede vix anapaestum, in quinta vix iambum dactylumve reperies; in qua tamen fere semper aut spondaeum aut anapaestum invenies. Hos omnes pedes Plautus ac Terentius ad pares quoque locos adsciscunt, praeter ultimum, qui semper est iambus. Apud lyricos et hymnographos in locis paribus praeter iambum raro tribrachys adhibetur, in imparibus praeter iambum aut spondaeum raro pedes trisyllabi.

Quinta lex. Trochaicus e contrario in tragoedia praeter trochaeum admittit in imparibus etiam tribrachym: in ultima sede solum trochaeum, ut diximus. Ultima vero catalectici, trochaici, dimetri seu quaternarii sedes est tertia: tetrametri sive octonarii septima: hos enim pedes postrema deficientis pedis excipit syllaba. In locis vero paribus praeter hos admittit spondaeum ejusque dissolutiones dactylum et anapaestum nec respuit pro-

(1) Hercul. Fur. act. 4, chor. 1, seqq. (2) Hippolyt. act. 1, 62. (3) Hippolyt. act. 3. chor. 9. (4) Hippolyt. act. 1, 30. (5) Hippolyt. act. 1, 58. (6) Lib. 3, p. 527, Putsch.

celeusmaticum. Comoedia hos omnes pedes ad sedes etiam impares recipit. Apud lyricos praesertim hymnographos ad trochaeum, qui solus est in locis imparibus, spondaeus frequenter in locis paribus adhibetur, vix aut raro pedes trisyllabi.

Exemplis id totum fiet illustrius.

Iambici dimetri seu quaternarii acataleetici

E solis iambis. Horat. (1) *Perunxit hoc Jasonem.* Id. (2) *Inarsit aestuosius.* Mixti aliis pedibus. Horat. (3) *Ut prisco gens mortalium.* Id. (4) *Videre properantes domum.*

Trisyllabos pedes in hoc genere carminis apud Horatium vix invenies; raro apud alios, ut apud Senec. (5). *Qui virus herculeam bibit:* et apud Boët. (6) *Quid Brutus aut rigidus Cato?* Sic in hymnis sacris. *Vigilate, jam sum proximus.* Et: *Speculator adstot desuper.*

Iombici dimetri seu quaternarii catalectici

Ad quartum pedem desideratur syllaba: tertio loco iambus est, post quem syllaba. In ceteris iambici leges sequuntur, ut Senec. (7) *Qaonam cruenta Maenas - Praeceps amore saevo.*

Suavissimi hoc in genere sunt anacreontici illi, qui primo loco semper peaeferunt anapaestos. Boët. (8) *Habet omnis hoc voluptas.- Stimulis agit fraentes - Apiamque par volantum,* etc.

Iambici trimetri sea senarii acatalectici

Horat. (9) *Paratus omne Caesoris pericalum.* Catull. (10) *Phaselus ille, quem videtis hospites.* Id. (11) *Quis hoc potest videre, quis potest pati?*

Hi sinceri e solis iambis admisceotur, et apud Horatium alii pedes; sed trisyllabi raro admodum, ut (12) *Pecusve calabris ante sidus fervidum.* Et (13) *Aut amite levi raro tendit retia.* Sic (14) *Pavidumqae leporem et advenam laqaeo gruem.*

Apud Senecam trisyllabi quoque pedes saepissime, ut (15) *Ac templa summi viduo deserui aetheris.* Et (16) *Hinc clara gemini signo Tyndoridae micant.* Ter. (17) *Obsequium amicos, veritas odium parit.*

Verum apud hunc plurimi sunt, in quibus praeter ultimum, nullus est iambus ex licentia comica, ut (18) *Nunc quam rem vitio dent, quaeso, animum advertite.* Sic (19) *Nom, si illum objarges vitae qai auxilium tulit. - Quid facias illi, qui dederit damnam aut malum?*

Interdum apud hunc omnes spondaei, praeter ultimum, ut (20) *Nallum est jam dictum, quod non dictum sit prias.*

Iambici scozontes seu choliambici

Hi quoque sunt iambici trimetri acatalectici, sed quinto loco iambum habent, sexto spondaeum, in ceteris consentiunt cum iambico. Dicitur *scozon,* idest claudicans sive *choliambas*, idest clandus, iambus, quia, deturbato e sexta sede iambo et substituto spondaeo, videtur quasi claudicare, ut Martial. (21) *Cur in theatrum, Coto severe, venisti?- An ideo tantum veneras, ut exires?* Catull. (22) *Nam risu inepto res inepfior nulla est.*

Iombici trimetri seu senorii cotalectici

Ad sextum pedem desideratur syllaba, quinto loco iambum habent, postremo syllabam: in ceteris iambici sunt, ut Horat. (23) *Trahuntque siccas machinae carinas.* Id. (24) *Mea renidet in domo lacunar.* Senec. (25) *Sensere terrae te Dacum feroces.*

Iombici tetrametri sive octonarii acatalectici

Duos dimetros in unum conjungunt, ideoque fere semper distrahi in duos possunt, ut apud Senecam (26) *Instant sorores squolidae – Sanguinea jactant verbera. – Fert laevo semustas faces; Ardentque pallentes genne.* Et apud Ter. (27) *Dam tempus ad eom rem tulit, sivi, animum ut expleret suum – Nunc hoec dies aliam vitam affert, alios mores postulat.* Sic (28) *Quo jure quaqae injuria praecipitem me in pistrinam dabit.*

Iambici tetrametri sive octonarii catolectici

Ad octavum pedem desideratur syllaba: septimo loco iambum habent, quem excipit postrema syllaba. Ceterà in his exige ad iambicorum normam, ut Catull. (29) *Cum diva mater alites ostendit occinentes.* Ter. (30) *Mole metno ne Philumenae magis morbus oggrovescat.* Id. (31) *Nam si remittent quidpiam Philumenae dolores.*

(1) Epod. 3, 12. (2) Epod. 3, 18. (3) Epod. 2, 2. (4) Epod. 2, 62. (5) Med. act. 4, 108. (6) De cons. 2, metr. 7, 16. (7) Med. act. 4, chor. 1, seq. (8) De cons. 3, metr. 7, 1, seqq. (9) Epod. 1, 3. (10) Carm. 4, 1. (11) Carm. 29, 1. (12) Epod. 1, 27. (13) Epod. 2, 33. (14) Epod. 2, 35. (15) Hercul. Fur. act. 1, 3. (16) Hercul. Fur. act. 1, 14. (17) Andr. 1, 1, 41. (18) Andr. prol. 8. (19) Andr. 1, 1, 115, seq. (20) Eun. prol. 41. (21) Ep. 1, 3. (22) Carm. 39, 16. (23) Od. 1, 4, 2. (24) Od. 2, 18, 2. (25) Oedip. act. 2, chor. 70. (26) Agam. act. 3, chor. 165, seqq. (27) Andr. 1, 2, 17, seq. (28) Andr. 1, 3, 9. (29) Carm. 25, 5, sic Muretus: alii aliter. (30) Hecyr. 3, 2, 2. (31) Hecyr. 3, 2, 14.

Primo hujus secundi versus loco proceleusmaticus est, in quinto anapaestus, elisa *s* litera. Apud Terentium saepe postrema sede non solum tribrachym pro iambo habet, sed et spondeum, ac si esset catalecticus scazon, immo et interdum dactylum: de qua re alibi.

Ad trochaicos accedamus, in quibus vix in usu sunt alii praeter catalecticos tum dimetros tum tetrametros.

Trochaici dimetri sive quaternarii catalectici

Ad quartum pedem desideratur syllaba: tertio loco trochaeus est, deinde syllaba: in ceteris trochaici leges servant. Puri trochaei. Horat. (1) *Largiora flagito.* Id. (2) *Truditur dies die.* Mixtis aliis pedibus. Senec. (3) *Fata, si liceat mihi.* Id. (4) *Quidquid excessit modum - Pendet instabili loco.*

Trochaici tetrametri sive octonarii catalectici

Ad pedem octavum desideratur syllaba: pes septimus trochaeus, post quem syllaba: in ceteris trochaicorum sequuntur normam Hi adstrictiores sunt apud hymnugraphos, ut apud Prudentium (5) *Corde natus ex parentis - Ante mundi exordium.* Et (6) *Quicquid est virtutis usquam - Psallat in laudem Dei.* Non adeo apud tragicos, ut apud Senec. (7) *Pallidi fauces averni vosque taenarei specus:* sexto loco dactylus est. Et (8) *Impium rapite atque mersum premite perpetuis malis.*

In primo, tertio et septimo locis imparibus trochaeus, in quinto tribrachys, in secundo et sexto dactylus, in quarto spondaeus, omnia ex trochaicorum legibus. Liberrimi iidem apud comicos, ut apud Ter. (9) *Audivi Archillis jamdudum; Lesbiam adduci jubes.* Et (10) *Dii boni, boni quid porto! sed ubi inveniam Pamphilum ?* Sic (11) *Audin'tu illum ? toto me oppido exanimatum quaerere.*

In versu primo et tertio primi tertiique pedes spondaei, in secundo versu quintus pes anapaestus, in tertio dactylus: id totum ex comica libertate. Ili enim pedes in tragoedia locis imparibus non admittuntur.

Porro in iambicis acatalectiris dimetri frequentes sunt apud lyricos, praesertim hymnographos: trimetris acatalecticis omnes paene tragoediae et comoediae conscriptae sunt: tetrametri acatalectici in comoedis satis usitati: in tragoediis his semel ac paucis utitur Seneca. Lyrici praesertim hymnographi, in duos dimetros eos dissolvunt.

II. *Catalectici* vero haud raro sunt iambici sive trimetri, ut Horat. (12) *Trahuntque siccas machinae carinas.* Sive tetrametri, ut Ter. (13) *Laches et diligentiam vestram et benignitatem - Novi et quae dicis, omnia esse, ut dicis, animum induco.*

Prior est tetrameter catalecticus rectus, posterior catalecticus scazon; ille in postrema sede, quae ultimam syllabam antecedit, iambum habet, hic spondaeum: in voce *dicis* posteriore eliditur *s* cum vocali praecedente, nisi sit proceleusmaticus.

III. In trochaicis acatalectici non sunt in usu. Catalectici non raro sunt dimetri. Horat. (14) *Largiora flagito.* Senec. (15) *Daedalus librans iter, - Nube sub media stetit.* Frequentissimi sunt trochaici tetrametri catalectici tum apud comicos. Ter. (16) *Quid igitur sibi vult pater? cur simulat? ego dicam tibi. - Si id succenseat nunc, quia non det tibi uxorem Chremes.* Tum apud tragicos. Senec. (17) *Torpor incedit per artus, frigidus sanguis coit.* Tum apud hymnographos, ut *Pange lingua gloriosi.* Et: *Praelium certaminis.*

IV. Trochaicos trimetros catalecticos vix invenies. Ejus tamen generis videntur nonnulli, qui multos torserunt, apud Ter. (18)

Hocci ne cre dibil'est: aut memo rabile,
Tanta vecor dia inna ta cui quam ut si et,
Ut ma lis gaudeant, at qu'ex in commo dis
Alteri us sua compar ent ut: ut commo d'ah.

Primi versus pes secundus spondeus est: ubi *ne* enclitica positione sequentis dictionis producitur. In secundo *vecor* spondaeus quoque est. Ovid. (19) *Quae te* VECORDIA, *Theseus*, et (20) *Mens quoque sic furiis* VECORS *agitetur ut illi. Dia inna* spondaeus etiam est: ex *dia* eliditur primo *a* per synaloepheu; deinde *di* in unam syllabam *dii* contrahitur; ut *iidem*, *dii* et alia. In tertio versu *deant at* spondaeus est, *deant* syllabis in unam contractis. Vide c. XI, de synaeresi. Donatus ait legi etiam *gaudeat*, et tunc *deat at* anapaestus erit. Verior est prior lectio. In eodem versu aliqui legunt: Ut malis gaudeant *alienis:* sed vox *alienis* glossema est: nam nec legitur apud Donatum et versum corrumpit et satis intelligitur in voce *alterius* sequentis versus.

(1) Od. 2, 18, 13. (2) Od. 2, 18, 15. (3) Oedip. act. 4, chor. 1. (4) Oedip. act. 4, chor. 28, seq. (5) Cathemer. 1208, seq. (6) Cathemer. 1234, seq. (7) Hippolyt. act. 5, chor. 1. (8) Hippolyt. act. 5, chor. 3. (9) Andr. 1, 4, 1. (10) Andr. 2, 2, 1. (11) Andr. 2, 2, 5. (12) Od. 1, 4, 2. (13) Hecyr. 2, 2, 21, seq. (14) Od. 2, 18, 13. (15) Oedip. act. 4, chor. 19. (16) Andr. 2, 3, 1, seq. (17) Oedip. act. 2, 19. (18) Andr. 4, 1, 1, seqq. (19) Met. 12, 227. (20) Ibid. 345.

V. Brachycatalecticorum et hypercatalecticorum perquam rara sunt exempla eaque es comicis fere petenda. Verum apud Horatium (1) iambicus est dimeter hypercatalecticus. *Silvae laborantes, geluque.* Cujus generis apud ipsum plurimi. Cui ut pondus sdderet, tertio loco perpetuo spondaeum attribuit.

Verum haec tironibus satis, qui nonnisi in hexametris et pentametris et nonnullis lyricis initio exercendi sunt.

CAPUT XI.

DE FIGURIS, QUAE SPECTANTUR IN CARMINUM DIMENSIONE

ADMONITIO

Versus metimur pedibus, quibus metiendis non parum prodest syllabae communis, necessitatis metricae, licentiae poëticae figurarumque cognitio. De tribus primis cap. VII et VIII diximus superest, ut de figuris dicamus, quae in dimensione carminum observandae sunt.

Figurae in metri dimensione observandae

Syllaba de gemina facta una, synaeresis esto:
Distrahit in geminam huic adversa diaeresis unam.
M ecthlipsis, vocalem haurit synaloepha priorem.
Ectasis extendet, rapiet sed systola vocem.

SYNAERESIS

Synaeresis, quae et *episynaloephe* et *synecphonesis* appellatur, est syllabarum duarum in unam contractio. Quod fit, cum duae vocales, ut *ai*, *au*, *ea*, *ee*, *ei*, *eo*, *eu*, *ia*, *ie*, *ii*, *io*, *iu*, *oa*, *oe*, *oi*, *oo*, *ou*, *ua*, *ue*, *ui*, *uo*, *uu*, aut si quae sunt aliae, in unam syllabam contrahuntur.

I. *Ai.* Ter. (2) AIT *nimium parce facere sumptum. Sim. Me ne? Dav. Te. Ait nimi* dactylus est in senario. Et (3) AIN *tandem, civis Glycerium est? Pamphil. Ita praedicant;* senarius est.

II. *Au.* Ter. (4) HAU, *obsecro mea Pythias, quid istucnam monstri fuit?* iambicus est. Sic *aut* et *haud* passim; nisi quis malit has esse diphthongos.

III. *Ea.* Virg. (5) ALVEARIA *vimine texta.* Id. (6) AUREA *composuit sponda.* Id. (7) *Una* EADEMQUE *via.* Lucr. (8) *Quid* RESPONDEAMUS, *nisi justam intendere litem.* Id. (9) *Corpore qui nostro rarus magis* EAM *cohibessit?* Virg. (10) *Mirantur et Ismarus* ORPHEA. Ovid. (11) *Dejecerat igne* TYPHOEA. Horat. (12) *Vitiis albumque neque* OSTREA. Martial. (13) *Tumidique* ANTEAMBULO *regis.*

IV. *Ee.* Virg. (14) *Trojaeve opulentia* DEERIT. Lucr. (15) *Communi* DEESSE *saluti.* Id. (16) *Ubi* EADEM *dispansae.* Virg. (17) COMPREHENSAMQUE *tenet.* Catull. (18) DEPREHENSA *navis in mari.* Horat. (19) VEHEMENS *et liquidus puroque simillimus amni.* Cic. (20) *Gestit: jam vero clinata est ungula* VEHEMENS. Lucr. (21) *Verum ubi* VEHEMENTI *magis est commoto metu mens.* Virg. (22) *Vir gregis ipse caper* DEERRAVERAT.

V. *Ei.* Virg. (23) HEI *mihi qualis erat.* Id. (24) *Dependent lychni laquearibus* AUREIS. Id. (25) FERREIQUE *Eumenidum thalami.* Id. (26) *Clypei mora profuit* AEREI. Id. (27) *Furias Ajacis* OILEI. Sic *Ulyssei*, *Achillei*, *Terei*, *Promethei*, *Ilionei*, etc. Stat. (28) DEHINC *sociare choros.* Virg. (29) *Cedere* DEINDE *jubet.* Lucr. (30) *Nunc ... jam* DEINCEPS. Virg. (31) *Qui candore nives* ANTEIRENT. Lucr. (32) *Nec* ARANEI *tenuia fila.* Horat. (33) POMPEI, *meorum prime sodalium?* Id. (34) *Durus, ait,* VULTEI, *nimis attentusque videris.* Virg. (35) *A flumine* REJICE *capellas.* Lucr. (36) *Nec radicitus e vita se tollit, et* EJICIT. In his postremis *ei* contrahitur, eliso prius i altero a verbis *rejice* et *ejicit*. Lucil. (37) *Virtus quaerendae finem* REI *scire modumque.*

VI. *Eo.* Virg. (38) *Assuetae ripis volucres et fluminis* ALVEO. Sic *aureo* et similia. Virg. (39) *Uno* EODEMQUE *tulit partu.* Id. (40) *Uno* EODEMQUE *igni.* Propert. (41) *Hoc* EODEM *ferro.* Id. (42) EODEM *habuit se-*

(1) Od. 1, 9, 3. (2) Andr. 2, 6, 19. (3) Andr. 5, 3, 4. (4) Eun. 4, 3, 14. (5) Georg. 4, 34. (6) Aen. 1, 698. (7) Aen. 10, 487. (8) De N. R. 3, 963. (9) De N. R. 445. 3. (10) Ecl. 6, 30. (11) Met. 3, 303. (12) Sat. 2, 2, 21. (13) Ep. 2, 18. (14) Aen. 7, 262. (15) De N. R. 1, 44. (16) De N, R. 1, 307. (17) Aen. 11, 723. (18) Carm. 25, 13. (19) Epist. 2, 2, 120. (20) Ex Arat. in frag. poem. 287. (21) De N. R. 3, 153. (22) Ecl. 7, 7. (23) Aen. 2, 274. (24) Aen. 1, 726. (25) Aen. 6, 280. (26) Aen. 12, 541. (27) Aen. 1, 41. (28) Achill. 1, 370. (29) Aen. 5, 773. (30) De N. R. 2, 333. (31) Aen. 12, 84. (32) De N. R. 3, 384. (33) Od. 2, 7, 5. (34) Epist. 1, 7, 91. (35) Ecl. 3, 96. (36) De N. R. 3, 890. (37) Ap. Lactant. 4, 5. (38) Aen. 7, 33. (39) Aen. 12, 847. (40) Ecl. 8, 81. (41) El. 2, 8, 26. (42) El. 4, 7, 7.

cum. Virg. (1) *Imposta* TYPHOEO. Sic *Orpheo*, *Tereo*, *Enipeo*, etc. Lucr. (2) *Corporis officium est, quoniam premere omnia* DEORSUM. Catull. (3) *Manumque* SEORSUM *hnbebis: hoc tibi expedit:* iambicus est. Lucr. (4) *Ne calor, ac ventus* SEORSUM SEORSUMQUE *potestas*. Id. (5) SEORSUS *item sapor oris habet vim*, SEORSUS *odores*.

VII. *Eu* Virg. (6) HEU *pietas*, HEU *prisca fides:* semper contrahitur, quamvis duae sint syllabae, quia graece *ευ*.

VIII. *Ia*. Virg. (7) *Bis patriae cecidere manus; quin protinus* OMNIA - *Perlegerent*. Nec dactylus sexta in sede est, ut nec in Virg. (8) *Mirantur et Ismarus* ORPHEA, nec in Ovid. (9) *Dejecerat igne* TYPHOEA. Horat. (10) VINDEMIATOR *et invictus, cui saepe viator*. Virg. (11) SIDONIASQUE *ostentat opes*. Primus pes in his duobus estremis versibus est spondaeus, quia *vindemia* et *Sidonis* secundam producunt. Virg. (12) SEMIANIMES *volvuntur equi*.

IX. *Ie*. Vrig. (13) *Haerent* PARIETIBUS *scalae*. Id. (14) ARIETIBUS *juvenes patriis*. Id. (15) *Transverberat* ARIETE *pectus*. Id. (16) *Pulsabant* ARIETE *muros*. Sil. (17) ARIETAT *in primos*. Propert. (18) *Induit* ABIEGNAS. Id. (19) *Laeserat* ABIEGNI. Lucr. (20) EXCIERUNT : *ne forte animas Acherunte reamur*. Id. (21) *Ignis enim superavit et* AMBIENS *multa perussit*. Horat. (22) *Ut* NASIDIENI *juvit te coena beati?* Ter. (23) *Propterea quod* SERVIEBAS *liberaliter; servie* spondaeus est, quod postea scribi coeptum est *servibas*. Hinc illa *audibant*, *nutribant*, *lenibant*, et similia, de quibus §. 189. I. ab *audiebant*, *nutriebant*, *leniebant*.

X. *Ii*. Tibull. (24) *Incipe; non* IIDEM *tibi sint aliisque triumphi*. Sic *iisdem* etc. Virg. (25) DII *maris et terrae*. Sic *diis*. Lucr. (26) *Ut quod* ALIIS *cibus est, aliis fuat acre venenum;* priore loco *aliis* bisyllabum est. Martial. (27) DENARIIS *tribus invitas, et mane togatum*. Virg. (28) CONNUBIIS *arvisque novis*. Primi pedes spondaei sunt, quia *denarius* et *connubium* secundam producunt. Horat. (29) *Vis* CONSILII *expers mole ruit sua*. Lucr. (30) *Paullatim, quasi quid pugno* BRACHIIQUE *superne*. Propert. (31) *Tunc animi venere* DECII *Brutique secures*. Lucil. (32) *Municipem* PONTII, *Tritanni, centurionum*. Sic *peculi*, *oti*, *auxili* et similia per synaeresim sunt ab integris *peculii* etc. Sic plerique scribunt *di* et *dis* pro *dii* et *diis*. Vide Pierium (33).

XI. *Io*. Virg. (34) CONNUBIO *jungam stabili; connubium* ut diximus, secundam producit. Id. (35) SEMIHOMINIS *Caci*. Id. (36) STELLIO *at lucifugis*. Sic in omnibus codicibus legi testatur Pierius. Nec tamen, ut ipse putat, pes primus creticus est, sed spondaeus synaeresi.

XII. *Iu* Horat. (37) *Vos lene* CONSILIUM *et datis et dato*. Id. (38) *Hinc omne* PRINCIPIUM, *huc refer exitum*. In his *consilium* et *principium* voces sunt trisyllabae, producuntque secundam, quia in ea syllaba fit caesura. Virg. (39) *Enceladi* SEMIUSTUM *fulmine corpus*. Lucr. (40) *Imbecillorum esse aequum misererier* OMNIUM. Id. (41) *Denique caelestis sumus omnes semine* ORIUNDI. Catull. (42) *Flos* VERONENSIUM *depereunt juvenum*.

XIII. *Oa*. Lucr. (43) *Et simul, ecquae sit finis,* QUOAD *moenia mundi*. Horat. (44) *Heredes voluit?* QUOAD *vixit, credidit ingens*.

XIV. *Oe*. Ter. (45) OHE *jam desine deos, uxor, gratulando obtundere*. *Ohe jam* spondaeus est in trochaico

XV. *Oi*. Virg. (46) PROINDE *tona eloquio*. Lucr. (47) *Nam sive est aliquid, quod* PROHIBEAT *officiatque*.

XVI. *Oo*. Lucr. (48) *Per terras amnes atque oppida* COOPERUISSE. Id. (49) COOPERIANT *maria*.

XVII. *Ou*. Horat. (50) *Pasco libatis dapibus,* PROUT *cuique libido est*.

XVIII. *Ua*. Virg. (51) SUADET *enim vesana fames*. Id. (52) *Et metus* et MALESUADA *fames*. Lucr. (53) SUAVE *mari magno*. Sic *suaviter*, *suavior*, *suaviloquens*, *suavidicus*, etc. Virg. (54) GENUA *labant*. Lucr. (55) *Atque aliis* EXTENUANTUR. Sil. (56) *Cetera* SINUATIS *glomerat sub pectore gyris*. Id. (57) SINUATUR *coxaque sedet munimen utraque; sinuatis*, et *sinuatus* trisyllaba sunt, et primam positione producunt, quia consonans est: alioqui quadrisyllaba primam corripiunt, ut etiam *sinus*.

(1) Aen. 9, 716. (2) De N. R. 1, 363. (3) Carm. 20, 17. (4) De N. R. 3, 287. (5) De N. R. 4, 497. (6) Aen. 6, 879. (7) Aen. 6, 33 vide Pier. in hunc loc. (8) Ecl. 6, 30. (9) Met. 3, 303. (10) Sat. 1, 7, 30. (11) Aen. 4, 75. (12) Aen. 11, 635. (13) Aen. 2, 442. (14) Aen. 9, 674. (15) Aen. 11, 667. (16) Aen. 12, 706. (17) B. P. 4, 149. (18) El. 3, 19, 12. (19) El. 4, 1, 42. (20) De N. R. 4, 41. (21) De N. R. 5, 397. (22) Sat. 2, 8, 1. (23) Andr. 1, 1, 11. (24) Carm. 4, 11, 36. (25) Aen. 3, 528. (26) De N. R. 4, 641. (27) Ep. 9, 103. (28) Aen. 3, 136. (29) Od. 3, 4, 65. (30) De N. R. 6, 433. (31) El. 4, 1, 45. (32) Ap. Cic. De Fin. 1, 3. (33) Pier. ad *tuguri* Virg. ecl. 1, 69, et *Patavi* Aen. 1, 247. (34) Aen. 1, 73. (35) Aen. 8, 194. (36) Georg. 4, 243. (37) Od. 3, 4, 41. (38) Od. 3, 6, 6. (39) Aen. 3, 578. (40) De N. R. 5, 1022. (41) De N. R. 2, 990. (42) Carm. 100, 2. (43) De N. R. 5, 1212. (44) Sat. 2, 3, 91. (45) Heaut. 5, 1, 6. (46) Aen. 11, 383. (47) De N. R. 1, 976. (48) De N. R. 5, 343. (49) De N. R. 6, 490. (50) Cat. 2, 6, 67. (51) Aen. 9, 340. (52) Aen. 6, 276. (53) De N. R. 2, 1. (54) Aen. 5, 432. (55) De N. R. 4, 1257. (56) B. P. 6, 226. (57) B. P. 10, 181.

XIX. *Ue.* Lucr. (1) *Lanigerae pecudes et equorum* DUELLICA *proles.* Sil. (2) TERRUERUNT *pavidos.* Virg. (3) MISCUERUNTQUE. Horat. (4) *Virgilio* ANNUERUNT. Virg. (5) *Precibus* MANSUESCERE *corda.* Ovid. (6) *Fiat* MANSUETIOR *ira.* Lucr. (7) TENUEM *animi naturam intus.* Virg. (8) *Curru succedere* SUETI. Id. (9) *Candidus* INSUETUM. Id. (10) *Servitio* ASSUERINT. Sic *assuetus, consuesco, consuetus, desuetus,* etc.

XX. *Ui.* Horat. (11) *Nec magis* HUIC, *niveos inter viridesque lapillos.* Tibull. (12) CUI *decorent sanctas mollia serta comas.* Id. (13) *Quam nudasse* ALICUI, *sit mihi fama minor.* Sic composita alis, ut *cuique, cuiquam, cuicunque,* etc. Horat. (14) *Praecipue sanus, nisi cum* PITUITA *molesta est: cum pi* spondaeus est, *tuita mo* dactylus est per synaeresim; nam primam in *pituita* producit Catull. (15) in phaleucio: *Mucusque et mala* PITUITA *nasi.* Lucil. (16) MALUISTI *dici;* Virg. (17) TENUIA *nec lanae.* Id. (18) TENUIS *ubi argilla.* Dactylum primo loco, quam proceleusmaticum malo; nec in heroico peregrinos pedes agnosco; alioqui anapaestus fuerit in his Lucr. (19) *Quippe etenim ventus subtili corpore* TENUIS. Et (20) *Atque alis* EXTENUANTUR *tabentque vicissim.* Sic in *abiete, parietibus, ariete* ac similibus dactylos agnosco potius, quam proceleusmaticos, ne anapaestum admittam in his quoque Propert. (21) *Induit* ABIEGNAE. Et (22) *Laeserat* ABIEGNI; etc. Sicut enim consonantes *j* et *v* fiunt interdum vocales per diaeresim, ut *subiectus, dissoluo,* ut nos dicemus, ita cum vocales sunt, fiunt per synaeresim consonantes.

XXI. *Uo.* Accius (23) DUOS *consanguineos arietes inde elegi;* senarius est. Lactant. (24) DUODECIES *undis irrigat omne nemus.*

XXII. *Uu.* Martial. (25) *Sed duo sunt, quae nos distinguunt millia* PASSUUM. Virg. (26) *Per campos pascuntur equi, quae gratia* CURRUUM. Nisi forte in hoc um a sequentis versus vocali *armorumque* absorbeatur.

XXIII. Liberiores in contractionibus comici. In solo prologo et scena prima Andriae, praeter multa ex supra positis, hae praeterea voces contrahuntur, *spei, fuisse, fuit, mihi, eo pacto, liberius, eorum, ejusmadi, scias, sua, nuptiis, nihil, tuum.* Aliis in locis innumerabiles.

XXIV. In superiorum contractione et auctoritate opus est et delectu. In his, quoniam apud poëtas passim obvia sunt, contractione omnibus uti licet: *aut, haud, antehac, anteire, usqueadeo, deest,* etc. *prehendo, comprehendo,* etc. *hei, dein, dehinc, deinde, deinceps, deorsum, seorsum, mansuetus, mansuesco,* etc. *heu, ii, iis, iidem, iisdem, dii, diis, semianimis, semihomo, semiustus, proinde, suadeo, persuadeo,* etc. *suavis* et cognatis *suetus,* etc. et compositis *insuetus,* etc. *huic, cui, cuique,* ceterisque compositis.

XXV. Quamquam ex his nonnulla non contracta reperiuntur. Virg. (27) *Frenisque adversa* PRAEHENSIS. Id. (28) *Viso* DEHINC *caelo.* Lucr. (29) *Quin vacuum per inane* DEORSUM *cuncta ferantur.* Id. (30) *Docui divisa* SEORSUM. Catull. (31) *Neque ulla vota litoralibus* DIIS. Id. (32) PROIN *viator hunc deum vereberis.* Virg. (33) *Olus* SUAVE, *multiplex herbae genus.* Iambici tres sunt. Horat. (34) *Foresque feraeque* SUETAE. Lucr. (35) *Appellare* SUEMUS. Martial. (36) *Sed norunt,* CUI *serviant leones:* phaleucius est. Manil. (37) *Sic erit et sedes fugienda, petenda* CUIQUE. et alia.

DIAERESIS SIVE DIALYSIS

Diaeresis est syllabae unius in duas divisio, ut *aurai* trisyllabum pro aurae dissyllabo: *siluae, evoluam, evoluisse, dissoluo, persoluendus, subiecta, Troiae, iam* dissyllabum apud comicos, pro silvae, evolvam, evolvisse, dissolvo, persolvendus, subjecta, Trojae, jam; et alia.

Virg. (38) *Aetherium sensum atque* AURAI *simplicis ignem.* Horat. (39) *Nivesque deducunt Jovem; nunc mare, nunc* SILUAE. Catull. (40) *Condita quin veri pectoris* EVOLUAM. Ovid. (41) *Debuerant fusos* EVOLUISSE *meos.* Catull. (42) *Pristina vota novo munere* DISSOLUO. (43) *Nunc quoque, te salvo,* PERSOLUENDA *mihi.* Senec. (44) *Si qua ferventi* SUBIECTA *cancro est.* (45) *Misit infestos* TROIAE *rui-*

(1) De N. R. 2, 660. (2) B. P. 8, 633. (3) Georg. 2, 129, et 3, 283. (4) Sat. 1, 10, 45. (5) Georg. 4, 470. (6) Trist. 3, 6, 23. (7) De N. R. 4, 735. (8) Aen. 3, 541. (9) Ecl. 5, 56. (10) Georg. 3, 168. (11) Sat. 1, 2, 80. (12) El. 2, 2, 6. (13) El. 4, 7, 2. (14) Epist. 1, 1, 108. (15) Carm. 23, 17. (16) Ap. Cic. De Fin. 1, 3. (17) Georg. 1, 397. (28) Georg. 2, 180. (19) De N. R. 4, 899. (20) De N. R. 4, 1257. (21) El. 3, 19, 12. (22) El. 4, 1, 42. (23) Ap. Cic. De Divin. 1, 22. (24) Phoenis, 28. (25) Ep. 2, 5. (26) Aen. 6, 653. (27) Aen. 11, 719. (28) Aen. 5, 722. (29) De N. R. 2, 202. (30) De N. R. 3, 499. (31) Carm. 4, 22. (32) Carm. 20, 16. (33) In epigr. hortul. 5. (34) Sat. 1, 8, 17. (35) De N. R. 1, 55. (36) Ep. 1, 105. (37) Astron. 4, 814. (38) Aen. 6, 747. (39) Epod. 13, 2. (40) Carm. 66, 74. (41) Heroid. 12, 4. (42) Carm. 66, 38. (43) Heroid. 6, 74. (44) Hippolyt. act. 1, chor. 14. (45) Troad. act. 3, chor. 11.

nis; sapphici sunt. Plaut. (1) *Hoc agite, sultis, spectatores, nunc* IAM. Id. (2) *Qui mihi auscultabunt facient obsequelam*, IAM; senarii sunt. Ter. (3) *Profer, dum proficiscor aliquo, ne videam. Pamphil. Audi nunc* IAM. Trochaicus est tetrameter catalecticus constans e spondaeo, dactylo, trochaeo, anapaesto, dactylo, spondaeo, trochaeo et syllaba.

SYNALOEPHE

Synaloephe est figura, qua vocalis aut diphthongus praecedentis dictionis a sequenti excipitur et quodammodo absorbetur.

Virg. (4) CONTICUERE *omnes* INTENTIQUE *ora tenebant*. Id. (5) DARDANIDAE *e muris*; *spes addita suscitat iras.*

Exceptio

O et *heu*, sequente vocali aut diphthongo integra manent. Sic etiam *ah*, *hei*, *hui*, *cui* contractum non videtur elidi sequente vocali.

Virg. (6) *O pater o hominum, divûmque aeterna potestas.* Stat. (7) HEU *ubi siderei vultus? ubi verba ligatis.*

Appendix I.

Interdum nec vocalis nec diphthongus a sequenti vocali excipitur; sed id multo rarius accidit, si vocalis brevis sit.

Virg. (8) GLAUCO *et* PANOPEAE *et Inoo Melicertae*. Id. (9) *Posthabita coluisse* SAMO, *hic illius arma*. Quo tamen loco aliisque multis quidam *h* habere vim consonantis putant, ut supra diximus.
Virg. (10) *Et vera incessu patuit* DEA: *ille ubi matrem.*

Appendix II.

Synaloephe non solum in eodem carmine, sed in diversis etiam locum habet.

Virg. (11) *Et spumas miscent argenti vivaque* SULPHURA, - *Idaeasque pices*. Id. (12) *Inseritur vero ex fetu nucis arbutus* HORRIDA: - *Et steriles platani malos gessere valentes.* In his ac similibus locis ultima vocalis praecedentis versus excipitur atque absorbetur a prima sequentis.

ECTHLIPSIS

Ecthlipsis est figura, qua *m* litera simul cum vocali praecedenti eliditur ob sequentem vocalem.

Virg. (13) ITALIAM: *Italiam primus conclamat Achates*. Pers. (14) *O curas* HOMINUM, *o* QUANTUM *est in rebus inane.*

Appendix I.

Prisci *m* literam cum vocali correpta servabant.

Lucr. (15) CORPORUM *augebit numerum summamque sequetur.* De qua re supra diximus, cum de *m* in fine ageremus.

Appendix II.

Ecthlipsis etiam in diversis carminibus locum habet.

Virg. (16) *Jamque iter emensi turres ac tecto* LATINORUM - *Ardua cernebant juvenes, muroque subibant.*
Id. (17) *Aut dulcis musti Vulcano decoquit* HUMOREM, – *Et foliis undam trepidi despumat aheni.*

Appendix III.

Prisci poëtae *s* literam passim etiam sequente consonante elidebant: quod si deinde concurrerent vocales, prior a posteriore per synaloephen excipiebatur.

Enn. (18) . . . DOCTUS, *fidelis*, - *Suavis homo*, FACUNDUS, *suo* CONTENTUS, *beatus*, - SCITUS, *secunda loquens in tempore*, COMMODUS *verbûm - Paucûm. Doctu si, cundu' su, tentu' be, scitu' se, commodu'* dactyli sunt. Alii legunt *contentus atque beatus*, et tunc per synaloephen erit *content' atque be* spondaeus cum dactylo. Rarissime apud posteriores poëtas videas hanc literam extritam. Cic. (19) *Delphinus jacet haud nimio* LUSTRATUS *nitore.*

(1) Asin. prol. 1. (2) Asin. 1, 1, 50. (3) Andr. 2, 1, 32. (4) Aen. 2, 1. (5) Aen. 10, 263. (6) Aen. 10, 18. (7) Theb. 5, 613. (8) Georg. 1, 437. (9) Aen. 1, 16. (10) Aen. 1, 405. (11) Georg. 3, 449. (12) Georg. 2, 69. (13) Aen. 3, 523. (14) Sat. 1, 1. (15) De N. R. 1, 437. (16) Aen. 7, 160. (17) Georg. 1, 295, seq. (18) Ap. Gell. N. A. 12, 4. (19) Ex Arat. 333.

Systole est cum syllaba natura longa corripitur.

Virg. (1) *Illae autem, paribus quas* FULGERE *cernis in armis.* Id. (2) FERVERE *Leucaten, auroque* EFFULGERE *fluctus.*

Huc spectant illa *steterunt, tulerunt, profuerunt, prodiderunt, occiderunt,* et similia correpta saepe penultima, ut diximus cap. V, de incremento *e* in verbis: et cap. VIII, de necessitate metrica.

II. Aut positione longa, sed altera consonante extrita, ut *obicis* pro objicis: *abici* pro abjici; vide supra cap. II, praec. 3.

Lucan. (3) *Cur* OBICIS *magno tumulum manesque vagantes?* Juvenal. (4) *Hunc* ABJICIT *saeva dignum veraque Charybdi.*

ECTASIS SIVE DIASTOLE

Ectasis est cum aut syllaba natura brevis simpliciter producitur.

Virg. (5) ITALIAM *fato profugus, lavinia venit.*

II. Aut cum eadem consonans geminatur, ut *relligio*, *relliquiae*, *repperit*, *rettulit*, *reppulit*, quod tamen plerique geminatione omissa ad simplicem ectasim reducunt.

Virg. (6) RELLIGIONE *patrum multos servata per annos.* Id. (7) *Troas* RELLIQUIAS *Danaûm, atque immitis Achilli.* Propert. (8) *Ah! pereat quicunque meracas* REPPERIT *uvas.* Horat. (9 RETTULIT *acceptos, regale numisma, Philippos.* Lucan. (10) REPPULIT *a libycis immensum syrtibus aequor.* Durius illud vix imitandum apud Lucr. (11) REDDUCIT *Venus? aut* REDDUCTUM *daedala tellus.*

Duriora et illa, quae interdum sunt apud eundem (12) *Reccidere*, *rellatum*, *reffugisse*, *remmota*, etc.

CAPUT XII.

DE CAESURA

Si pedes, praesertim versus heroici, e singulis verbis constent, ineptum et insulsum fit carmen, ut *Aurea scribis carmina, Juli, maxime vatum.*

II. Contra si verba connectantur, ita ut mutuo amplexu pedes alii ex aliis pendeant, pulcherrimus efficitur versus.

Virg. (13) *Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.* Id. (14) *Non ignara mali miseris succurrere disco.* Id. (15) *Justitiaque dedit gentes frenare superbas.*

III. Syllaba, quae ex dictione caeditur, ac post quemvis pedem relinquitur, vulgo caesura dicitur: cujus tanta vis est, ut ejus beneficio brevis syllaba producatur. Est enim quoddam in ipsa divisione verborum latens tempus: nam dum moramur atque ad alia transimus, versus intervallum unum spatiumque lucratur.

Virg. (16) TERRASQUE *tractusque maris caelumque profundum.* Id. (17) *Tityrus hinc* ABERAT; *ipsae te, Tityre pinus.* Id. (18) *Una eademque via* SANGUIS *animusque sequuntur.*

Vides, ut syllabae natura breves post primum, secundum, tertium et quartum pedem producantur: hoc caesurae acceptum referri debet.

Appendix.

Anapaestici versus optimi putantur, si pedes singuli e singulis fiant verbis.

Senec. (19). *Nondum serae nuntius horae.* Id. (20) *Tertia misit buccina signum.* Id. (21) *Curvo brevius limite currens.*

(1) Aen. 6, 827. (2) Aen. 8, 677. (3) Phars. 8, 796. (4) Sat. 15, 17. (5) Aen. 1, 2. (6) Aen. 2, 715. (7) Aen. 1, 30. (8) El. 2, 33, 27. (9) Epist. 2, 1, 234. (10) Phars. 1, 499. (11) Phars. 1, 229. (12) Phars. 1, 1062, et 2, 100, et 3, 69, et 4, 271, etc. (13) Aen. 1, 609. (14) Aen. 1, 630. (15) Aen. 1, 523. (16) Ecl. 4, 51. (17) Ecl. 1, 39. (18) Aen. 10, 487. (19) Thyest. act. 4, chor. 6. (20) Thyest. act. 4, chor. 11. (21) Thyest. act. 4. chor. 53.

Veteres grammatici versum heroicum in quatuor partes secant, quas sectiones sive caesuras appellant penthemimerim, trochaicam, hephthemimerim et bucolicam sive tetrapodiam.

II. Penthemimeris latine semiquinaria, constat ex duobus pedibus et syllaba, qnae dictionem claudat.

Virg. (1) *Arma virumque cano.*

III. Trochaica post duos pedes habet trochaeum, qui dictionem terminet.

Virg. (2) *Quidve dolens regina:* et *Insignem pietate.*

IV. Hephthemimeris, latine semiseptenaria, continet tres pedes et syllabam, quae dictionem finiat.

Virg. (3) *Ast ego, quae Divûm incedo.*

V. Bucolica seu tetrapodia fit, si semiseptenariae duas breves adjunxeris.

Virg. (4) *Inferretque Deos Latio. genus.*

Quae quamvis propria sit bucolici carminis eaqne Theocritus frequentissime utatur, tamen Virgilius non solum in bucolicis haud raro utitur, sed etiam in Aeneide.

Virg. (5) *Namque erit ille mihi semper Deus.* Id. (6) *Quam Juno fertur terris magis.* Id. (7) *Hic currus fuit; hoc regnum dea.* Id. (8) *Vela dabant laeti et spumas salis.* Id. (9) *Talia flammato secum dea.*

Verum bucolici carminis magis proprius est quartus pes dactylus integra dictione constans, ut cernere est apnd Theocritum et Virgilium.

Virg. (10) *Nos patriae fines et dulcia — Nos patriam fugimus, tu Tityre.*

Appendix

Versus, qui heroico nomine digni censentur, modo caesuram unam habent, modo duas vel tres.

Unam, ut Virg. (11) *Panditur interea domus omnipotentis Olympi* Id. (12) *Turnus ut infractos adverso Marte Latinos.* Omnes solam semiquinariam habent.

Duas, ut Virg. (13) *Non omnes arbusta juvant, humilesque myricae.* Id. (14) *Infandum, regina, jubes renovare dolorem.* Id. (15) *Excutiens cervice toros, fixumque latronis.* Omnes trochaica et semiseptenaria constant.

Tres, ut Virg. (16) *Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa* Id. (17) *Terram inter fluctus aperit, furit aestus arenis.* Omnes et semiquinariam et semiseptenariam et bucolicam habent.

CAPUT XIII.

DE PATRONYMICIS NOMINIBUS

Propria poëtarum sunt, quae a grammaticis patronymica vocantur, quod a patrum majorumque nominibus facta filium aut filiam, nepotem aut neptem aut ex posteris aliquem significent. Haec fere a graecis nominibus fiunt atqne in *des,* vel *as,* vel *is,* vel *ne* exeunt.

II. Prima in *des* masculina sunt et primae declinationis, ut *Pelides, Aeacides.*

Pelides, Achilles Pelei filius. Ovid. (18) PELIDES *utinam vitasset Apollinis arcus. Aeacides* Achilles idem Aeaci nepos. Virg. (19) *Saevus ubi* AEACIDAE *telo jacet Hector, ubi ingens. Aeacides* etiam Pyrrhus Epirotarum rex ab Aeaco originem trahens. Virg. (20) *Ipsumque* AEACIDEN *genus armipotentis Achilli.*

(1) Aen. 1, 1. (2) Aen. 1, 9, seq. (3) Aen. 1, 46. (4) Aen. 1, 6. (5) Ecl. 1, 35. (6) Aen. 1, 15. (7) Aen. 1, 17. (8) Aen. 1, 7. (9) Aen. 1, 50. (10) Ecl. 1, 3, seq. (11) Aen. 10, 1. (12) Aen. 12, 1. (13) Ecl. 4, 2. (14) Aen. 2, 3. (15) Aen. 12, 7. (16) Aen. 1, 750. (17) Aen. 1, 107. (18) Heroid. 8, 38. (19) Aen. 1, 99. (20) Aen. 6, 840.

Tria reliqua sunt foeminina et quidem in *as* et *is* quintae declinationis apud Graecos, tertiae apud Latinos sunt; ultima vero in *ne* secundae apud Graecos, primae apud Latinos; ut ***Thestias***, ***Thaumantias***, ***Aeolis***, ***Atlantis***, ***Nerine***.

Thestias adis, Althaea Thestii filia. Ovid. (1) THESTIAS *et melior matre fuisse soror. Thaumantias*, Iris Thaumantis filia. Virg. (2) *Ad quem sic roseo* THAUMANTIAS *ore locuta est. Aeolis idis*, Alcyone Aeoli filia. Ovid. (3) AEOLIS *interea tantorum ignara malorum. Atlantis idis*, Electra Atlantis filia. Virg. (4) *Electra, ut Graji perhibent*, ATLANTIDE *cretus. Nerine Nerines*, Galatea filia Nerei. Virg. (5) NERINE *Galatea, thymo mihi dulcior Hyblae.*

Appendix I.

Patronymica non solum a patribus, avis, proavis, abavis, atavis, tritavis aliisque majoribus deducuntur, sed etiam a matribus, ut ***Iliades***, Romulus ab Ilia: ***Philyrides***, Chiron centaurus a Philyra: ***Latois idis*** vel ***idos***, Diana a Latona.

Ovid. (6) *Clauserat* ILIADES, *unam tamen ipsa recludit.* Ovid. (7) PHILYRIDES *puerum cithara perfecit Achillem.* Id. (8) *Praeteritae cessasse ferunt* LATOIDOS *aras.*

II. Item a fratribus, ut ***Phoronis***, Io seu Isis Phoronei soror: ***Phaëthontias***, soror Phaëthontis.

Ovid. (9) *Nec superûm rector mala tanta* PHORONIDOS *ultra.* Virg. (10) *Tum* PHAETHONTIADAS *musco circumdat amarae.*

III. A regibus praeterea et conditoribus, ut ***Romulidae*** Romani a Romulo, ***Dardanidae*** Trojani a Dardano, ***Aeneadae*** ab Aenea, ***Cecropidae*** Athenienses a Cecrope, iidem ***Thesidae*** a Theseo.

Pers. (11) ROMULIDAE *saturi, quid dia poëmata narrent.* Virg. (12) DARDANIDAE *magni, genus alto a sanguine divûm.* Id. (13) AENEADASQUE *meo nomen de nomine fingo.* Ovid. (14) CECROPIDAS *duxit, cum queis simul ipse resedit.* Virg. (15) THESIDAE *posuere atque inter pocula laeti.*

Appendix II.

IV. Multa a regionibus, urbibus, montibus, fontibus, fluviis aliisque rebus fiunt, quae formam quidem patronymicam habent, re autem vera gentilia sunt, aut pro possessivis adjectivisque nominibus ponuntur, ut ***Asis***, ***Italis***, ***Libystis***, ***Ausonis***, ***Sarmatis***, ***Sithonis***, ***Colchis***, ***Thessalis***, ***Sicelis***, ***Sidonis***, ***Ilias***, ***Troas***, ***Erymanthis***, ***Moenalis***, ***Pieris***, ***Tritonis***, ***Pegasis***, ***Phasis***, ***Phoebas dos***, fatidica Phoebi sacerdos.

Ovid. (16) *Aegeas metiris aquas et in* ASIDE *terra.* Sil. (17) *Ad quae Cymodoce nympharum maxima natu* - ITALIDUM, etc. Virg. (18) *Horridus, in jaculis et pelle* LIBYSTIDIS *ursae.* Ovid. (19) *Captaque erat lyricis* AUSONIS *ora sonis.* Id. (20) SARMATIS *est tellus, quam mea vota petunt.* Id. (21) *Nec vehit actaeas* SITHONIS *unda rates.* Horat. (22) *Neque impudica* COLCHIS *intulit pedem.* Virg. (23) *Crinibus* ILIADES *passis peplumque ferebant.* Ovid. (24) TROADES *exclamant, obmutuit illa dolore.* Id. (25) *Cumque suo borea* MOENALIS *ursa videt.* Id. (26) PEGASIS *Oenone phrygiis celeberrima silvis.* Id. (27) *Credulus immerita* PHASIDA *juvit ope.* Lucan. (28) *Limine terrifico metuens consistere* PHOEBAS.

Patronymica masculina quo pacto formentur

Praeceptum I.

Nomina *a* finita assumunt *des* syllabam, ut Ilia *Iliades: as* terminata assumunt *de* syllabam ante *s*, ut Aeneas *Aeneades*, Pheraetias *Pheraetiades*.

Ovid. (29) *Cumque* PHERAETIADE *et hyantaeo Iolao.*

(1) Trist. 1, 7, 18. (2) Aen. 9, 5. (3) Met. 11, 573. (4) Aen. 8, 135. (5) Ecl. 7, 37. (6) Met. 14, 781. (7) De Art. Am. 1, 11. (8) Met. 8, 278. (9) Met. 1, 668. (10) Ecl. 6, 62. (11) Sat. 1, 31. (12) Aen. 5, 45. (13) Aen. 3, 18. (14) Met. 7, 671. (15) Georg. 2, 383. (16) Met. 9, 447. (17) B. P. 7, 429. (18) Aen. 5, 37. (19) Fast. 2, 94. (20) Trist. 1, 2, 82. (21) Heroid. 2, 6. (22) Epod. 16, 60. (23) Aen. 1, 480. (24) Met. 13, 538. (25) Trist. 3, 11, 8. (26) Heroid. 5, 3. (27) Fast. 2, 42. (28) Phars. 5, 128. (29) Met. 8, 300.

A finita nonnunquam ipsum *a* mutant in *i*, ut Philyra *Philyrides*. *As* terminata interdum *i* ante *a* assumunt, ut Amyntas *Amyntiades*, Philippus Amyntae filius. *Aeneides*, Iulus Aeneae filius, fit a greco Αἰνείας sublato *a*, ut Aeneades, *Aeneides*.

Ovid. (1) *Aut ut* AMYNTIADEN *turpi dilectus amore*. Virg. (2) *Sit satis* AENEIDE, *telis impune Numanum*.

Praeceptum II.

Es finita mutant *es* in *ades*, ut Hippotes *Hippotades* Aeolus Hippotae filius.

Ovid. (3) *Clauserat* HIPPOTADES *aeterno carcere ventos*.

Exceptio

Haec saepe *i* ante *a* admittunt, ut Anchises, *Anchisiades*: Laërtes, *Laërtiades*.

Virg. (4) *Aeneas* ANCHISIADES *et fidus Achates*. Ovid. (5) *Saxa moves gemitu*, LAERTIADAEQUE *precaris*.

Praeceptum III.

Nomina secundae declinationis *us* finita in genitivo assumunt *des* syllabam penultima brevi, ut Aeacus Aeaci *Aeacides*; sic *Priamides*, *Aeolides*, *Tantalides*, *Tereides* a Priamo, Aeolo, Tantalo, Tereo.

Ovid. (6) PRIAMIDENQUE *Helenum rapta cum Pallade captum*. Virg. (7) *Misenum* AEOLIDEN, *quo non praestantior alter*. Ovid. (8) TANTALIDES *tu sis*, TEREIDESQUE *puer*.

Exceptio I.

Nonnulla penultimam habent longam, ut *Belides*, *Lycurgides*, *Amphiaraides*.

Virg. (9) BELIDAE *nomen Palamedis, et inclita fama*. Ovid. (10) *Quique* LYCURGIDEN *letavit et arbore natum*. Id. (11) AMPHIARAIDES *naupactoo Acheloo*.

Exceptio II.

Quae a nominibus secundae declinationis fiunt, interdum etiam ante *des* syllabam *a* literam recipiunt, ut Battus *Battiades*, Asopus *Asopiades*. Si vero in *ius* exeunt, posterius *i* genitivi in *a* mutant, ut Menoetius Menoetii *Menoetiades*, Thestius *Thestiades*, Nauplius *Naupliades*. *Iapetionides* ab Iapeto pro *Iapetides* longius a norma recessit.

Ovid. (12) *Nunc quo* BATTIADES *inimicum devovet Ibin*. Id. (13) *Huic* ASOPIADES *petis irrita, dixit, et urbi*. Id. (14) *Sive* MENOETIADEN *falsis cecidisse sub armis* Id. (15) THESTIADAE *clamant, nec te fiducia formae*. Id. (16) *Sed neque* NAUPLIADES *facinus defendere tantum* Id. (17) IAPETIONIDES *Atlas fuit, ultima tellus*.

Praeceptum IV.

Genitivus nominum in *eus* assumit *des* syllabam penultima longa. *E* enim et *i* vocales in *i* longum vel *ei* diphthongum contrahuntur, vel *ει* more Graecorum, ut a plerisque scribitur, ut Atreus Atrei *Atrides* sive *Atreides*. Sic *Pelides*, *Alcides*, *Achillides*, *Thesides*, *Tydides*, et sexcenta alia.

Ovid. (18) *Convocat* ATRIDES, *socios terrore paventes*. Virg. (19) *Te precor*, ALCIDE, *coeptis ingentibus adsis*. Ovid. (20) *Pyrrhus* ACHILLIDES *animosus imagine patris*.

(1) Ibid. 297. (2) Aen. 9, 653, vide Pier. in hunc loc. (3) Met. 4, 662. (4) Aen. 8, 521. (5) Met. 11, 48. (6) Met. 13, 99. (7) Aen. 6, 164. (8) Ibid. 436. (9) Aen. 2, 82. (10) Ibid. 505. (11) Fast. 2, 43. (12) Ibid. 55. (13) Met. 7, 484. (14) Heroid. 1, 17. (15) Met. 8, 434. (16) Met. 13, 310. (17) Met. 4, 631. (18) Met. 13, 230. (19) Aen. 10, 461. (20) Heroid. 8, 3.

Haec rarius *a* ante *des* syllabam habent.

Virg. (1) *Panthus* OTHRYADES *arcis Phoebique sacerdos.*

Praeceptum V.

Si nomina sint tertiae declinationis, patronymica fiunt a dativo addita *des* syllaba, ut Agenor Agenoris Agenori *Agenorides*, Cadmus filius Agenoris: *Thestorides*, Calchas filius Thestoris: *Actorides*, Patroclus nepos Actoris: *Aesonides*, Iason filius Aesonis.

Ovid. (2) *Donec* AGENORIDES *conjectum in gutture ferrum.* Id. (3) THESTORIDES, *vincemus, ait: gaudete Pelasgi.* Id. (4) *Reppulit* ACTORIDES *sub imagine tutus Achillis.* Valer. Flacc. (5) *Advolat* AESONIDES *mortemque cadentis acerbat.*

Exceptio.

Nomina *as* finita, quorum genitivus exit in *antis*, *a* literam ante *des* syllabam petunt, ut Abas Abantis Abanti *Abantiades*. Sic *Atlantiades*, *Paeantiades*, *Athamantiades*, *Dryantiades* et alia.

Ovid. (6) *Victor* ABANTIADES *patrios cum conjuge muros.* Id. (7) *Venit* ATLANTIADES *positis caducifer alis.*

II. Eodem fere modo formantur, quae a nominibus in *on* fiunt, ut Telamon Telamonis Telamoni *Telamoniades*, *Amphitryoniades*, *Laomedontiades*, etc.

A Scipione tamen non *Scipioniades*, sed *Scipiades* imminuto verbo nascitur.

Ovid. (8) *Nec* TELAMONIADES *etiam nunc hiscere quidquam.* Virg. (9) AMPHITRYONIADES *armenta abitumque pararet.* Id. (10) LAOMEDONTIADEN *Priamum Salamina petentem.* Id. (11) SCIPIADAS *duros bello et te, maxime Caesar.*

Patronymica foeminina unde formentur

Praeceptum I.

Patronymica foeminina quae in *as* et *is* exeunt, fiunt a masculinis *de* syllaba sublata, ut Thestiades *Thestias Thestiadis*, Aeetiades *Aeetias*, Thaumantiades *Thaumantias*, Phaethontiades *Phaethontias*, Aeolides *Aeolis dis*, Tantalides *Tantalis*, Oebalides *Oebalis*, Latoides *Latois*, Dardanides *Dardanis*, *idis*, Cecropides *Cecropis*, Belides *Belis idis* et alia.

Ovid. (12) *Concipit interea validos* AEETIAS *ignes.* Id. (13) *Talibus* AEOLIDOS *dictis lacrymisque movetur.* Id. (14) *Aut ego Tantalidae* TANTALIS *uxor ero.* Id. (15) *Assidue repetunt, quas perdant* BELIDES *undas.*

At *Pelides* patronymicum masculinum poëtae interiecto *a* per epenthesim dicunt *Peliades*, ex quo foemininum patronymicum *Pelias Peliadis.*

Ovid. (16) *Transeat hectoreum* PELIAS *hasta latus.*

Appendix. I.

Quaedam tum in *as* tum in *is* exeunt, ut *Aeetias* et *Aeetis*, et *Atlantias* et *Atlantis.*

Valer. Flacc. (17) *Protinus utque ingens* AEETIDA *perculit horror.* Ovid. (18) *Sidera quum rapido fallax* AEETIAS *igni.* Virg. (19) *Ante tibi eoae* ATLANTIDES *abscondantur.* Sil. (20) *Virque* ATLANTIADUM *rubefecerat ora sororum.*

(1) Aen. 2, 319. (2) Met. 3, 90. (3) Met. 12, 19. (4) Met. 13, 273. (5) Arg. 6, 657. (6) Met. 5, 236. (7) Met. 8, 627. (8) Met. 13, 231. (9) Aen. 8, 214. (10) Aen. 8, 158. (11) Georg. 2, 170. (12) Met. 7, 9. (13) Met. 11, 444. (14) Heroid. 8, 122. (15) Met. 4, 462. (16) Heroid. 3, 126. (17) Arg. 6, 481. (18) Met. 7, 326. (19) Georg. 1, 221. (20) B. P. 16, 137.

Foeminina, quae a masculinis fiunt penultima longa, in *eis* desinunt soluta diphthongo *e* brevi in longum verso, ut Aeneides *Aeneis idos:* Achilleides *Achilleis idos*, Theseides *Theseis idos* vel *idis*, etc.

Ovid. (1) *Et tamen ille tuae felix* AENEIDOS *auctor.* Juvenal. (2) *Vexatus toties rauci* THESEIDOS *Codri.*

Praeceptum II.

Ne finita a genitivo fiunt addita *ne* syllaba penultima longa, ut Neptunus Neptuni *Neptunine.* Sic *Adrastine*, *Nerine* a genitivo Adrasti, Nerei *e* et *i* mutatis in *i* longum. Quod si primigenium *i* ante *os* habeat, mutabitur *os* in *one* penultima producta, ut Acrisios *Acrisione*, Danae Acrisii filia.

Catull. (3) *Tene Thetis tenuit pulcherrima* NEPTUNINE?

Appendix I.

A muliebri *Acrisione* finxit Ovidius virile *Acrisioniades.*

Ovid. (4) ACRISIONIADES *adigitque in pectus; at ille.* Sic (5) PAEANTIADES, ATHAMANTIADES, et DRYANTIADES.

Appendix II.

Oratores raro patronymicis utuntur. Cic. (6) *Regalis sane et digna* AEACIDARUM *gente sententia.*

CAPUT XIV.

DE METAPLASMO ET FIGURIS QUIBUSDAM POETARUM

Proprium itidem poëtarum est verbis, quibus oratores utuntur, aliquid interdum addere vel detrahere, nonnunquam literas alias aliis permutare, aliquando e proprio loco in alienum transferre. Quod quidem cum in soluta oratione vitium sit et barbarismus nominetur, in carmine tamen non barbarismus, sed metaplasmus appellatur: datur enim venia poëtis, quia plerumque coguntur metro servire. Metaplasmus vero dicitur, quod vetus verborum forma vel necessitate metri vel ornandi poëmatis causa a poëtis in novam figuram faciemque sermonis mutetur.

PROTHESIS ET APHAERESIS

Litera vel syllaba principio dictionis addita vocatur *prothesis*, ut *gnatus* pro natus; *tetulissem* pro tulissem.

Ter. (7) *Eo pacto et* GNATI *vitam et consilium meum.* Id. (8) *Nam pol, si id scissem, nunquam huc* TETULISSEM *pedem.*

II. Litera vel syllaba principio dictionis subtracta *aphaeresis* appellatur, ut *ruo* pro eruo, *temno* pro contemno, *pono* pro depono.

Virg. (9) PONUNTQUE *ferocia Poeni-Corda.* Id. (10) PONE *animos.* Id. (11) RUIT *omnia late.*

EPENTHESIS ET SYNCOPE

Epenthesis est, cum medio dictionis litera aut syllaba interjicitur, ut *relliquiae* pro reliquiae, *Mavors* pro Mars, *navita* pro nauta, *induperator* pro imperator, *cinctutus* pro cinctus.

Virg. (12) *Troas* RELLIQUIAS *Danaûm atque immitis Achilli.* Id. (13) *Fecerat et viridi fetam* MAVORTIS *in antro.* Id. (14) NAVITA *tum stellis numeros et nomina fecit.*

(1) Trist. 2, 533. (2) Sat. 1, 2. (3) Carm. 64, 28. (4) Met. 5, 70. (5) Met. 13, 313. et 919, et in Ibin. 347. (6) De Off. 1, 13. (7) Andr. 1, 1, 22. (8) Andr. 4, 5, 13. (9) Aen. 1, 302. (10) Aen. 11, 366. (11) Aen. 12, 4, 54. (12) Aen. 1, 30. (13) Aen. 8, 630 (14) Georg. 1, 37.

II. *Syncope* literam vel syllabam e medio dictionis subtrahit, ut *gubernaclo* pro gubernaculo, *periclis* pro periculis, *vixet* pro vixisset, *extinxem* pro extinxissem, *divûm* pro divorum. Huc refer etiam *misti, promisti, justi, dixti, drexti, vixet, surpuerat, accestis, evasti, sensti, induxti, percusti, divisse, surrexe* pro *misisti, promisisti, jussisti, dixisti, direxisti, vixisset, surripuerat, accessistis, evasisti, sensisti, induxisti, percussisti, divisisse, surrexisse* et ejusmodi alia. Sic illa extra praeteritum PORGITE, SURPITE idest *porrigite, surripite* et similia, quae vix in carmine usurpanda censuerim.

Virg. (1) *Cumque* GUBERNACLO *liquidas projecit in undas.* Id. (2) *Deseris: heu tantis nequicquam erepte* PERICLIS Id. (3) VIXET, *cui vitam Deus aut sua dextra dedisset.* Id. (4) *Cum genere* EXTINXEM, *memet super ipsa dedissem.*

PARAGOGE ET APOCOPE

Paragoge seu *proparalepsis* dicitur, cum extremae syllabae aliquid adjungitur, uti *deludier* pro deludi, *admittier* pro admitti.

Ter. (5) *Ubi vis facilius passus sim, quam in hac re me* DELUDIER; iambicus est octonarius. Virg. (6) *Euryalus, confestim alacres* ADMITTIER *orant.*

II. *Apocope* fini dictionis aliquid detrahit, ut *tugurî*, pro tugurii, *otî*, pro otii.

Virg. (7) *Pauperis et* TUGURÎ *congestum cespite culmen.* Id (8) *Parthenope, studiis florentem ignobilis* OTÎ. Quidam *tugurii, otii* et similia scribere malunt, ut sit synaeresis, ut diximus cap. XI, de quo late Pierius (9).

TMESIS

Tmesis dividit verbo alio interposito, ut *inque ligatus* pro illigatusque; *qui te cunque* pro quicunque te, *inque salutatus* pro insalutatusque, *hac trojana tenus, septem subjecta trioni* pro hactenus, septemtrioni.

Virg. (10) *Ille pedem referens et inutilis* INQUE LIGATUS. Id. (11) INQUE SALUTATAM *linquo, nox et tua testis.* Id. (12) QUI TE CUNQUE *manent isto certamine casus.*

ANTITHESIS ET METATHESIS

Antithesis est literae commutatio, ut *olli* pro illi.

Virg. (13) OLLI *caeruleus supra caput adstitit imber.*

Metathesis est literarum ordo immutatus, ut *Thymbre* pro Thymber.

Virg. (14) *Nam tibi,* THYMBRE, *caput evandrius abstulit ensis.* Nisi quis putet nominandi casu tum *Thymber* tum *Thymbrus* dici, ut *Evander* et *Evandrus.*

Appendix.

Synaloephe, episynaloephe, diaeresis, ecthlipsis, systole, diastole sunt etiam metaplasmi species, de quibus supra egimus, cap. XI.

CAPUT XV.

DE PROSODIA SIVE ACCENTU

Graeci *tonos* vel *prosodias*, Latini *tenores*, grammatici *accentus*, Cicero (15) *voces* appellat.

II. Accentus rector est ac moderator pronunciationis, eo enim vel attollitur vel dejicitur vox, vel partim attollitur partim dejicitur. Quocirca ipsum non immerito quidam vocis animam appellarunt.

(1) Aen. 5, 859. (2) Aen. 3, 711. (3) Aen. 11, 118. (4) Aen. 4, 606. (5) Andr. 1, 2, 32. (6) Aen. 9, 231. (7) Ecl. 4, 69. (8) Georg. 4, 564. (9) Castigat. in Virg. ecl. 1, 69 et Aen. 1, 247. (10) Aen. 10, 794. (11) Aen. 9, 288. (12) Aen. 12, 61. (13) Aen. 5, 10. (14) Aen. 10, 394. (15) Orat. 17.

Accentus tres

Tres sunt tenores, *acutus, gravis, circumflexus.* Acuto attollitur syllaba, gravi deprimitur, ut *populus;* antepenultima acuitur, penultima vero et ultima deprimuntur gradatimque descendunt. Acuti nota e sinistra in dexteram oblique ascendit: gravis a summo in dexteram oblique descendit.

II. Accentu circumflexo partim attollitur partim deprimitur syllaba, ut *Romanus.* Ejus nota ex acuto et gravi constat. Sonus hodie incertus est, siquidem latinae linguae hospites veterisque pronunciationis ignari eodem plane sono tum acutas tum flexas voces efferimus.

III. Acutus in penultima vel antepenultima locum habet, circumflexus in penultima tantum, gravis ubi uterque abest. Nullum autem verbum est sine acuto accentu aut circumflexo. Verum simul cum usu latini sermonis etiam antiquam pronunciationem amisimus.

IV. Atque olim quidem monosyllaba natura longa aut positione simul et natura inflectebantur, ut *mos, ros, lux.* In dissyllabis et polysyllabis penultima inflectebatur, si esset natura longa aut positione simul et natura, modo esset brevis ultima ut *caecus, aestus, Romanus, palaestra*: alioquin acuebatur, ut *aestas, arma, victores.*

Praeceptum I.
De dissyllabis

In dissyllabis (nam in monosyllabis accentus hodie non agnoscitur) prior acuitur sive longa sit sive brevis, ut *Roma, mores, arma, virum.*

Appendix

II. Nullius verbi latini ultima syllaba, auctore Quintiliano (1) aut acuitur aut circumflectitur. Et Servius inquit (2): *Notandum,* Bucolica vel Georgica, *cum apud Graecos in fine habeant accentum, apud nos in tertia finem habere. Nam ut in ultima sit, latinitas vetat; ut in penultima non sit, brevitatis efficit ratio.* Quare *palam, una, alias, porro. sane, certe* et cetera id genus adverbia prima acuta sunt pronuncianda. Nam si suscipimus, quod nonnulli grammatici tradunt, discriminis causa horum verborum postremam syllabam esse acuendam, serpet res latius, quam volumus. Idem erit faciendum in *vero, sero, crebro, modo, adeo* et aliis innumerabilibus, quae nomina et adverbia vel nomina et verba esse possunt. Neque te moveat, quod ultima saepe a typographis gravi accentu notetur: id enim tantum fit, ut adverbia esse intelligas.

III. Si tamen quempiam adverbia *pone, una* et similia ultima acuta pronuntiantem audiveris, ne continuo damnes inscitiae. Quintilianus (3) *Scio,* inquit, *quosdam eruditos, nonnullos etiam grammaticos sic docere ac loqui, ut propter quaedam vocum discrimina verbum interim acuto sono finiant, ut in illis: Quae* circum *litora,* circum *etc. ne si gravem posuerint secundam,* circus *dici videatur, non* circuitus.

IV. Nec illa quidem acuam postrema syllaba, *illic, istic, illuc, donec, adhuc, reduc* et horum similia: neque illa *exin, dein, proin,* etiamsi quidam grammatici, quod sint abscissa, acui velint. Multo minus dicam *quicum, mecum, nobiscum* postrema acuta, negante Quintiliano ultimam syllabam acui in verbo latino, ut paulo ante docuimus.

V. Conjunctiones, quae encliticae seu inclinativae dicuntur, *que, ve, ne* a multis ita pronunciantur, ut accentum in praecedentis vocis postremam syllabam rejiciant et inclinent more Graecorum hoc modo: *terrasque, tractusque, armaque, hominesne, feraeve.* Verum hoc translatitium a Graecis est. Elegantior aliis illa ratio videtur et Latinorum propria, ut hae conjunctiones nihil accentum immutent *terrasque, tractusque,* etc. nimirum, ut tanquam duae dictiones pronuncientur, quarum unum quaeque accentum habeat. Nam quod versus non tam jucunde sonat, si ita pronuncies, nihil ad rem esse ajunt: quippe ne Homeri quidem versus admodum jucundum habent sonum. Utraque ratio probabilis est, neutra reprehendenda; prior tamen illa jam videtur usitatior ac certe in soluta etiam oratione numerosior.

(1) Inst. 1, 5, et 22, 10. (2) In Virg. ecl. 1, 1. (3) Inst. 1, 5.

Praeceptum II.
De polysyllabis

In polysyllabis penultima, si longa est, acuitur, ut *mortalis*, *sollicitudo*: quod si penultima brevis est, acuitur antepenultima, ut *gemitus*, *sollicitus*.

Appendix

II. *Evenit, ut metri conditio, sit* Quintilianus (1), *mutet accentum, ut* pecudes pictaeque volucres; nam volucres *media acuta legam: quia, etsi brevis natura tamen positione longa est, ne faciat iambum, quem non recipit versus herous.*

III. Non desunt, qui vocandi casu dici velint penultima acuta *Valeri*, *Virgili*, *Mercuri*, *Ovidi*, *Ambrosi*, et alia hujusmodi, quae habent penultimam brevem. Sane hunc morem sua aetate viguisse docet Gellius (2) et hodie viri docti non pauci retinent. Alii malunt antepenultimam acuere, ut praecipit communis illa regula de polysyllabis, quam pronunciationem A. Gellio antiquiorem fuisse ipsemet declarat eodem loco, cum ita pronunciandum Nigidium praecepisse commemoret.

IV. Fuerunt olim, qui in compositis acui antepenultimam vellent, etiamsi penultima longa esset. Itaque pronunciari jubebant antepenultima acuta *aliquando*, *siquando*, *deinde*, *exinde*, *dumtaxat*, *deorsum*, *exadversum*, *enimvero*, *quapropter*, *quinimmo*, *nimirum*, *quamobrem* et alia eodem modo. In hac sententia fuit Servius (3), Annianus et Probus (4); nostra quoque aetate nonnulli viri docti. Quocirca propter tantorum virorum auctoritatem non videtur haec pronunciatio explodenda, cum praesertim in graecis quoque verbis compositis idem factitari videamus. Alii, quod haec ratio a grammaticis illis ex Graecorum similitudine inducta sit potius quam veterum Latinorum usu comprobata, malunt communem illam polysyllaborum regulam sequi, et *aliquando*, *deinde*, *enimvero* et reliqua dicere penultima acuta; praesertim cum Gellius ipse illum pronunciandi morem ibi improbare videatur. Haec sententia, quam usus doctorum fere omnium confirmavit, probabilior videtur.

V. Sunt etiam, qui pronunciari jubeant *calefac*, *frigefac*, *introduc*, *arpinas* ultima acuta, ut habeatur ratio abscissionis, quod olim calefacе, frigeface, introduce, arpinatis diceretur. Verum id gratis videtur dici, cum id neque probabili ratione neque veterum, quod sciam, auctoritate nitatur: quin potius repugnet Quintilianus qui, ut saepe jam diximus, negat in latinis verbis ultimam syllabam acui. Fuit omnino plane simplex apud veteres latinos et, ut Quintiliani (5) verbis utar, *brevissima ratio* gravium acutarumque vocum: ineptiae grammaticorum eam et longam et multiplicem et variam et obscuram reddiderunt.

Praeceptum III.
De graecis vocibus

Verba plane graeca graeco accentu pronunciantur, ut παραλειπομένων paralipomenon penultima acuta, λιθόστρωτος lithostrotos acuta antepenultima, κύριε kyrie eadem acuta, ἐλέησον eleison verbum est quatuor syllabarum, cujus non ultima sed antepenultima acuitur.

II. Sin latine inflectantur, ad latinorum normam dirigenda sunt. Itaque *Penelope*, *Rhodope*, *Hecate*, *Antiope*, *Calliope*, *rhetorice*, *grammatice* et alia ejusmodi antepenultimam acuunt, quia penultima brevis est; *Caesarea*, *Laodicea*, *Thessalonica*, *idolum* et alia hujusmodi acuunt penultimam, quia longa est.

Appendix

Atreus, *Theseus*, *Orpheus*, *Tereus*, *Phalereus* et alia hujusmodi, si solvant diphthongum, acuunt antepenultimam, itemque in ceteris casibus latinis *Terei*, *Ulyssei*, *Orpheo*, *Phalereo*, *Atreum*, *Theseum*, etc. Virgilius (6) diphthongum solvit: *Tantum* non ORPHEUS *Hebrum*; nisi versus spondaicus sit. Accusativus graecus *Atrea*, *Terea* et alii ejusmodi videntur nonnullis accentum quoque graecorum retinere posse penultima acuta, quia graece Ἀτρέα Τηρέα. Qua ratione *Orpheos* etiam gignendi casu acuenda esset penultima in qua est graecus accentus. Verum quantitatis potius Latinis habenda ratio. Quod si interdum horum nominum producatur a Latinis penultima, vel id erit, si substantiva

(1) Inst. 1, 5. (2) N. A. 13, 24. (3) In Virg. Aen. 6, 743. (4) Ap. Gell. N. A. 7, 7. (5) Inst. 1, 5. (6) Culic. 116, et 268.

sint, ab Jonum dialecto, qui per ηος ea flectunt. Virg. (1) ILIONEA *petit.* Id. (2) IDOMENEA *ducem.* Vel si adjectiva sunt, fiunt a diphthongo ει. Ovid. (3) *O mihi* THESEA *pectora juncta fide.* Martial. (4) *Quidquid in* ORPHEO *Rhodope spectasse theatro.*

II. In *philosophia, theologia, prosodia, symphonia, euphonia, categoria, homilia, etymologia, Maria, Lucia, Archias, Matthias, Ananias* et ejusmodi aliis, *idea* quoque, *Andreas* et similibus, quae penultimam apud Graecos acuunt, eandem in soluta oratione, neque enim de versu nunc agimus, acuunt Latini, quamvis brevis sit. Contra in vocibus *comoedia, tragoedia, Urania, ecclesia, Graecia, Lysias* et similibus, quamvis parem et quantitatem et accentum sortitae sint apud Graecos, antepenultima tamen acuta potius latine efferri placuit : tantum usus potest et consuetudo.

III. In *Alexandria, Nicomedia, Antiochia, Seleucia, latria, idololatria, litania* et similibus doctis viris placet juxta quantitatem acui latine penultimam, magis quam graeco accentu antepenultimam. Alioqui, si accentum graecum sequi velimus, sicut nominandi et accusandi casu acuitur graeco more antepenultima, ita gignendi et dandi casu acuenda esset penultima; quae variatio latinis auribus inaudita est. Et vero *Nicomedia* et ejusmodi nomina sunt quasi adjectiva possessiva, subintelligitur enim πόλις, ut sit νικομήδεια πόλις, urbs nicomediensis seu a Nicomede condita: quae nomina et per i productum apud poëtas invenies. Stat. (5) *Huic parere dati, quos fertilis* AMPHIONIA. Propert. (6) *Noxia* ALEXANDRIA *dolis aptissima tellus.* Et per e longum, sicut *Caesarea, Laodiceo, Cytherea, Medea,* quae etiam per ει scribuntur. Horat. (7) *Portus* ALEXANDREA *supplex :* ubi *andre* spondaeus est.

IV. Sic *Protagoras, Pythagoras, Anaxagoras, Hermagoras, Athenagoras,* etsi graeco more penultimam acuant, Latini tamen, quia brevis est, acuere malunt antepenultimam. Ceterum in his omnibus consuetudini regionum serviendum est. Quintil. (8) *Consuetudinem sermonis vocabo consensum eruditorum, sicut vivendi consensum bonorum.*

Praeceptum IV.

De hebraeis vocibus

Quae hebraea omnino sunt neque latinitate donata, hebraeo tono pronunciari licet, ut *amen, Jerusalem, Israel, Jacob, cherubim, seraphim* ultima acuta, ut pleraque hebraea pronunciantur. In his tamen ipsis regionum videtur consuetudo servanda. Verum si latine flectantur, latine pronuncianda sunt, ut *Sara, Moses, Elias, Eliseus,* etc. quae per casus flectuntur; nam apud Hebraeos indeclinabilia sunt.

Appendix

Abel, Cain, Lamech, Noe, Abigail, Baal, Edom, Ephrata, Ephraim, Gomor, *Isboseth, Phase, Sibboleth,* et quae in *hezer, sedec, melech, oi,* exeunt, ut *Elihezer, Melchisedech, Abimelech, Sarai, Sinai, Abisai* et alia quaedam penultima acuta pronunciantur apud Hebraeos: quocirca is accentus servari potest a Latinis, cum indeclinate usurpantur. Nam si declinari possunt *Abigail Abigailis, Ephrata Ephratae, Melchisedech Melchisedecis* satius videtur accentu latino pronunciare acutâ antepenultima in nominativo. Quin etiam tum haec tum cetera, quamvis non declinata, complures viri docti latino accentu efferre non dubitant.

II. Si qua erit vel in hebraeis vocibus vel in graecis, cujus verus accentus propter insolentiam, vulgi aures graviter offendat; in vulgi conventu satius videtur (id quod fecisse se Cicero (9) dicit,) scientiam sibi reservare, usum populo concedere. Quocirca *Melchisedech* et *antiphona* antepenultima acuta dicam potius quam penultima, ut hebraea vel graeca pronunciatio postulat. Quanquam de voce *antiphona* sunt, qui sentiant jure acui antepenultimam graeco more; neque esse a recto singulari foeminino ἡ ἀντιφώνη sed potius a neutro plurali τὰ ἀντίφωνα, quasi dicas *contra sonantia* seu *contrariae voci respondentia;* nam et in graecis officiis ἀντίφωνον est, non ἀντιφώνη. At *Barabbas* penultima acuta potius latino more, quam Barabbas ultima inflexa, ut graeci scribunt Evangelistae Βαραββᾶς et syriaci accentus ratio postulat. JESUS quoque penultima acuta latino more potius, quam ultima inflexa more Graecorum. Cui videlicet salutis nostrae parenti hosce qualescunque labores offerimus ac dicamus.

(1) Aen. 1, 611. (2) Aen. 3, 122. (3) Trist. 1, 3, 66. (4) Spectacl. 21. (5) Theb. 4, 178. (6) El. 3, 11, 33; sed meliores edit. *Alexandreo.* (7) Od. 4, 14. 35. (8) Inst. 5, 6. (9) Orat. 48.

CAPUT XVI.

CALENDAE NONAE IDUS

ADMONITIO

Ad latinorum scriptorum calendas, nonas et idus intelligendas hos versus edisce, quibus, quot dies quivis mensis habeat, explicatur.

Junius Aprilis Septemque Novemque triecnos,
Adde unum reliquis. Viginti Februus octo:
Quod si bissextus fuerit, superadditur unus:
Et tunc bis sexto Martis die rite calendas.

Rursum hos, qui quot *nonae*, idus, calendae quovis mense sint, docent.

Principio mensis dices cujusque calendis,
Majus sex nonas, October, Julius et Mars:
Quattuor at reliqui. Dabit idus quilibet octo,
Post quas, quot luces, totidem numerato calendas,
Hisque diem primum mensis superadde sequentis.

Primo igitur cujusvis mensis die *calendis* dicimus. Mox in mensibus sex nonarum martio, majo, julio, octobri secundo die mensis dicimus *sexto nonas*, idest sexto die ante nonas; est enim concisa locutio; deinde *quinto, quarto, tertio, pridie nonas, nonis*. In mensibus reliquis quatuor nonarum die secundo mensis dicimus *quarto nonas* mox *tertio, pridie nonas, nonis*.

II. Post nonas in mensibus sex nonarum die octavo, in reliquis mensibus die sexto dices *octavo idus*, idest octavo die ante idus; mox *septimo, sexto, quinto, quarto, tertio, pridie idus, idibus*. Qui dies in supradictis quatuor mensibus quintusdecimus dies mensis est, in reliquis tertiusdecimus.

III. Post idus, quia menses alii aliis longiores sunt, in quatuor illis mensibus sex nonarum die sextodecimo dices *decimo septimo calendas*, sequentem mensem nominando: totidem enim dies sunt usque ad calendas insequentis mensis, calendis ipsis inter hos computatis. Dehinc *decimo sexto*, etc. retrorsum numerando usque ad *pridie calendas*, qui semper est ultimus mensis dies. In mensibus vero januario, augusto, decembri die quartadecima dices *decimo nono calendas*, sequentem mensem pronunciando; mox *decimo octavo, decimo septimo*, etc. retrorsum numerando. In mensibus aprili, junio, septembri, novembri die quartadecima dices *decimo octavo calendas*, sequentem mensem appellando. Deinceps *decimo septimo, decimo sexto*, etc. retrorsum numerando.

IV. Denique mense februario sive communis sit annus, sive intercalaris, semper die quartadecima dices *sextodecimo calendas martii* vel *martias*, mox *decimoquinto, decimoquarto*, etc. Sed in anno communi semel tantum, nempe vicesima quarta die, dices *sexto calendas martii*. Si vero annus sit intercalaris, qui quarto quoque anno recurrit, bis dicimus *sexto calendas martii* seu *martias*, nempe vicesimoquarto et vicesimoquinto februarii, duobus diebus in unum computatis; ex quo etiam intercalaris ille annus bissexti nomen obtinuit.

Appendix

Non dicimus autem *secundo nonas, idus, calendas* sed *pridie*, idest priore die ante; est enim pridie *priore die*. Vide Gellium (1). Dicimus quoque *quinto, quarto, tertio, pridie* etc. *calendas, nonas, idus januarii* seu *januarias, februarii* seu *februarias*, etc. et *nonis, idibus, calendis aprilis* vel *aprilibus, septembris* vel *septembribus*: sic in reliquis.

II. Neque solum dicimus *decimo* vel *nono calendas*, sed etiam *ad decimum* etc. sic de nonis et idibus eadem prorsus significatione. Cic. (2) *Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant, nimirum* AD CALENDAS JUNIAS. Non enim semper significat *circiter*, nec cre-

(1) N. A. 10, 24. (2) Pro Rosc. Amer. 44.

dibile est, Ciceronem certum ignorasse diem, quo proscriptiones et venditiones fiebant. Ceterum in aliis locis pro *ad diem* optimae quaeque editiones, interpretes et critici fere omnes legunt *ante diem.*

III. Praeterea *ante diem IV*, vel *III*, etc. *nonas* seu *idus* seu *calendas* idem est, ac quarto, seu tertio, etc. die ante nonas seu quarto nonas, etc. Cic. (1) *Nos autem initium prensandi facere cogitaramus . . .* ANTE DIEM XVI. CALENDAS *sextilis.* Gell. (2) ANTE DIEM III. NONAS JANUARIAS *M. Cicero natus est.*

IV. Dicimus etiam *ex ante diem X*, vel *IX*, etc, *calendas martias*, idest ex die, qui est ante diem X, vel IX cal. martii. Varr. (3) *Quae* (tempora) *redacta ad dies civiles nostros, qui nunc sunt: primi verni temporis* EX A. D. VII. IDUS *februarii, aestivi* EX A. D. VII. IDUS *maji; autumnales* EX A. D. III. ID. *sextilis; hiberni* EX A. D. IV. IDUS *novembris.* Liv. (4) *Supplicatio pro concione populi indicta est* EX ANTE DIEM V. IDUS OCTOBRES *cum eo die in quinque dies.* Sed consilium non est omnes in hoc genere loquendi formulas persequi.

SCHOLION

Menses porro julius, augustus, quibus C. Julius dictator et Augustus imperator dedere oomen, aetate Ciceronis et supra *Quintilis* et *Sextilis* appellabantur. Cic. (5) *Datum XIV. cal.* QUINTILIS *Thessalonicae.* Cic. (6) *Datum XVI cal.* SEXTILIS *Thessalonicae.*

Porro *calendae* dicta sunt a verbo graeco χαλεῖν, quod est vocare; quia prima cujusque mensis die hi, quibus curae sacra eraot, populum ad fastos nefastosque dies cognoscendos advocabant. Quare et KALENOAS graeca litera scribere maluot. *Nonae* vero dictae, quod a oonis, quae io quintum septimumve iocidunt mensis diem, usque ad idus oovem numerantur dies. Deoique *idus iduum* foeminino genere dictae suot ab antiquo verbo *iduare*, quod est dividere, propterea quod mensem io duas partes propemodum aequales dividuot.

(1) Att. 1, 1. (2) N. A. 15, 28. (3) R. R. 1, 28. (4) Hist. 45, 2. (5) Att. 3, 10. (6) Att. 3, 12.

TABELLA

CALENDARUM, NONARUM, IDUUM



Dies	Januar. August. Decemb.	Martius, Maj. Jul. Octob.	Apr. Jun. Septemb. Novemb.	Februar. intercalaris	Februar. communis
1	calendis	calendis	calendis	calendis	calendis
2	4 non.	6 non.	4 non.	4 non.	4 non.
3	3 non.	5 non.	3 non.	3 non.	3 non.
4	pr. non.	4 non.	pr. non.	pr. non.	pr. non.
5	nonis	3 non.	nonis	nonis	nonis
6	8 idus	pr. non.	8 idus	8 idus	8 idus
7	7 idus	nonis	7 idus	7 idus	7 idus
8	6 idus	8 idus	6 idus	6 idus	6 idus
9	5 idus	7 idus	5 idus	5 idus	5 idus
10	4 idus	6 idus	4 idus	4 idus	4 idus
11	3 idus	5 idus	3 idus	3 idus	3 idus
12	pr. idus	4 idus	pr. idus	pr. idus	pr. idus
13	idibus	3 idus	idibus	idibns	idibus
14	19 cal.	pr. idus	18 cal.	16 cal.	16 cal.
15	18 cal.	idibus	17 cal.	15 cal.	15 cal.
16	17 cal.	17 cal.	16 cal.	14 cal.	14 cal.
17	16 cal.	16 cal.	15 cal.	13 cal.	13 cal.
18	15 cal.	15 cal.	14 cal.	12 cal.	12 cal.
19	14 cal.	14 cal.	13 cal.	11 cal.	11 cal.
20	13 cal.	13 cal.	12 cal.	10 cal.	10 cal.
21	12 cal.	12 cal.	11 cal.	9 cal.	9 cal.
22	11 cal.	11 cal.	10 cal.	8 cal.	8 cal.
23	10 cal.	10 cal.	9 cal.	7 cal.	7 cal.
24	9 cal.	9 cal.	8 cal.	6 cal.	6 cal.
25	8 cal.	8 cal.	7 cal.	6 cal.	5 cal.
26	7 cal.	7 cal.	6 cal.	5 cal.	4 cal.
27	6 cal.	6 cal.	5 cal.	4 cal.	3 cal.
28	5 cal.	5 cal.	4 cal.	3 cal.	pr. cal.
29	4 cal.	4 cal.	3 cal.	pr. cal.	
30	3 cal.	3 cal.	pr. cal.		
31	pr. cal.	pr. cal.			

CAPUT XVII.

DE NEXU CONSONANTIUM ET RECTA SYLLABARUM DIVISIONE

Ad rectam scribendi rationem, qnae dicitur orthographia, conducit plurimum nosse, quae consonantes inter se nectantur; aut si inter duas vocales sint, num ad seqnentem, an ad praecedentem spectent. De qua re vide Cassiodorum (1), Terentianum (2) et Quintilianum (3).

Praeceptum I.

Consonans eadem nunquam ab initio aut in fine dictionis geminatur. Si geminetur in medio, sive simplex sive composita sit vox, altera ad praecedentem, altera ad seqnentem spectat vocalem. Sic igitur has voces divide: *an-nus, intel-ligo, mit-to, neces-sitas* et sexcenta ejusmodi. Cassiodor. (4).

Praeceptum II.

In voce composita consonantes, sive una sive plures sint, praepositionis componentis vocali praecedenti adscribito, ut *ab-eo, ex-oro, ob-ruo, dis-puto, trans-eo, trans-fero;* quia ex praepositionibns *ab, ex, ob, dis, trans* constant: sic fere in aliis compositis. Idcirco Quintilianus (5) in voce *haruspex*, quia pars ejus posterior a spectando est, *s* literam tertiae deberi syllabae censet hoc pacto; *haru-spex;* in *abstemius* vero, quia ex abstinentia et temeto composita vox est, deberi primae syllabae sic: *abs-temius.*

Praeceptum III.

In voce simplici consonans unica inter dnas vocales posita sequenti adnectitur, ut *fi-lius, e-xemplum, u-ti-li-tas.* Sic Cassiodorus. (6) In voce autem composita ad praecedentem vocalem spectat, ut paulo ante diximus. Idcirco scribe *ab-undo*, *ad-oro*, *per-uro* et in graecis vocibus *syn-agoga, syn-odus, ex-odus* et similibns.

Praeceptum IV.

Apud peritos graecae latinaeqne linguae receptum est, cum duae pluresve in media dictione consonantes junguntur, sequenti vocali adscribendas esse, si eaedem ipsae in graecae alicujus ant latinae vocis initio junctae vel semel reperiantur; alioqni dissociandas. Hoc praeceptum in plura dispertiendum est.

Praeceptum V.

Litera *s* nunquam mediae dictionis syllabam claudit, nisi vel geminetur vel vox sit composita; alioquin ipsa una cum sequente consonante posteriori vocali adhaeret. Sic igitur sequentes syllabas divide; *a-sbestus, a-sbothus, a-scia, e-sca, di-sco, o-scito, hetru-scus, a-sphaltites, I-smarus, I-smenias, a-sper, a-spis, he-sperus, hi-spidus, hi-spanus, ho-spes, a-strum, ve-stis, i-ste o-stendo, no-ster, u-stus, i-sthmus,* quia vel apud Graecos vel apud Latinos a literis *sb, sc, sph, sm, sp, st, sth* voces aliquae initium sumnnt; ut σβέννυμι extinguo, *scamnum, scio, sphaera, sphinx, smaragdus, spatium, spero, stadium, strideo, struo, studium,* σθένος potentia. Adscribere libet hoc loco elegantes hac de re Terentiani (7) trochaicos.

(1) De Orthogr. p. 2316, Putsch. (2) De syllab. p. 2389, Putsch. (3) Inst. 1, 7. (4) De Orthogr. loc. cit. (5) Inst. loc. cit. (6) De Orthogr. ibid. (7) De syllab. p. 2403, Putsch.

Nestoris si forte nomen dividendum incurrerit,
N et e versus prioris obtinebunt extimum:
Sigma versus insequentis atque tau exordium.

Cassiodorus inquit, (1) Potestas *novissima syllaba* stas *erit;* noster ster. *At ubi tres sunt*, plaustrum strum, lustrant strant, *etc.* Ubi vides literam *s* tam cum sola muta, quam cum muta et liquida esse conjungendam.

Praeceptum VI.

Duplices *x*, *z* et liquidae quatuor *l*, *m*, *n*, *r*, cum vel ipsae geminantur, vel cum consonantem aliam media dictione praecedunt, distrahendae sunt et antecedentes ad antecedentem, sequentes ad sequentem vocalem trahendae, ut *sextus, al-ma, Man-lius, Tur-nus, al-tus, am-bigo, san-ctus, ar-ctus;* quia nunquam consonantem ullam initio dictionis antecedunt nisi *m*, quae interdum ante *n* est, ut *mna, Mnestheus, mnasylus.* Has igitur jungito, ut *o-mnis, so-mnus, Agame-mnon, Clyte-mnestra* ac similes. Certe Charisius (2) in voce *a-mnis* literas *mn* non ad praecedentem *a*, sed ad sequentem syllabam pertinere docet. Festus tamen vocem hanc dividit *am-nis*, cum sit composita ex praepositione *am* et *nare* idest fluere.

Praeceptum VII.

Mutae nec unquam ipsae geminatae neque cum aliis mutis aut semivocalibus initio dictionis conjunguntur nisi cum his; *bd, bl, br, cl, cm, cn, cr, ct, dm, dn, dr, fl, fr, phth, gl, gn, gr, pl, pn, pr, ps, pt, tl, tm, tr,* ut videre est in his aliisque vocibus; *bdellium, blandus, brachium, brevis, clarus,* κμητός, idest elaboratus, *Cnaeus,* κνάω, idest scalpo, *creo, Creon, creare, Ctesiphon, Ctesippus,* δμάω, δμητός, domo, domitus, δνοφερός tenebrosus, *draco, Drepanum, dromo, flagito, frater, frango,* φθίω corrumpo, *gloria, glans, gnarus, gratia, placeo, plaudo,* πνέω πνεῦμα spiro, spiritus *pratum, psallo, ptisana, pterygium, Tlepolemus, Tmolus, tmesis, trabs, traho.*

Si igitur in media voce hac quoque cohaereant, sejungendae non sunt. Quare scribes *a-bdomen, A-bdera, he-bdomas, hy-bla, e-brius, so-brius, a-clides, A-cmon, Pyra-cmon, Al-cmena, o-cnus, cy-cnus, a-cris, o-crea, di-ctum, do-ctor, mul-cta, tra-cto, profe-cto, Ca-dmus, A-dmetus, Aria-dne, A-dria, A-drastus, cathe-dra, Pa-phlagonia, Da-phne, a-phractus, A-frica, A-phthonius, A-glaia, Ae-gle, a-gnus, i-gnis, a-grestis, A-grippa, hexa-pla, du-plum, thera-pnaeus, a-pricus, a-psis, Hy-psipyle, sum-psi, a-ptus, ade-ptus, praece-ptum, prom-ptus, scri-ptum, volu-ptas sce-ptrum, A-tlas, a-trium, a-tramentum,* et alias ejus generis. Cassiodorus (3) ait, capto *novissima syllaba* pto *erit.* Cavendum autem, ne nos fallant voces compositae; non enim scribes *a-bdo, a-bluo, a-brumpo*, aliasque id genus voces compositas.

Praeceptum VIII.

Quacunque tandem alia ratione vel mutae vel semivocales in medio coëant, ad diversas vocales revocandae sunt; quanquam in aliquibus viri docti dissentiunt. Scribendum enim censent *a-bsinthium, a-gmen, sti-gma,*

(1) De Orthogr. p. 2216. Putsch. (2) Lib. 1. p. 1. Putsch. (3) De Orthogr. p. 2316. Putsch.

ple-gma, et similia graeca verbalia *o-gdolapi, ma-gdalena;* cum tamen juxta praecepta tradita sejungendae essent literae et scribendum *ab-sinthium*, etc. quia *bs, gm, gd*, nullius graecae aut latinae vocis initiales sunt. Quibus si quis assentiatur, tueri fortasse hac ratione se poterit, quod ἀψινθίον graece una litera duplici ψ scribitur: quae interdum apud latinos in *bs* migrat, ut λίψ, χάλυψ, libs, chalybs; hinc fieri ut *bs* literae et *ps*, quae multas voces inchoant, ad sequentem vocalem trahantur. Jam vero *g* media *c* tenui, sicut *d* mediā *t* tenui affinitate junguntur. Nil mirum igitur, si ut sono, sic scriptura *gm, gd* perinde nectantur, ac si essent *cm, ct*, et alioqui voces *agmen, tegmen, fragmen* a litera *c* oriuntur: ut enim *tegmen, fragmen* sunt a *tectum, fractum:* sic *agmen* ab *actum*, hoc est ab agendo sive impellendo. Sed haec subtilius persequendi non est hic locus.

CAPUT XVIII.

DE INTERPUNCTIONE

Quemadmodum interspiratione orationem loquendo distinguimus, ita interpunctione sive interductu significamus nodos quosdam, quibus eadem oratio scribendo distinguatur. Quare, ut interpunctionis discrimina cognoscantur, orationis veluti partes cognoscendae sunt.

II. Circuitus sive ambitus, graece periodus, est apte conclusa verborum comprehensio, quae duabus praecipue partibus constat: quarum altera graece prothesis latine propositio: altera apodosis quasi redditio dicitur.

III. Utraque pars tum propositio tum redditio constare potest pluribus membris et incisis: atque illa quidem graece κῶλα, haec vero κόμματα nominantur.

IV. Inter membrum autem et incisum illud interest, quod membrum longiusculum est et aliquid affirmat vel negat; incisum est breve et saepe nihil affirmat aut negat.

V. Interductus igitur vel interpunctio inter prothesin seu propositionem et apodosin sive redditionem, erit punctum semicirculo seu inversae lineae impositum, sic (;) quae tamen interpunctio semper videtur adhibenda, cum ita membrum a consequenti pendet, ut nullo modo possit sine illo consistere; id quod ipsa etiam voce suspendendum significamus.

VI. Inter membra, praesertim si paulo majora sint, bina puncta collocantur sic (:) incisa et minora quaedam membra fere inversa lineola distinguuntur, quam virgulam alii, alii comma vocant, sic (,); quin etiam minima incisa et quae pronunciando nulla solent interspiratione distingui, ea ne scribendo quidem ulla interpunctione disjungemus. Inter periodos denique sive comprehensiones ipsas punctum collocamus sic (.).

VII. Quae comprehensiones novam periocham inchoaverint, eae primam literam habebunt majusculam. At si erunt in eadem sententia, in qua superiores comprehensiones, nullum erit literarum discrimen, nominibus propriis tamen exceptis, quae majuscula semper inchoantur.

VIII. Est autem periocha certae cujuspiam rei vel negotii perfecta complexio, quae per se consistere atque a ceteris disjungi potest.

IX. Quod si periocha argnmentum valde dissimile complectatur, aliquo etiam relicto spatio a superioribns secerni solet.

X. Exempla horum passim suppeditantur a M. Tullio: nos nno contenti simus. (1): *Ego si foris coenitarem, Cn. Octavio familiari tuo non defuissem. Cui tamen dixi, cum me aliquoties invitaret: Oro te, quis tu es? Sed mehercules, extra jocum, homo bellus est: vellem eum tecum abduxisses. Quid agatis et ecquid in Italiam venturi sitis hac hieme, fac plane sciam.*

XI. Interdum oratio tota ita membratim caesimqne contexitur, nt saepe inter ipsa membra vel incisa pnnctum collocetur. Cic. (2) *Nunc te nihil impedit: omnia depone: corpori servi.*

XII. Interrogandi nota constat linea inflexa puncto supposito (?) Cic. (3) *Quid simile?*

XIII. In dolore et admiratione alii pntant lineam rectam esse oportere, ut *o miserum!* et *quam magna est domus Domini!* Alii pnnctum satis esse opinantur, nt *o tempora, o mores.*

XIV. Parenthesis, de qua dictum est lib. II, §. 184, cnm de speciebus hyperbati ageremns, qnae latine fortasse dici potest interpositio, sententiam omnino diversam in mediam conjicit comprehensionem, ac duobus majusculis semicirculis se mutuo aspicientibus indicatur. Cic. (4) *Quae vis insit in his paucis verbis (plura enim committenda epistolae non erant) si attendes, quod facis, profecto etiam sine meis literis intelliges et aliquid habere, quod speres*, etc.

XV. At si non omnino sit diversa sententia; satis videtnr illam minoribus semicirculis sive lineolis inversis distingnere, idemque servandum, si geminae tantum ternaeve interserantnr voces: qnales illae sunt, *ut opinor, nisi fallor* et similes.

XVI. Apostropho raro latini scriptores utuntnr. Est autem apostrophus semicircnlus aversus supra literam positus, quo significamns vel vocalem rejectam esse, ut *adeon', men', tun'*, pro adeone, mene, tnne; vel *s*, ut *sati', magi', virtu'*, pro satis, magis, virtus; qnod apnd veteres poëtas freqnens erat; vel vocalem simnl et *s* literam desiderari, ut *audin', viden', opust'* pro audisne? videsne? opns est: quae apnd Terentium et Plantum crebra snnt.

XVII. Neque tamen sumus nescii, alios aliam interpnngendi rationem sequi. Nos hanc optimam ducimus, neqne tamen alias reprehendimns.

VETERES NUMERORUM NOTAE

I	Unus.
V	Quinqne.
X	Decem.
L	Qninqnaginta.
C	Centum.
D et IↃ	Qningenta.
M et CIↃ	Mille.
IↃↃ	Quinqne millia.
CCIↃↃ	Decem millla.
IↃↃↃ	Quinqnaginta millia.
CCCIↃↃↃ	Centum millia.

(1) Fam. 7, 16. (2) Fam. 16, 4. (3) Fam. 9, 15. (4) Fam. 6, 2.

INDEX EDITIONUM

QUAS IN AUCTORUM EXEMPLIS RECOGNOSCENDIS SEQUUTI SUMUS



Arnobius cum variorum notis. Lugduni Batav. 1751.
Apulejus in usum Delphini. Parisiis 1688.
Ausonius cum notis ex recensione Eliae Vineti, Scaligeri et aliorum. Burdigalae 1604.
Boëthius in choro poëtarum sacrorum et profanorum. Lugduni 1616.
Caesar) *Cato*) *Catullus*) *in collectione latinorum scriptorum Augustae Taurinorum coepta anno* 1818. *a Vidua Pomba et fil.*
Celsus. Parisiis 1529.
Cicero in usum Delphini edit. 2. *Genevae* 1743.
Columella in collect. lat. script.
Curtius ex recensione Emmanuelis Sinceri. 1720.
Digestum vetus. Lugduni 1551.
Festus inter auctores latinae linguae in unum corpus redactos cum notis Dionysii Gothofredi. 1595.
Gellius Henr. Stephani. Parisiis. 1585.
Grammatici veteres Putschii, Hanoviae 1605.
Horatius in collect. lat. script.
Hyginus. Amstelodami 1681.
Justinus. Florentiae 1510
Juvenalis) *Livius*) *in collect. lat. script.*
Lucanus in corpore omnium veterum poëtarum latinorum edit. 2. *Aureliae Allobrogum.* 1611.
Lucretius in collect. lat. script.
Macrobius cum notis Gronovii et aliorum. Londini 1694.
Manilius in choro poët. sacr. et prof.
Martialis cum variorum notis. Parisiis 1617.
Mela ex recensione Gronovii. Lugduni Batav. 1576.
Nepos. Lipsiae 1662.
Nonius inter auctores lat. ling.
Ovidius) *Persius*) *in collect. lat. script.*
Petronius Burmanni. Trajecti ad Rhen. 1709.
Phaedrus Burmanni. Amstel. 1698.
Pierius Joann. Valerian. Castigationes et varietates virgilianae lectionis Rob. Stephani. Parisiis 1529.
Plautus ex recensione Jo. Friderici Gronovii. Lugduni Batav. 1664.

Plinius Hist. nat. cum notis Harduini S. J. Parisiis 1723.
Plinius Epistolae et panegyricus }
Propertius } *in collect. lat. script.*
Prudentius in corpore omnium vet. poët.
Quintilianus Instit. }
orat. et declam. }
Sallustius } *in collect. lat. script.*
Seneca Epistolae et }
opera philosoph. }
Seneca Controversiae. Lugduni 1592.
Seneca Tragoediae in corpore omnium vet. poët.
Severus Cornelius de Aetna. Inter opera Virgilii Venetiis 1586
Silius in corpore omnium vet. poët.
Solinus ex recensione Gronovii. Lugduni Batav. 1576.
Statius in corpore omnium vet. poët.
Suetonius }
Tacitus } *in collect. lat. script.*
Terentius cum notis Mureti et aliorum. Lugduni 1560.
Tibullus in collect. lat. script.
Valerius Flaccus in corpore omnium vet. poët.
Valerius Maximus. Lugduni 1551.
Varro de lingua latina inter auctores lat. ling.
Varro de re rustica }
Vegetius de re veter. } *in collect. lat. script.*
Virgilius ex recensione Heynii edit. 3. *Lipsiae* 1803.



PRAETERITA ET SUPINA VERBORUM

QUAE ET FREQUENTIUS IN USU SUNT ET TIRONIBUS DIFFICULTATIS ALIQUID INJICERE POSSUNT

OPERA HORATII TURSELLINI



Abnuo is nui *far cenno di no.*
Abscondo dis condi ditum *nascondere.*
Adipiscor eris adeptus sum *acquistare.*
Adolesco scis olevi dultum *crescere in età.*
Affligo gis xi ctum *spingere, far urtare o abbattere.*
Ago gis egi actum *condurre, operare.*
Ajo is *dire.*
Algeo ges alsi *aver freddo.*
Allicio cis lexi ctum *allettare.*
Allido is si sum *ammaccare o rompere.*
Alo is alni altum et alitum *nutrire.*
Amicio is cui et xi ctum *coprire, vestire.*
Ango is xi *stringere, soffocare.*
Annuo is nui *far cenno di sì.*
Aperio is ui ertum *aprire.*
Arceo es cui *tener lontano, vietare l'avvicinarsi.*
Arguo is ui utum *mostrare, incolpare.*
Aspicio is spexi spectum *guardare.*
Aveo es *bramare.*
Augeo es xi ctum *accrescere, ingrandire.*
Bibo bis bi bitum *bere.*
Cado is cecidi casum *cadere.*
Caedo is cecidi caesum *tagliare, ferire, uccidere.*
Caleo es calui *essere caldo.*
Cano is cecini cantum *cantare.*
Capio is cepi captum *pigliare.*
Careo es rui ritum *esser privo, star senza.*
Carpo is psi ptum *carpire.*
Caveo es cavi cautum *guardarsi, schivare.*
Cedo is cessi cessum *cedere, dar luogo.*
Censeo es censui censum *giudicare, essere di parere.*
Cerno is crevi cretum *vagliare, vedere, giudicare.*
Circumdo as dedi datum *circondare.*
Claudo is clausi clausum *serrare.*
Claudo is claudus sum *zoppicare.*
Cludo is clusi clusum *chiudere.*
Coalesco scis alui *unirsi, attaccarsi, crescere.*
Coeno as avi atum *cenare.*

Coërceo es cui citum *abbracciare*, *rinserrare*, *reprimere*, *punire*.
Collido is si sum *ammaccare*, *percuotere una cosa con un' altra*.
Colo is colui cultum *coltivare*, *ossequiare*, *servire*.
Comminiscor sceris commentus sum *inventare pensando*, *fantasticare*.
Como is compsi comptum *acconciare la chioma*, *abbellire*, *ripulire*.
Comperio is comperi pertum *trovare*, *risapere*.
Compesco scis scui *raffrenare*.
Compingo is pegi pactum *cacciare*, *spingere*, *congiungere*.
Concresco scis crevi tum *rappigliarsi*, *agghiacciarsi*.
Condio is ivi et ii itum *condire*.
Condo didi ditum *nascondere*, *fabbricare*, *comporre*.
Confligo gis xi ctum *percuotere una cosa ad un' altra*, *combattere*.
Congruo is ui *venire insieme*, *convenire*.
Consto as stiti statum *stare insieme*, *convenire*.
Consulo is lui tum *domandare consiglio*, *provvedere*, *deliberare*.
Consumo is sumpsi ptum, *consumare*.
Contingo is tigi tactum *toccare*.
Coquo is xi ctum *cuocere*.
Credo is didi itum *credere*, *consegnare*, *fidarsi*.
Crepo as pui pitum *fare strepito*, *crepare*, *rompersi*.
Cresco is crevi cretum *crescere*.
Cubo bas bui bitum *giacere*.
Cudo is di cusum *battere*.
Cupio is pivi et pii pitum *desiderare*.
Curro is cucurri cursum *correre*.
Decerno is crevi cretum *giudicare*, *determinare*.
Deferveo es fervi vel ferbui } *raffreddarsi*.
Defervesco is }
Deleo les levi letum *cancellare*.
Demo is mpsi mptum *tor via*.
Desino is sivi vel sii situm *lasciare*, *cessare*.
Desisto is destiti titum *cessare*, *fermarsi*.
Diligo is lexi lectum *voler bene*.
Dirimo is emi emptum *spartire*.
Diripio is pui reptum *stracciare*, *lacerare*, *saccheggiare*.
Diruo is rui rutum *rovinare*.
Disco scis didici *imparare*.
Divido is si sum *dividere*, *separare*.
Doleo es lui litum *dolersi*.
Domo as mui mitum *domare*, *soggiogare*.
Duco cis xi ctum *tirare*, *guidare*.
Edo edis vel es edi esum vel estum *mangiare*, *consumare*.
Elicio is cui citum *cavare*, *trar fuori*.
Elido is si sum *fracassare*, *strozzare*.
Eligo gis legi lectum *scegliere*.
Eluceo es xi *risplendere*, *comparire*.

Emo is mi mptum *comperare.*
Emungo is nxi nctum *nettare il naso, spogliare.*
Eneco cas cui ctum et avi atum *uccidere.*
Eruo is rui rutum *scavare, tirar fuori.*
Evado is si sum *schivare, fuggire, diventare.*
Excello is lui *alzarsi, sorpassare.*
Expergiscor ris rectus sum *destarsi.*
Explodo is si sum *cacciare, disapprovare.*
Exprimo is pressi pressum *spremere, cavare, rappresentare.*
Exsero is rui ertum *mettere fuori.*
Exsilio is lui et lii ultum *saltare, balzar fuori, scaturire.*
Fallo is fefelli falsum *ingannare.*
Farcio is si fartum *riempire alla rinfusa, cacciar dentro.*
Fateor eris fassus sum *confessare, mostrare.*
Faveo es vi fautum *favorire, favoreggiare.*
Ferio is *ferire, battere.*
Fero fers tuli latum *portare, annunziare.*
Fido is fisus sum *fidarsi, confidarsi.*
Figo is xi xum *ficcare, trafiggere, attaccare.*
Findo is fidi fissum *spaccare, solcare.*
Fingo is finxi fictum *fingere, formare, apparecchiare.*
Flecto is xi xum *torcere, placare, addolcire.*
Fluo is xi xum *scorrere, dileguarsi.*
Fodio is odi ossum *scavare, punzecchiare.*
Foveo es ovi otum *riscaldare, nutrire, favorire.*
Frango is egi actum *spezzare, macinare, vincere.*
Fremo is mui *fremere, far romore.*
Frico cas cui ctum *stropicciare.*
Frigeo es xi *esser freddo, languire.*
Frigo is xi ctum *friggere, pigolare.*
Fruor eris itus et ctus sum *godere, dilettarsi.*
Fugio is gi *fuggire, omettere.*
Fulcio is si ultum *puntellare, sorreggere.*
Fulgeo es lsi *risplendere, lampeggiare.*
Fundo is fudi fusum *liquefare, sbaragliare, spargere.*
Gemo mis mui mitum *gemere, dolersi.*
Gero is gessi stum *portare, produrre, fare.*
Gigno is genui genitum *generare, partorire.*
Gradior deris gressus sum *andare, camminare.*
Haereo res si sum *esser o stare attaccato.*
Haurio is si stum *tirar fuori, attingere, divorare.*
Ico is ici ictum *ferire, colpire.*
Incido is idi casum *cadere, incappare, sopravvenire.*
Incido is idi isum *tagliare, scoprire.*
Indulgeo es si ltum *condiscendere, permettere.*
Ingruo gruis grui *venir addosso, assalire.*

Intueor eris itus sum *mirare, considerare.*
Jubeo es jussi jussum *comandare.*
Juvo as juvi jutum *ajutare, dilettare.*
Labor eris psus sum *andare a basso, cadere, passare.*
Laedo is si sum *offendere, nuocere.*
Lambo is lambi *leccare, lambire.*
Langueo es langui *languire, svenire, esser languido.*
Lateo es tui *essere o star nascosto.*
Lavo as et is lavavi et lavi lavatum lautum et lotum *lavare, bagnare.*
Lingo is nxi nctum *leccare.*
Lino is lini livi levi litum *ungere, imbellettare, incrostare.*
Linquo is liqui *abbandonare.*
Luceo es xi *lucere, risplendere.*
Ludo is si sum *giucare, schernire, ingannare.*
Lugeo es xi *piangere.*
Maneo es nsi nsum *stare, durare, aspettare.*
Medeor eris *medicare, rimediare.*
Mergo is rsi rsum *attuffare, coprire.*
Metior iris mensus et metitus sum *misurare, stimare.*
Meto is messui messum *mietere, troncare.*
Metuo is ui *temere.*
Misceo es miscui istum et ixtum *mescere, sconvolgere, dare a bere.*
Misereor eris ertus et eritus sum *aver misericordia.*
Mitto is misi missum *mandare, tralasciare, gittare, lanciare.*
Molo is lui litum *macinare.*
Mordeo es momordi morsum *mordere, addentare, dir male.*
Morior eris mortuus sum *morire.*
Moveo es movi motum *muovere, ballare, cacciare, turbare.*
Mulceo es lsi lsum *raddolcire, placare, palpare.*
Mulgeo es ulxi et ulsi ulctum et ulsum *mungere.*
Nanciscor eris nactus et nanctus sum *trovare a caso, acquistare.*
Neco as ui vel avi ctum vel atum *ammazzare.*
Necto is xui et xi xum *annodare, intrecciare.*
Negligo is exi ctum *tascurare, ommettere.*
Nitor eris sus et xus sum *sforzarsi, appoggiarsi.*
Noceo es cui citum *nuocere.*
Nubo is psi et pta sum ptum *coprire, maritarsi.*
Oblinio is
Oblino is evi itum } *ungere intorno, impeciare, cancellare, imbrattare.*
Obliviscor eris oblitus sum *dimenticarsi.*
Obsideo es edi essum *sedere intorno, occupare, assediare,*
Occulo lis lui ltum *coprire, celare.*
Oleo es lui *olire, sapere, mostrare.*
Operio is rui ertum *chiudere, nascondere.*
Ordior iris orsus sum *ordire, tessere, cominciare.*
Orior iris ortus sum *nascere, uscire, cominciare.*

Paciscor eris actus sum *patteggiare, promettere.*
Pando dis di ansum et assum *aprire, spaccare, mostrare.*
Pango is uxi et pegi et pepigi nctum et ctum *ficcare, fare, pattuire.*
Parco is peperci et parsi parcitum et parsum, *cessare, aver riguardo, perdonare.*
Pareo es ui itum *apparire, ubbidire.*
Pario is peperi paritum et partum *partorire, fare, acquistare.*
Pasco is pavi pastum *pascersi, nutrire.*
Pateo es tui *essere* o *stare aperto, apparire.*
Pecto is xi xum *pettinare, scardassare.*
Pellicio is exi ectum *allettare, zimbellare.*
Pello is pepuli pulsum *smuovere, spingere, scacciare, battere.*
Pendeo es pependi *esser sospeso, esser imminente.*
Pendo is pependi pensum *pesare, esaminare, pagare.*
Percello is culi et culsi culsum *spingere, abbattere, rovinare, impaurire.*
Percrebresco is brui et bui *divulgarsi.*
Peto is tivi et tii titum *domandare, brogliare, tirare, prendere, andare.*
Pingo is pinxi ictum *dipingere, colorire.*
Pinso is si et sui pinsum et pinsitum et pistum *pestare.*
Placeo es cui et citus sum citum *piacere, andar a genio.*
Plaudo is si sum *percuotere, applaudire.*
Plecto is *battere.*
Plecto is *intrecciare, piegare.*
Polio is ivi itum *forbire, pulire.*
Polleo es *potere, valere.*
Polluo is lui lutum *sporcare, macchiare.*
Pono is sui situm *mettere, piantare, fare, deporre.*
Posco is poposci *chiedere.*
Potior iris itus sum *impadronirsi, acquistare.*
Poto as avi et potus sum atum et potum *bere, sbevazzare.*
Praesto as titi stitum et statum *stare innanzi, eseguire, mantenere.*
Prandeo es prandi vel pransus sum pransum *far colezione, desinare.*
Premo is essi essum *calcare, pigiare, stringere, diminuire.*
Proficiscor eris fectus sum *andare, partire, cominciare*
Promo is mpsi mptum *cavare, dar fuori.*
Psallo is psalli *sonare.*
Pungo is pupugi punctum *pungere.*
Quaero is sivi et sii situm *cercare, procacciarsi, far processo, interrogare.*
Quatio is *sbattere, crollare.*
Queror ereris estus sum *lamentarsi.*
Rado is si sum *raschiare, tagliare, andar rasente.*
Rapio is pui ptum *pigliare, ghermire, rubare.*
Recido is idi asum *ricadere, ritornare.*
Recido is idi isum *recidere.*
Refello is elli *contraddire, confutare.*
Rego is xi ctum *tener diritto, regolare, governare.*

Reminiscor, sceris *ripensare*, *rammentarsi*.
Reor eris atus sum *stimare*, *pensare*.
Repo is psi ptum *strascinarsi per terra*, *andar carpone*.
Resisto is stiti *fermarsi*, *resistere*.
Respondeo es di sum *promettere vicendevolmente*, *rispondere*.
Respuo is ui *sputar fuori*, *ributtare*, *disapprovare*.
Retundo is tudi tusum et tunsum *ribattere*, *spuntare*.
Rideo es si sum *ridere*.
Rigeo es gui *esser freddo*, *intirizzire*.
Rodo is si sum *rosicchiare*, *corrodere*.
Rumpo is rupi ruptum *spezzare*, *far crepare*, *guastare*, *sbaragliare*.
Ruo is rui rutum et ruitum *rovesciare*, *cavare*, *cadere*, *correre precipitosamente*
Salio is ivi et ii itum *salare*.
Salio is livi et lii et lui altum *saltare*, *tremolare*.
Sallo sallis *insalare*.
Sancio is sanxi et ivi et ii itum et nctum *decretare*, *stabilire*.
Sapio is ivi et ii *aver sapore*, *gustare*, *aver senno*.
Sarcio is si rtum *cucire*, *rattoppare*, *risarcire*.
Scindo is scidi scissum *fendere*, *squarciare*, *dividere*.
Seco as ui sectum *tagliare*, *segare*, *terminare*.
Sedeo es edi sessum *sedere*, *posarsi*
Seneo es senui)
Senesco is) *invecchiare*, *impigrirsi*.
Sentio is nsi sum *aver senso*, *sentire*, *patire*, *conoscere*.
Sepelio is ivi et ii pultum *seppellire*, *sotterrare*, *coprire*.
Sepio is psi ptum *siepare*, *chiudere*.
Sero is sevi satum *seminare*, *piantare*, *tessere*.
Serpo is psi *serpeggiare*, *strisciare*.
Sido is sidi *sedere*, *posare*, *calare*.
Singultio is *singhiozzare*.
Sino is ivi itum *permettere*.
Sisto is stiti statum *fermare*, *stare*, *mettere*.
Soleo es itus sum *costumare*, *esser solito*.
Solvo is vi utum *slegare*, *scompaginare*, *spossare*.
Sono as ui *far suono*, *sonare*.
Sorbeo es bui *sorbire*.
Sperno is sprevi spretum *separare*, *ributtare*, *sprezzare*.
Spondeo es spopondi sponsum *dar la parola*, *fare sicurtà*, *promettere in isposa*.
Sterno is stravi stratum *spargere*, *stendere*, *preparare*.
Sterto is ui *russare*.
Sto stas steti statum *stare ritto*, *fermo*.
Strepo is pui *strepitare*, *risonare*.
Strideo es)
Strido is idi) *strillare stridere*, *mormoreggiare*.

Stringo is strinxi ictum *stringere, imbrandire.*
Struo is xi uctum *ammassare, fabbricare.*
Suadeo es asi asum *esortare, persuadere.*
Sugo is xi ctum *succhiare.*
Sumo is psi mptum *pigliare, eleggere.*
Supplico as avi atum are *inchinarsi per orare, supplicare.*
Supplodo is si sum *batter co' piedi.*
Surgo is exi ctum *alzarsi dritto, levarsi, crescere.*
Taceo es cui citum *tacere.*
Tango is tetigi tactum *toccare, gustare, rubare.*
Tego is xi tectum *coprire, difendere.*
Temno is (in compos. tempsi temptum) *sprezzare.*
Tendo is tetendi tensum *stendere, tirare, offerire.*
Teneo es nui tentum *tenere, conservare, dilettare, sapere.*
Tergeo es) *nettare, forbire.*
Tergo is si rsum)
Tero si trivi tritum *tritare, logorare.*
Texo is xui xtum *tessere.*
Timeo es ui *aver paura, temere.*
Tollo is sustuli sublatum *levare, alzare, elevare.*
Tondeo es totondi tonsum *tosare.*
Tono as ui *tonare.*
Torqueo es si rtum et rsum *voltare, torcere, martoriare.*
Torreo es ui tostum *seccare, arrostire, abbruciare.*
Traho is xi ctum *tirare, strascinare.*
Transilio is livi et lii et lui *saltare oltre, sorpassare.*
Tremo is ui *tremolare, tremare.*
Trudo is usi usum *cacciare, sospingere.*
Tueor eris tuitus sum *guardare, conservare, presidiare, proteggere.*
Tundo is tutudi tunsum et tusum *battere replicatamente, percuotere, ammaccare.*
Turgeo es si *esser gonfio.*
Valeo es lui litum *esser sano, potere, significare.*
Veho is xi ctum *portare, menare.*
Vello lis velli et vulsi vulsum *svellere, stirpare, pelare, pizzicare.*
Veneo is ivi et ii itum et venum *esser venduto.*
Venio is ni ntum *venire, andare, ritornare, accadere.*
Verro is *tirare, strascinare, spazzare.*
Verto is rti rsum *voltare, rosvesciare.*
Vescor eris *cibarsi.*
Veto as ui et avi titum *vietare.*
Video es di sum *vedere, conoscere.*
Vincio si vinxi vinctum *legare.*
Vinco is vici ictum *vincere, soggiogare, convincere.*
Viso is si sum *andare o venir a vedere, visitare.*
Vivo is xi ctum *vivere, sostentarsi, durare.*

Ulciscor ris ultus sum *punire, vendicarsi per inguria ricevuta.*
Ungo et unguo is uxi unctum *ungere.*
Volo vis vult volui *volere, bramare.*
Volvo is volvi volutum *voltare in giro, volgere, girare.*
Vomo is mui mitum *vomitare, mandar fuori.*
Voveo es vovi votum *promettere, far voto.*
Urgeo et urgueo es ursi *spingere, urtare.*
Uro is ussi ustum *abbruciare, scottare.*
Utor eris usus sum *adoperare, usare.*



INDEX



LIBER PRIMUS

ETYMOLOGIA

LIBER SECUNDUS

SYNTAXIS



LIBER TERTIUS

ARS METRICA



Pag. **71**, *lin.* **17**. *pro* ablativo *lege* accusativo.

A. M. D. G.

IMPRIMATUR

Fr. Hier. Gigli O. P. S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

A Ligi Archiep. Icon. Vicesgerens.





